PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

POST

CAROL. GOTTL. BRETSCHNEIDERUM

EDIDIT

HENRICUS ERNESTUS BINDSEIL.

VOLUMEN XX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
(M. BRUHN.)

1854.

VOLUMEN XX.

RELIQUA SCRIPTA PHILOLOGICA PHILIPPI MELANTHONIS.

A.

GRAMMATICAE ET CHRESTOMATHIAE.

B.

NOMINA MENSURARUM ET VOCABULA REI NUMARIAE.

SCRIPTA PHILIPPI MELANTHONIS AD HISTORIAM ET GEOGRAPHIAM SPECTANTIA.

PHILIPPI MELANTHONIS SCRIPTA VARII ARGUMENTI.

I. PRIVILEGIA ACADEMIAE LIPSIENSIS E CODICE MANUSCRIPTO EDITA.
II. CONFUTATIO ARTICULORUM RUSTICANORUM.
III. EXPLICATIO ASINI PAPALIS.
IV. ADMONITIO DE SOMNIORUM GENERIBUS EORUMQUE CONIECTIONE, ANNEXIS ALIQUOT SOMNIIS DE VERAE RELIGIONIS CORRUPTIONE.
V. DE LOCIS COMMUNIBUS RATIO.
VI. DE ERASMO ET LUTHERO ELOGION, RATIO DISCENDI, ET QUO IUDICIO AUGUSTINUS, AMBROSIUS, ORIGENES AC RELIQUI DOCTORES LEGENDI SINT.
VII. COMPENDIARIA DIALECTICES RATIO.

ADDITAMENTA AD HUIUS CORPORIS VOLUMINA I—X.

I. CARMINA. II. PRAEFATIONES.

PHILIPPI MELANTHONIS

RELIQUA SCRIPTA PHILOLOGICA.

Postquam collectionem nostram omnium interpretationum et enarrationum, quas Melanthon in auctores classicos conscripsit, in Volumine XIX. absolvimus, progredimur ad

PHIL. MELANTHONIS GRAMMATICAS ET CHRESTOMATHIAS

quas composuit, „ut iuventus accuratiore iudicio et maiore cura divites grammaticorum thesauros occupet," *) atque exercitia lectionis e variis scriptoribus apte collecta accipiat. Huius generis libros hocce ordine recudendos curabimus:

1. Integrae graecae grammaticae institutiones;
2. Institutionem puerilem literarum graecarum;
3. Grammaticam latinam;
4. Syntaxin;
5. Prosodiam;
6. Elementa puerilia.

De quibus conferatur Strobelii commentatio: Von Melanchthons Verdiensten um die Grammatik, in eius libro: Neue Beyträge zur Litteratur besonders des sechszehnten Jahrhunderts. Tom. III. Fasc. 2. p. 5—54. et K. von Raumer: Geschichte der Padagogik Tom. I. p. 201—2.5.

*) Haec ipsius auctoris verba leguntur in eius epistola nuncupatoria ad Bernardum Maurum grammaticae graecae illico recensendae praefixa.

XCIV. PHIL. MEL. GRAMMATICA GRAECA INTEGRA.

Ab hoc libro exordimur, quod ex illis primus est conscriptus. Hanc enim Grammaticam Melanthon annum aetatis vicesimum primum vix egressus *) a. 1518. primum edidit sic inscriptam:

> *Institutiones Graecae Grammaticae Accentuum exquisita ratio. Etymologia. Ex Homero, Thersita et Chelys cum scholiis. Philip. Melancht. Proderunt haec non solum graeca discentibus sed iis etiam qui non turpissime latina tractare conantur. Tubingae.* — (In fine:) *Hagnoae ex Academia Anshelmiana, Anno M. D. XVIII. Mense Maio.* Infra haec verba est Insigne typogr.: duo angeli duas taenias tenentes, in quarum dextra legitur יהשוה, in sinistra *ΙΗΣΟΥΣ*, interpositis siglis *A T B* in unam coniunctis. Huic Insigni subscripta sunt: *Cum Priuilegio Imperiali.* 4. 15½ plagg. litt. a — p (p 1½ pl., 6 foll. cont.) sign., 61 foll. non num.; ult. fol. album. (fol. a 1 [b] cont. pauca de graecae linguae dialectis et Io. Setzerii distichon; fol. a 2 Phil. Melanchthonis epistola nuncupatoria ad Bernardum Maurum Hagenoae Francorum 1518. scripta; fol. a 3 [a] — p 1 [a] Grammatica graeca; fol. p 1 [b] — 4 [b] Duo loci Homeri, scil. Thersita e secundo Iliados Homericae et Chelys Mercurii ex Homericis Hymnis, graece et latine, scholiis et examine adiunctis; fol. p 5 [a] Mel. postfatio Tubingae scripta; fol. p 5 [b] Clausula c. Insigni typogr.; fol. p 6 vacat) **).

Huius Ed. epistola nuncupatoria in huius Corp. Reform. Vol. I. p. 24 — 26., eius postfatio ibid. p. 26 sq. recusae sunt, atque Setzerii distichon ibid. p. 24. exhibetur in prolegomenis Foerstemanni, qui p. 26. nota **) argumentatur, maximam harum Institutionum partem a Melanthone Hagenoae esse scriptam, id quod etiam ex locis intelligitur, quos Strobelius l. l. p. 16. ex his Institutt. exscripsit. — In hoc libro ab auctore tractantur haecce: 1. Literae Graecorum, 2. Prosodia, 3. Toni, 4. Etymologia, quae complectitur: a. Nomen, b. Numeralia, c. Verbum, d. Nomen verbale, e. Pronomen, f. Adverbium, g. Praepositionem, et h. Coniunctionem. Inter Numeralia Verbumque insertus est locus de Musis ex Hesiodi Theogonia vss. 36 — 44. 52 — 55. 60. 61. 64 — 67. 76 — 79. (ed. Goettling.) cum scholiis; praeterea post Coniunctiones adnexi sunt duo loci Homerici, quorum prior inscriptus est: „Thersita e secundo Iliados Homericae" (Il. II, 212 — 220.), alter autem: „Chelys Mercurii ex Homericis Hymnis" (Hymn. *εἰς Ἑρμῆν* vss. 29 — 55.), interpretatione latina scholiisque adiunctis.

Ex his intelligitur, in his Institutionibus non reperiri *Syntaxin*. Quo consilio hanc omiserit, ipse in praefatione refert hisce verbis: „Nolebam pluribus onerare nondum aliquo usque provectos, alioqui et *συντάξεων* commentarios addidissem, quos *περὶ ἑλληνικῶν ἰδιωμάτων* ad Inclytum *Novae Aquilae* Comitem ***) verae nobilitatis specimen conscripsi." Utrum haec Syntaxis, quae nunquam edita est, in Bibliothecae alicuius thesauris adhuc lateat, an deperierit, nescio.

Quorum grammaticorum scriptis in hoc libro conficiendo usus sit, ex quibusdam cognoscitur locis, in quibus e. c. Quarinus, Apollonius, Choeroboscus, Manuel Moschopulus, quem grammaticum omnium, qui superiore seculo literas instaurarunt, longe doctissimum et diligentissimum appellat, laudantur; praeter hos in

---

*) Quapropter in praefatione alterius Editionis anno 1520. ipse inquit: „quippe quos (scil. libellos graecae gramm.) conscripsimus et pueri fere et pueris, quos illo tempore privatim docebamus." Ex his verbis M. Mylius in Chronologia Scriptorum Phil. Melanchthonis male argumentatus est, Editionem principem huius libri iam a. 1513. prodiisse; ad hunc enim annum, illo argumento addito, haecce affert: „Edidit graecam Grammaticam"; at hunc errorem iam Strobelius l. l. p. 8. refutavit.

**) Haec Ed. princeps in Biblioth. acad. Halensi atque in acad. et senat. Lips. asservatur.

***) *Hermannus* Comes *de Newenaer* (*de nova Aquila*, ipso interprete), etiam *Nuenarius*, natus in comitatu Newenaer ad Ararim, literas elegantiores in Italia didicit versatus inprimis in historia, scriptis clarus, fautor causae Reuchliuianae, primum Canonicus Ecclesiae Coloniensis, tandem summae aedi Coloniensi praefectus, qui Augustae Vindelicorum a. 1530. in comitiis diem extremum obiit.

praefatione editionis a. 1520. etiam memorat Martinum Urbanum, cuius Institutiones grammaticae graecae primum Venetiis 1497. prodierunt, et Oecolampadium, qui Dragmata graecae literaturae, Basileae 1518. edidit.

Quantam cum auctoribus graecis familiaritatem Melanthon iam illa aetate contraxerit, ex eo elucet, quod in hoc libro Ammonii, Arati, Aristophanis, Aristotelis, Athenaei, Callimachi, Demosthenis, Galeni, Hesiodi, Homeri, Luciani, Marini, Nazianzeni, Nicandri, Pausaniae, Platonis, Plutarchi, Pythagorae, Simplicii, Theocriti et Theonis loci afferuntur. — In aliquot locis etiam graeca LXX. interpretum cum hebraicis contulit, qua lingua sine dubio a Reuchlino ipsius cognato institutus erat.

Hae Institutiones, quamquam ipse eas dignas iudicabat, quae perirent, tanto exceptae sunt applausu, ut paulo post a chalcotypo cogeretur, ut alteram curaret editionem, de qua ipse in eius praefatione praeter alia scripsit haecce: „Rocognovimus omnia, pleraque mutavimus, et auximus ad iustae Grammaticae modum, ne non satisfieret chalcotypis." Haec altera editio, abs qua *secunda huius libri aetas* orditur, prodiit a. 1520. sic inscripta:

Integrae Graecae Grammatices Institutiones a Philippo Melanchthone conscriptae, atque pluribus in locis auctae. Haganoae 1520. 11 $^1/_2$ plagg. 8. Huic alteri Ed. Melanthon (epistola ad Maurum omissa) novam praefixit praefatiunculam ad studiosum lectorem, Vuitembergae in Saxonibus scriptam, quae in omnibus Editt., quae usque ad a. 1544. prodierunt, repetita est. Haec praefatio perbrevis recusa est in huius Corp. Ref. Vol. I. p. 275. Legitur etiam in Melanthonis Opp. Basil. T. V. p. 319. et in Strobelii commentat. l. p. 18 sq.

Hanc Ed. subsecutae sunt haece:

Integrae Graecae Grammaticae Institutiones a Philippo Melanchthone conscriptae, atque pluribus in locis auctae. Haganoae 1521. 8. *).

— — (Index ut in Ed. praeced.) *Haganoae in aedibus Thomae Anshelmi Anno MDXXII.* 4. **).

Integrae Graecae Grammatices institutiones à Philippo Melanchthone conscriptae, atque pluribus in locis auctae. (Hic index figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) *Apud inclytam Coloniam Io. Soter excudebat Anno MDXXII. Mense Iun.*, superimposito Insigni typogr., hebr., lat., aethiop. et graecis verbis circumscripto, quod duos angelos clypeum tenentes et inscriptionem *Τοῦ Σωτῆρος* cont. 8. 12 $^1/_2$ plagg. litt. A — N (N $^1/_2$ pl.) sign., 100 foll. non num. (fol. A 1^b De dialectis graecis; fol. A 2^a — M 4^b Gramm. graeca, praemissa eadem praefatiuncula ad studiosum lectorem, quae in Ed. 1520. legitur; fol. M 5^a — N 2^a Thersita e secundo Iliados Hom. et Chelys Mercurii, ex Hom. Hymnis, gr. et lat. c. scholl. et examine; fol. N 2^b Postfatio Editionis principis in fine paulum mutata; fol. N 3 Luciani Cupido, graece; fol. N 4^a vacat; fol. N 4^b Clausula cum Insigni.). Huius Ed. postfatio, quae etiam in Editt. Hagan. 1520 — 1522. reperitur, ab Ed. 1518. eo discrepat, quod loco verborum „Bilibaldum Pyrchaimer — Vale. Tubingae." in his Editt. leguntur haecce: Bilibaldum Pyrckaimerum, Georgium Simlerum, Volfgangum Fabritium Hagenoum. Iohannem Oecolampadium, omnes externarum quoque literarum adsertores. Franciscum item Stadianum, ut ingenio ad omnia studia habili, ita iudicio accurato, et incredibili diligentia in philosophorum sententiis excutiendis, fortasse his autoribus nonnihil profecero. Valete ***).

Philippi Melanchthonis Grammaticae graecae Institutiones integrae pluribus in locis auctae. Haganoae per Iohannem Secerium MDXXV. 8. ****).

Grammatica Graeca Philippi Melanchthonis. Iam denuo recognita, atque multis in locis locupletata etc. *Accedit Vita Homeri graece et latine. Haganoae per Ioh. Secerium Anno M. D. XXVII.* 8.

— — (Index ut in Ed. Colon. 1522.) *Coloniae* 1528. 8. †).

— — (Index ut in Ed. Colon. 1522.) *Coloniae* 1529. 8.

---

*) Haec Ed., cuius neque a Strobelio l. l. neque a Panzero in Annal. typogr. mentio fit, in Biblioth. acad. Heidelb. et Vratislav. est.

**) Hanc Ed. Strobelio ignotam Panzer l. l. VII. p. 92. nr. 201. affert.

***) Hanc Ed., quae a Strobelio l. l. p. 19. et Panzero l. l. VII. p. 92. nr. 201. memoratur, ex Biblioth. acad. Erlang. in manibus habeo.

****) Hanc Ed. et subsequentem Strobel. l. l. p. 20. et Panzer l. l. VII. p. 94. nr. 219. et p. 97. nr. 243. afferunt.

†) Haec Ed. et sequens, quarum neque a Strobelio neque a Panzero mentio fit, in Biblioth. acad. Vratislav. sunt.

Grammatica graeca Philippi Melanchthonis iam denuo recognita atque multis in locis locupletata.

Eobanus Hessus.

Qui nuce in exigua magnum conclusit Homerum,
Utile non fecit, nobile fecit opus.
Omnia grammaticas complexa volumine leges
Iam potes exigua clausa tenere manu.
Cum daret ista puer tibi munera tanta Philippus,
Utile fecit opus, nobile fecit opus.

Noribergae apud Io. Petreium, 1533. 8. 14½ plagg. *).

Phil. Melanchthonis Grammatica graeca iam denuo recognita. Haganoae ex officina Petri Brubachii Anno MDXXXVI. 8. **).

Grammatica graeca à Philippo Melanch. autore iam pridem recognita, atque multis in locis locupletata.

Nicolaus Gerbellius,

Hoc credo quondam, ut callerent Graeca, libello
Calliopen comites erudijsse suas.

Basileae apud Nicolaum Brylingerum, Anno, M. D. XXXVIII. 8. 13 plagg. litt. A — N sign. 103 foll non num. et 1 fol. album. (fol. A 1 b De dialectis gr.; fol. A 2 a — N 4 b Gramm. graeca, praefixa Mel. praefatiuncula ad studiosum lectorem; fol. N 4 b — 7 b Thersita e secundo Iliados Hom. et Chelys Mercurii, ex Hom. Hymnis, graece et lat. c. scholl. et examine; fol. N 8. vacat) ***).

— — (Index ut in Ed. 1521. ?) *S. l.* 1538. ****).

Grammatica graeca Philippi Melanchthonis — — Francof. 1541. 8. †).

Eodem anno haec grammatica cum praefatiuncula ad studiosum lectorem, recusa est in Melanthonis Operum, quae Basileae 1541. Fol. prodierunt, Tomo V. pag. 119 — 171.

Ab his Editt. duae subsequentes Editt. ita differunt, ut non dubitemus, quin *tertiam huius libri uetatem* exhibeant:

Grammatica graeca Philippi Melan. iam nouissime recognita, atque multis in locis locupletata.

N. Gerbel.

Hoc credo quondam, ut callerent Graeca, libello
Calliopen comites erudiisse suas.

I. Secer.

Hac iter ad Musas, hic Graeca Latinaque disces
Aurea cui cordi uirgula Mercurij est.

Francofurti ex officina Petri Brubachii, Anno XLII. 8. 19½ plagg. litt. A — V (Q ½ pl.) sign., 159 foll. non num. et 1 fol. album (fol. A 1 b Phil. Mel. praefatiuncula ad studiosum Lectorem; fol. A 2 a — P 4 b Grammatica graeca; fol. P 5 a — Q 3 a Thersita segundo (sic) Iliados Hom. et Chelys Mercurii ex Hom. Hymnis, graece et lat. c. scholl. et examine; fol. Q 3 b — 4 a Luciani Cupido; fol. Q 4 b vacat; fol. R 1 a — V 7 a Tabulae coniugationum, praefixo hoc proprio Indice: *Tabulae coniugationum. Verborum circumflexorum. Item Verborum in μι.*; fol. V 7 b — 8 b vacant) ††).

— — (Index ut in praeced. Ed. 1542.) *Francofurti ex officina Petri Brubachii,* 1544. 8. 20 plagg. Haec Ed. eadem continet ac praecedens a. 1542. †††).

---

*) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 20. et Panzer l. l. VII. p. 482. nr. 314. afferunt, in Biblioth. senat. Norimb. est.

**) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 20. et Panzer l. l. VII. p. 115. nr. 395. memorant.

***) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 21. memorat (ubi autem male refert, eam continere 11 plagg., in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est.

****) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Stuttg. asservatur.

†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 21 affert.

††) Hanc Ed., quae a Strobelio l. l. p 21. et in Hirschii Millenario T. II. p. 819. memoratur, ex Biblioth. acad. Erlang. in manibus habeo. Etiam in Biblioth. senat. Norimb. invenitur.

†††) Haec Ed., cuius etiam Strobelius l. l. p. 21. mentionem facit, in Biblioth. regia Berol., acad. Heidelb. et senat. Norimb. est.

Quarta denique *huius grammaticae aetas* eas complectitur Editiones, quae Ioachimi Camerarii, iotimi amici Melanthonis, studio prodierunt:

Libellus graecae grammaticae Philippi Melanchthonis, adiectis tabulis flexionum quarundam. Quae omnia nunc multò quàm antè edita fuere accuratius et perfectius, studio Ioachimi Camerarii Pabergensis. Cum privilegio regio ad annos V. Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. XLV. 8. 23 plagg. litt. A — Z sign., 8 foll. non num., 349 pagg., ult. 1½ foll. vacant. (fol. A 1 b Typographi [Papae] praefatiuncula *); fol. A 2 a — S b In grammaticae graecae libellum Philippi Melanchth. prooemium Ioachimi Camer. Paberg. ad Generosum Comitem Michaëlem à Werthamio, dominum Preiburgi etc. **); [fol. B 1 a — S 7 a] pag. 1 — 269. Grammatica graeca; p. 270 — 284. Thersites secundo Iliados Hom. et Chelys Mercurii ex Hom. Hymnis, graece et lat. c. scholl. et examine; p. 285 — 287. Luciani Cupido graece, et Epigramma Platon. c. schol.; seq. pag. vacat; p. 289 — 349. Tabulae coniugationum, cum hoc proprio Indice: *Tabulae coniugationum. Verborum circumflexorum. Item Verborum in μι.*; 3 ult. pagg. vacant) ***).

— — (Index ut in Ed. 1545.) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. XLVIII.* 8. 23 plagg. litt. A — Z sign., 8 foll. non num., 351 pagg., ult. pag. vacat. Haec Ed. eadem continet, ac praecedens ****).

— — (Idem Index.) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. XLIX.* 8. 23 plagg. †).

— — (Idem Index.) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. LI.* 8. 23 plagg.

— — (Idem Index.) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. LII.* 8. ††).

— — (Idem Index, in quo autem pro *Pabergensis* legitur *Pabepergensis.*) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. LVII.* 8. 23 plagg. litt. A — Z sign., 8 foll. non num., 351 pagg., ult. pag. vacat. Haec Ed. aeque ac Editt. praecedd., eadem continent, quae in Ed. 1545. reperiuntur †††).

— — (Idem Index.) *Lipsiae M. D. LVIII.* 8. ††††).

— — (Idem Index.) *Lipsiae M. D. LX.* 8. *†).

— — (Idem Index?) *Norimbergae* 1560. 8. **†).

— — (Idem Index.) *Lipsiae in officina haeredum Valentini Papae. Anno M. D. LXII.* 8. 23 plagg. litt. A — Z sign., 8 foll. non num., 351 pagg., ult. pag. vacat. Haec Ed. eadem continet, ac Ed. 1545. ***†).

---

*) Typographi praefatiuncula haec est:

Typographus.

Quid ad hunc Grammaticae libellum, studio et diligentia Ioachimi Camerarii iam accesserit, ipsa nimirum res indicabit. Sed ille quidem ius suum, quod habet ad editionem scriptorum vel veterum vel suorum in hoc genere. nobis hoc etiam tempore benigne impertivit. Id est tale, Ne quid illorum alteri, nisi ipso permittente. intra quinquennium, ab eo tempore. quo liber exiisset, recudere licitum fasque esset. Id omnes scire voluimus.

**) In hoc prooemio Camerarius de grammatices magno fructu disserit. Ex hoc eam tantummodo partem h. l. adscribere iuvat. quae ad hanc novam Ed. spectat: „De hoc autem libello ne ipso quidem multum verborum faciendum duximus, qui nisi tam commodus et bonus videretur, non omnes fere in scholas iudicio magistrorum acceptus fuisset. Atque de hoc eo etiam minus dicendum videtur, quod laudatio nostra in suspicionem vel assentationis. vel levitatis posset incurrere. Nam et autor huius propemodum praesens. et is est, cum quo tantam mihi necessitudinem et coniunctionem atque amicitiam intercedere. quantam norunt plurimi, mirifice laetor. mihique honestum et laudabile. et reipublicae utile esse arbitror. A quo cum impetrassem, ut mihi potestatem faceret edendi apud nos libellum hunc suum. quem olim composuisset admodum adolescens, quasi tirocinium quoddam absolvens huius generis studiorum. neque ipsi tamen impedito multis et gravibus negotiorum et curarum occupationibus. hunc relegere et ad incudem, ut dicitur. revocare concederetur, nos quamvis et ipsi haud otiosi, quod haberemus tamen ad manum typographum, hominem incredibili diligentia praeditum. tantum subtraximus temporis necessariis laboribus nostris, quantum huic libello veluti reconcinnando, non quidem satis esset. sed quo hoc tamen perficeretur, ut hic multo quam ante et plenior et emendatior et nitidior quoque prodiret in publicum. et in manus veniret puerorum. qui in vera institutione, Graecarum etiam litterarum cognitione imbui solerent."

***) Hanc Ed., quae a Strobelio l. l. p. 22. affertur, ex Biblioth. acad. Erlang. in manibus teneo.

****) Hanc Ed. a Strobelio l. l. p. 24. allatam ex Biblioth. acad. Lips. in manibus habeo. Etiam in Bibl. regia Stuttg. est.

†) Haec Ed., et subsequens, quas Strobelius l. l. p. 24. affert, in Biblioth. senat. Norimb. sunt.

††) Haec Ed. item a Strobelio l. l. p. 25. allata in Biblioth. regia Dresd. est.

†††) Hanc Ed., quam Strobelius l. l. p. 25. memorat. ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo; etiam in Biblioth. acad. Lips. et Vratisl. atque regia Stuttg. ac senat. Norimb. invenitur.

††††) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Stuttg. est.

*†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 25. affert.

**†) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Berol. est.

***†) Hanc Ed. a Strobelio l. l. p. 25. memoratam ex Biblioth. acad. Lips. in manibus habeo. Etiam in Bibl. regia Stuttg. asservatur.

— — (Idem Index.) *Lipsiae in officina haeredum Valentini Papae. Anno M. D. LXIII.* 8. 23 plagg. *).

— — (Idem Index.) *Lipsiae* 1564. 8. **).

Grammatica Philippi Melanch. graeca. Nunc multo quam antea accuratior et perfectior edita, studio Ioachimi Camerarii Pabepergensis. (Infra haec verba est Insigne typogr. Voegelini: Arca foederis cum duobus Cherubim et Christo crucifixo.) *Lipsiae Cum privilegio.* — (In fine:) *Lipsiae imprimebatur per Andream Schneider. Typis Voegelianis. Anno M. D. LXXI.* 8. 23 plagg. litt. A—Z sign., 8 foll. non num., 343 pagg., ult. pag. vacat. (fol. A 2 a—8 a Camerarii prooemium; fol. A 8 b Typographi praefatiuncula; pag. 1—267. Grammatica graeca; p. 267—280. Thersites secundo Iliados Hom. et Chelys Mercurii ex Hom. Hymnis, graece et lat. c. scholl. et examine, Luciani Cupido graece, Epigramma Plat. c. schol.; p. 281—343. Tabulae coniugationum cum hoc proprio Indice: *Tabulae coniugationum verborum circumflexorum. Item verborum in μι*, in quarum fine Clausula legitur. Ult. pag. vacat) ***).

— — (Idem Index ac in Ed. 1571., a qua eo tantum differt, quod loco *Pabepergensis* h. l. legitur scripturae compendium: *Pab.*) — (In fine:) *Lipsiae Imprimebat Andreas Schneider typis Voegelianis. Anno M. D. LXXIII.* 8. 23 plagg. litt. A—Z sign., 8 foll. non num., 343 pagg., ult. pag. vac. Eadem eodemque ordine continet ac Ed. 1571. ****).

— — (Idem Index.) *Lipsiae* 1580. 8. †).

— — (Idem Index.) *Lipsiae* 1581. 8. ††).

— — (Idem Index?) *Wittebergae* 1584. 8. †††).

— — (Idem Index?) *Wittebergae* 1585. 8.

— — (Idem Index.) *Lipsiae* 1589. 8. ††††).

— — (Idem Index.) *Lipsiae* 1590. 8. *†).

— — (Idem Index?) *Wittebergae* 1597. 8. **†).

— — (Idem Index?) *Wittebergae* 1602. 8.; 1610. 8.; 1621. 8.; 1622. 8. ***†).

— — (Idem Index?) *Lipsiae* s. a. 8. ****†).

Phil. Mel. Graecae grammaticae institutiones. s. l. et a. 8. *††).

Ex his elucet, Melanthonis grammaticam graecam integram, qualis ab ipso auctore scripta est, inde ab a. 1518. usque ad a. 1544. septies et decies prodiisse: 1) *Tubingae-Hagenoae* 1518., 2) *Hagenoae* 1520., 3) ibid. 1521., 4) *Coloniae* 1522., 5) *Hagenoae* 1525., 6) ibid. 1527., 7) *Coloniae* 1528., 8) ibid. 1529., 9) *Noribergae* 1533., 10) *Hagenoae* 1536., 11) *Noribergae* 1536., 12) *Basileae* 1538., 13) s. l. 1538., 14) *Basileae* 1541., 15) *Francofurti* 1541., 16) ibid. 1542., 17) ibid. 1544., quibus addenda esse videtur 18) illa ultimo loco memorata s. l. et a.; eam vero, quae Camerarii studio accuratius et perfectius edita est, inde ab a. 1545. usque ad a. 1622. sexies et vicies prodiisse. Ex illis 18 Editt. quinque, ex his 26 Editt. sex mihi ad manus sunt, scilicet hae: 1) *Ed. Tub.-Hagen.* 1518., 2) *Ed. Colon.* 1522., 3) *Ed. Basil.* 1538., 4) *Ed. Basil.* 1541. in Mel. Opp. Tomo V., 5) *Ed. Francof.* 1542., 6) *Ed. Lips.* 1545., 7) *Ed. Lips.* 1548., 8) *Ed. Lips.* 1557., 9) *Ed. Lips.* 1562., 10) *Ed. Lips.* 1571., 11) *Ed. Lips.* 1573., quas solis annorum numeris significabo.

---

*) Haec Ed., cuius Strobelius ibid. mentionem facit, in Biblioth. acad. Vratislav. et senat. Norimb. est.

**) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Berol. et senat. Hamburg. invenitur.

***) Hanc Ed., quam Strobelius l. l. p. 25. affert, ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo. Etiam in Bibl. senat. Lips., senat. Norimb., atque acad. Vratisl. est.

****) Hanc Ed. Strobelio ignotam ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus teneo. Etiam in Biblioth. acad. Vratisl. et Erlang. asservatur.

†) Haec Ed., quam Strobel. l. l. p. 25. affert, in Biblioth. ducali Goth. est.

††) Haec Ed., quae Strobelium fugit, in Biblioth. acad. Vratisl. est.

†††) Haec Ed. et subsequens, quae item Strobelio latuerunt, in Biblioth. senat. Hamburg. sunt.

††††) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 25. memorat.

*†) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. acad. Vratisl. invenitur.

**†) Haec Ed., quae Strobelio latuit, in Biblioth. regia Berol. invenitur.

***†) Hae quatuor Editt. Strobelio itidem ignotae in Biblioth. senat. Hamburg. exstant.

****†) Haec Ed., quae Strobelium fugit, in Biblioth. regia Berol. est.

*††) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresd. est.

His prolegomenis, quae ad ipsam Melanthonis grammaticam graecam pertinent, absolutis ab hac re haud alienum esse videatur, simile Michaelis Neandri, Rectoris scholae Ilefeldianae *), opus, quod cum praefatione Melanthonis primum **1553.** prodiit, h. l. breviter describere. Haec Ed. princeps sic est inscripta:

Graecae linguae erotemata, quae hoc ordine explicata complectuntur, 1 Etymologiam, tertiam Grammatices partem, cum regulis omnibus observatu necessarijs. 2 Regulas generales et speciales de accentibus. 3 Verba anomala et defectiva. 4 Syntaxes illas praecipuè, quae à Latina declinare uidentur. 5 Dialectos apud Poetas maximè obuias. 6 Regulas quasdam generales et speciales de syllabarum quantitate, et carminum apud Graecos ratione. Omnia prolixa breuitate et facili ordine ita tractata, ut quod seu desiderent praeterea, seu conquerantur de praeceptorum difficultate pueri, amplius vix habeant. Michaele Neandro Sorauiensi autore. Cum Praefatione Philippi Melanchthonis. Basileae, per Ioannem Oporinum. — (In fine:) *Basileae, ex officina Ioannis Oporini, Anno Salutis humanae M. D. LIII. Mense Augusto.* 8. min. 15 plagg. litt. a — p sign., **237** pagg., subseq. pag. non num., ult. fol. album. (fol. a 1 [b] Tetrastichon graec. et Xenophontis locus, pag. **3 — 7.** Phil. Melanchthonis epistola [praefatio] ad inclytos et generosos Dominos, Henricum et Albertum Comites in Stolberg et Koenigstein, etc. Cal. Martii **1553.** scripta; p. 8. Syphardi Sacci Northusani epigramma graec.; p. **9** sq. Io. Rauft Northusani carmen graec.; p. **11 — 18.** Mich. Neandri epistola dedicatoria ad Dominos Ludovicum, Henricum, Albertum Georgium, Christophorum etc. Comites a Stolbergk etc.; p. **19 — 226.** Graecae linguae erotemata; p. **227 — 232.** Neandri carmen graec., praemisso octasticho ad Iust. Ionam; p. **233 — 237.** Neandri epist. graeca ad Phil. Melanchthonem; seq. pag. Clausulam cont.; ult fol. vacat) **).

Huius operis plures exstant editiones, ex quibus tantum hasce quinque breviter h. l. afferam:

— — (Index ut in Ed. **1553.** ?) *Vitebergae Anno M. D. LXI.* — (In fine:) *Vitebergae excudebat Iohannes Crato. Anno M. D. LXI.* 8. min. 15 plagg. litt. A — P sign., **238** pagg., ult. fol. album. (fol. A **1 — 7** in meo exemplo desunt; pag. **15 — 21.** [fol. A 8 [a] — B 3 [a]] cont. partem extremam epistolae dedicatoriae Neandri; p. **22 — 227.** Erotemata graecae linguae; p. **228 — 233.** Neandri carmen graec., praemisso octasticho ad Iust. Ionam; p. **234 — 238.** Neandri epist. graeca ad Phil. Melanchthonem, Clausulâ subiunctâ; ult. fol. vacat) ***).

Graecae linguae erotemata, quorum seriem uersa pagina reperies: — Ab autore postremum diligenter recognita: Cum praefatione Philippi Melanchthonis: et Praefatione noua et luculenta ipsius Autoris: — A Michaele Neandro Sorauiense. Basileae, per Ioannem Oporinum. 1565. — (In fine:) *Basileae, per Ioannem Oporinum, et Haeredes Ioan. Heruagij, Anno Salutis M. D. LXV. mense Septembri.* 8. $47^3/_4$ plagg. litt. a — y (y 3 foll. cont.), A — Z, Aa — Dd (Dd 3 foll. cont.) sign., **340** et **421** pagg., ult. pag. non num. (priores **340** pagg. Melanchthonis praefat., carmina graeca et [inde a pag. **39.**] luculentam Neandri praefat., posteriores **421** pagg. Graecae linguae erotemata cum quibusdam annexis; ult. pag. Clausulam cont.) ****).

— — (Index ut in Ed. **1553.**, a qua eo differt, quod praefationis Melanchthonis, quae in hac quoque Ed. reperitur, in Indice mentio non est facta.) *Basileae, ex officina Oporiniana.* — (In fine:) *Basileae, ex officina Oporiniana, Anno Salutis humanae M. D. LXX. Mense Nouembri.* 8. $28^1/_4$ plagg. litt. a — z, A — E (E **10** foll. cont.) sign., **451** pagg., ult. pag. non num. Clausulam cont. Neandri longa praefatio in hac et seqq. Editt. omissa est.

— — (Idem Index ac in Ed. praeced.) *Witebergae Anno M. D. LXXVII.* 8. †).

— — (Idem Index.) *Witebergae Anno M. D. LXXXVI.* — (In fine:) *Witebergae Excudebant Haeredes Iohannis Cratonis. Anno M. D. XIVC.* 8. **32** plagg. litt. A — Z, Aa — Ii sign., **511** pagg., seq. pag. non num. Clausulam cont., ult. fol. album ††).

Melanthonis praefatio in omnibus his Editt. repetita in huius Corp. Reform. Vol. VIII. p. **37 — 39.** recusa est.

In hac nostra Editione Grammaticae graecae Melanthonis sequimur *Editionem anni* **1542.**, quae tertiam huius libri aetatem exhibet.

---

*) Michael Neander Soraviensis, natus a. 1526., primum a. 1549. Praeceptor in schola Nordhusana, paulo post Rector scholae Ilefeldianae, mortuus est a. 1585. Conf. de hoc viro insigni, Raumer l. l. p. 225 — 230., qui vero p. 225. huius operis grammatici inter libros eius nullam mentionem fecit.

**) Haec Ed. in meis libris est.

***) Haec Ed. in meis libris est; titulus cum 6 foll. subseqq. in hoc exemplo desunt.

****) Haec Ed. et sequens in meis libris sunt.

†) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. est.

††) Haec Ed. in meis libris est.

GRAMMATICA GRAECA INTEGRA
PHILIPPO MELANTHONE AUCTORE.

De literis Graecorum.

Literae sunt:

Α β γ δ ε ζ η ϑ ι κ λ μ ν ξ ο π ϱ σ τ υ φ χ ψ ω. In his vocales septem: *α ε η ι υ ο ω.* Ex quibus diphthongi connectuntur.

Propriae *αι αυ ει ευ οι ου*, quas proprias vocamus, quod postulet eas naturalis pronuntiatio; neque enim *αι* pronuntiarunt veteres Graeci *e*, ut solemus hodie, sed *αι* confuso sono *α* et *ι*, perinde, atque germanica lingua diphthongos adhuc integre efferimus. Sic et[1]) de *ει* et *οι* iudicabis; nam *αυ* et *ευ* et *ου* discriminatim efferuntur, nec cum aliis literis aut diphthongis confunduntur.

Impropriae diphthongi *ᾳ ῃ ῳ υι*, quas vocamus improprias, quod pronuntiatio naturalis ipsas non requirat; neque enim aliter *ᾳ* atque *α* simplex vocalis effertur. Nam grammatici significaturi alicubi diphthongorum mutationes, aut in diphthongis alterius literae elisionem, has diphthongos commenti sunt, ut sicubi ex *αι* fit *α* aut *η*, ut crebro solet, iota elisa, solent eam Graeci subscribere, ne pueri ignorent diphthongum in ea syllaba desiderari. Planeque grammaticum inventum est impropria diphthongus, et ad pronuntiationem nihil pertinens. Ideo nec in veterum libris invenias scribi diphthongos improprias.

Sunt et *ωυ* et *ηυ* impropriae[2]), quae factae sunt ex *ου* et *ευ.* Nam crebro solent mutari breves literae in longas: *ο* in *ω*, *α* vel *ε* in *η.* Et eas mutationes observet diligenter, qui graecari volet. Observet idem et in consonantibus, quae cum quibus cognatae sint, atque adeo quae in quas mutari possint. Neque enim singulae in singulas transeunt, sed cognatae tantum in cognatas, ut *ν* in *μ*, *κ* in *χ*, *π* in *φ*, *τ* in *ϑ*, etc. ut *τύπτω, τέτυφα, τύψω*; *λέγω, λέλεχα, λέξω.* Item *συμβάλλω* ex *σὺν* et *βάλλω*, *συλλαμβάνω* ex *σὺν* et *λαμβάνω*, *συῤῥάπτω* ex *σὺν* et *ῥάπτω*, etc. Sunt enim cognatae inter se liquidae *λ, μ, ν, ϱ*, et cum his etiam *σ*, ut *σύσσιτος* ex *σὺν* et *σῖτος.*

---

1) et] sic Ed. 1542.: in Editt. 1522., 1538., 1541. deest.

2) impropriae] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. deest.

Sunt et cognatae mutae, ut

β, π, φ,	*ψ*
γ, κ, χ, et cum his duplices	*ξ*
δ, τ, ϑ,	*ζ*

ut *ἄραψ, ἄραβος*; *κόραξ, κόρακος*; *συρίζω* communiter, *συρίσδω* Dorice. Item *ν* et *γ*, ut *συγγράφω* ex *σὺν* et *γράφω*, *συγκαλῶ* ex *σὺν* et *καλῶ*[3]). Reliqua, quae[4]) ad cognoscendas literas pertinent, require ex elementalibus libellis, qui iam ubique manibus puerorum teruntur[5]).

Prosodia.

Προσῳδία, accentus (nam id significat Graeca vox, *πρὸς* ad, *ᾠδὴ* carmen) est ratio pronuntiandi, syllabae accidens; alia enim brevis est, alia longa, dein acuta, vel gravis, vel inflexa etc.

---

3) ut *τύπτω — καλῶ.*] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

4) quae] in Ed. 1538. omiss.

5) Ut exemplo ostendamus, quomodo certe quibusdam locis Ed. 1518. a sequentibus differat, hanc primam de literis particulam ex Ed. principe 1518. h. l. adscribimus, in qua sic exhibetur: „Literae Graecorum *Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω.* Dividuntur literae in Vocales ac Consonantes. *αὐτόφωνα γράμματα. α. ε. η. ι. ο. υ. ω.* Ex his *δίφϑογγοι* propriae, hoc est, linguae genuinae. *αι. αυ. ει. ευ. οι. ου.* Sunt et aliae impropriae, hoc est, non genuinae linguae, sed arte contectae, quippe ad discriminandos declinationum casus. *ᾳ. ῃ. ῳ.* Est autem nativa pronuntiationi *υι.* ut Harpyia. *ωυ.* et *ηυ.* Ionum sunt ex *ου.* et *ευ.* Solent enim illi breves vocales in longas mutare. *Σύμφωνα γράμματα*, reliquae literae sunt. Ex his aliae mutae. *β. γ. δ. π. κ. τ. φ. χ. ϑ.* Aliae Semivocales, quarum hae duplices *ζ. ξ. ψ.* Hae immutabiles *λ μ ν ϱ.* Immutabiles dicuntur, quoniam nec declinando nec coniugando ut reliquae mutantur. Est et *ἄσημον σ.* Harum quaeque quid latinis possit, vide elementorum notiones, quae a Thoma nostro Anshelmi, probe sunt ac emendatissime typis literariis publicatae. Inter passiones literarum est praecipua cognatio, *ὁ ξυμβόλισμος.* quae declinando ac coniugando discitur, ut *γ* in *ξ λέγω λέξω.* Sunt alii *ξυμβόλισμοι* qui usu increbuere, nulla ratione, ut pro *ἐντελέχεια* dicitur *ἐνδελέχεια*, cum compositio sit ex *ἐν* et *τελειῶ.* Similia his praetereo, nam ideo indico ista, ut diligens iuventus horum in legendis bonis autoribus rationem habeat. Pleraque graecorum et in latina *ὀρϑογραφία* Prisciani exemplo tractavimus." Ob hanc maiorem huius Ed. a sequentibus diversitatem in hac nova Ed. eam non adscribemus, ne annotationum numerum nimis augeamus.

Accidunt ergo syllabae *προσῳδίαι*.

μακρά -	Tempus longum -	*ῆρως*		
βραχεῖα ᵕ	Tempus breve ᵕ	*θεός*		
ὀξεῖα ´			Acutus ´	*θεός*
βαρεῖα \`		Tonus	Gravis \`	*θεὸς*
περισπομένη ῀			Circumflexus ῀	*θεοῦ*
δασεῖα ῾	Spiritus asper ῾	*ἑλένη*		
καὶ ψιλή ᾿	Spiritus tenuis ᾿	*ἔρως*[6]).		

Primum syllabae accidens tempus est; nec enim ulla syllaba tono effertur, nisi pro ratione temporis. Atque ideo sunt tempora, perinde ac fulcra quaedam tonorum, quae illi natura in syllabis priora requirunt. Itaque spectabit doctus grammaticus, primum quanta sit syllaba, longane an brevis.

Longam dignosces aut longa vocali *η*, *ω*, aut diphthongo *αιυειου*, quae omnes longae sunt, aut positione, ut[7]) *ᾱρτος*, *ᾱξις*.

Brevem brevi vocali *ε*, *ο*, *θεός*.

Mediam autoritate, non vocali. Nam etsi mediae sint vocales, tamen ea est vis illarum, ut in constitutione syllabarum aut longae sunt, ut *ῑρος*, aut breves, ut *φῐλος*. Autoritate igitur[8]) mediam arbitrabere; nam et quae brevem natura vocalem habet, nonnunquam extenditur, ut apud Homerum *μεῖλος*.

Prudens hoc loco multas poëmatum figuras omitto, ut pro *ὁδός οὐδός*. Sic Latinus pro opilio, upilio, protrahendae syllabae gratia dixit[9]). Interim puer generales prosodiae regulas ediscat, de vocali ante vocalem, de derivatis, et similes. Quibus adeo refertae sunt grammaticorum omnium chartae, ut non habeant plures Athenae *τριοβόλους* noctuas.

6) Haec tabula exhibetur in Ed. 1542. et Camerarii Editt.; in Editt. 1522., 1538., 1541. proposita ab hac paulo differt [et Circumflexus vocatur Inflexus,] eamque in his Editt. subsequuntur haecce [in Editt. 1542. sqq. alio loco exhibita]: „Alii syllabae accidentibus passiones annumerant lectionis adminicula, ad puncta proprie pertinent. Sunt autem *ἀπόστροφος* aversio ᾿ supra extremum dictionis in fine elisa vocali ponitur, estque *ἀπόστροφος* signum elisae vocalis, ut *κύρι᾿ ἐλέησον*, pro *κύριε ἐλέησον*. In poëmatis saepe initium dictionis occupat, ut est Callimachi hoc, *ὡ᾿ πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ᾿ ὅ,τις ἐσθλός*, pro *᾿Απόλλων*. Apollo non cuivis apparet, sed bono. *῾Υφέν* Subunio ‿ syllabarum contrahendarum nota, qui‿cunque. *῾Υποδιαστολή* sub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, *μηδὲν*, *ἄγαν*. Usus passionum saepe ad discernendas homonymas voces confert, *ὅ,τι*, ab *ὅςτις*, *ὅτι* quoniam, etc." (Conf. p. 28.).

7) ut] in Editt. 1522—1541. deest.

8) igitur] ab Editt. 1522—1541. abest.

9) dixit] in iisd. Editt. deest.

De tonis.

Syllabarum tempora paucis attigimus. Insequitur tonus velut comes temporis[10]). Difficile autem[11]) iudicium tonorum est, partim, quod res, non perinde Latinis veteribus frequens, hodie fere negligatur; partim, quod et apud Graecos videatur usu, quam regulis, magis probari. Vetustissimi Graecorum nullos apices scripserunt, ut est in antiquis quibusdam inscriptionibus cernere, et confirmat Politianus. Postera aetas grammaticorum artibus exercita, haec literis adiunxit *ἐπιστύλια*, quasi notas pronuntiationis; habitusque tum, qui ea contemneret, non sat politus. Vellem et Latinis par diligentia in observandis tonis fuisset, nec dubito, quin mansisset integrior superioribus seculis ratio loquendi. Sed ad institutum, ut poterit simplicissime *κἂν ἀμαθέστερον* fieri, de tonis Graecorum regulas praescribam, quatenus res patitur, profuturas etiam Latinis[12]).

Regula[13]).

Non[14]) idem syllabae accidens est tempus, quod tonus, verum[15]) ut in corpore aliud est magnitudo, aliud color: ita in syllaba aliud temporis ratione venit, aliud toni. Deinde et quae cuique appellationes conveniunt, inter se dissident. Tempori longum, breve, produci, corripi attribuimus; tono acutum, grave, inflexum. Erraveris, si idem dixeris longum et acutum, grave ac breve, aut si quid aliud est huiusmodi. Longius haec oportet agam, quod vulgus grammaticorum inepte in hac re versetur.

Non omnes longae acutae sunt, Virgilius, Virg, longa est, non acuta; *᾿Αριστοτέλης*, *ρισ* longa est, non acuta.

Nec omnes acutae longae sunt. Virgilius, gi acuitur, etiamsi brevis syllaba; sic *᾿Αριστοτέλης*, *᾿Ωριγένης*, *τέ*, *γέ* acuuntur, etiamsi breves syllabae. Plerumque Latini homines philoso-

10) Syllabarum — temporis.] haec verba in Editt. 1522—1541. non h. l., sed in principio subsequentis regulae ante verba „Non idem syllabae" leguntur.

11) autem] in Editt. 1522—1541. deest.

12) In Editt. 1522—1541. h. l. addita sunt haec:


Τόνοι τρεῖς {Acutus ´ / Gravis \` / Circumflexus ῀}

13) Regula] Editt. 1522—1541. Prima regula.

14) Non] Editt. 1522—1541. Nec.

15) verum] in iisd. Editt. deest.

phia í acuta dicimus; item[16]) theología, prosodía, non quod censeamus i longum esse, sed quod acuatur, atque id solitum isto pronuntiari modo, non Latino, sed Graeco. Graecae enim[17]) sunt dictiones, nec adeo Romanis attritae linguis, ut exuerint genuinum tonum. Fecit vulgus Romanorum históría, comóedia, tragóedia, Latino tono levigatis syllabis. At philosophia, et quaedam similes voculae, doctis mansere ut hospites externaeque, non Latinae: ergo et Graecos tonos custodiunt. Cur enim[18]) non prosóediam dicimus ut comóediam, quando cogis Latine me prosódia dicere? Altera vox vulgo Romano detrita, quasi Romana facta est; altera in scholis doctorum hominum ut Graeca delituit. Igitur recte dices philosophía, theología, quamvis non Latine. Egregia sententia Quintiliani est, quae huc spectat: Qui Graecam, inquit[19]), figuram sequi malet[20]), non Latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Assueverunt Latini homines et plerisque aliis Graecismis, ut paráclitus, qui num recte efferantur, vides. Nec enim η in i Latinorum transit, sed e obliquum. Habes non male dici philosophía, sed Graece, nec longum esse i, sed acutum. Id quod sexcentis versibus quidam probare conantur, rem minime dubiam indoctis etiam. Interim et hoc velim observes, metri mensuram tempus esse, non tonum. Puto autem metri mensuram, scansionem, ea est in temporibus.



Quid quisque tonorum possit.

Acutus est syllabae elevatio, dóminus, Philíppus.

Gravis est communis dictionis tenor, earum videlicet syllabarum, quae nec acuto, nec circumflexo pronuntiantur tractu, Dóminùs.

Circumflexus, etiamsi elevare syllabam videatur, tamen proprie non elevat, sed tardat. Ideoque arcu, quasi mollioris pronuntiationis notula scribitur. Discant ergo pueri, quatenus fieri potest, aliquod pronuntiando discrimen θεός θεῷ, εἶσ ἴσ, καλῶς καλός.

Usus tonorum.

Quaesitus, qui dictionis tenor? aut acuto, responde, aut circumflexo efferendam. Sunt enim hi principales duo toni, et qui syllabis inscribuntur.

Acutus loca possidet, ultimam, penultimam, antepenultimam, θεός, Ὠριγένης, παράκλητος.

Circumflexus locis est, ultima, θεοῦ, penultima, σῶμα.


Gravis omnibus syllabis est, quae nullo alio tono acuto aut circumflexo insigniuntur, nec scribitur unquam sua vice, ut in[21]) dóminus, *minus* graves sunt, nullis insignitae tonis. Deinde vero cum in postremis syllabis aliquando scribitur θεὸς ἡμῶν, non est genuinus, sed adsciticius syllabae, id quod posthac commonebimus.

Regula[22]).

Nulla nec Latinis, nec Graecis dictio duobus principalibus est insignita tonis e sui natura, nisi sicubi[23]) encliticae particulae tonus in finem superioris vocis reflectitur, id quod citra vocis eius naturam fit, ut[24])

Dóminus	Dóminúsque
Octaviânus	Octaviânúsque
Τηλέμαχος	*Τηλέμαχός τε*
σῶμα	*σῶμά τε*

Hoc loco[25]) admonendi sunt pueri, ut et Latina et Graeca aptius legant, ne naturalem dictionis tonum omnino negligant, si quando duo in dictionem incidunt toni. Alter proprius ac nativus; alter accessorius δι' ἔγκλισιν. Sed ita pronuntient, ut et suaviori sono nativum, et tractu suo accessorium dignentur, ut[26])



16) item] Editt. 1522 — 1541. ita.
17) enim] in Editt. 1522 — 1541. deest.
18) enim] in iisd. Editt. deest.
19) inquit] in iisd. Editt. deest.
20) malet] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. mallet.

21) ut in] ab Editt. 1522 — 1541. abest.
22) Regula.] Editt. 1522 — 1541. Prima regula.
23) nisi sicubi] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. Sed ad hunc.
24) ut] in Editt. 1522 — 1541. deest.
25) Hoc loco] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. *Τηλεμάχου τε* [Editt. 1538., 1541. τὲ], nec mos est et in ultimam acutum alium constituere. Hoc loco
26) ut] in Editt. 1522 — 1541. deest.

Regulae speciales.

De tonis.

Ex syllabis aliae sunt longae, aliae breves, id quod supra admonui. Iam et dictionum aliae sunt monosyllabae, aliae disyllabae, aliae *πολυσύλλαβοι*.

De monosyllabis [27]).

Omnis monosyllaba aut est
- Brevis, et acuitur, ut[28]) *σός*, *μέν*.
- Longa
  - Positione, et acuitur, ut *ἅλς*, *φρύξ*.
  - Vocali seu diphthongo non contracta, et acuitur, ut *χθών*, *φρήν*, *χείρ*.
  - Vocali seu diphthongo contracta, et inflectitur, ut *νοῦς* a *νόος*, *φῶς* a *φάος*. Item *μῦς* etc.

Sat fuerit haec de monosyllabis praecepisse. Caeterum te inhortor, ne frigide monosyllaba tractes, quae vel differentiae, vel *ἐγκλίσεων* causa variantur *ᾧ ὦ ἤ ἡ ἦ ἧ* [29]).

Articuli per sese patebunt. Item praepositiones etc.

Regula secunda.

Monosyllabae acutae, obliquus disyllabus posteriorem acuit, ut *φρήν φρενός*, *λίψ λιβός*, *θήρ θηρός* etc.[30]).

De disyllabis ac polysyllabis coniunctim [31]).

Ab ultimae syllabae tempore Graeci toni iudicium est, sic a penultimae tempore Latinus vestigat tonum. Proinde semper inspicies ultimam, quae acuta erit, si finiet

εύς, ut *βασιλεύς*.
ώ nominum, ut *Σαπφώ*.
ίς patronymicorum, ut *Νεστορίς*.
άς patronymicorum, ut *Ἰλιάς*.
κός adiectivorum, ut *κακός*.
τός verbalium adiectivorum simplicium, ut *χριστός*.
μός verbalium substantivorum simplicium, ut *λογισμός*.
τής verbalium substantivorum simplicium, ut *ποιητής*.
τήρ verbalium substantivorum simplicium, ut *σωτήρ*.
ή verbalium substantivorum, ut *γραφή*.

Adde his pleraque in *ις* quintae declinationis, ut *ἀκρίς*, locusta.

Item in *ρος* et *λος* et *ης* adiectivorum declinationis primae contractorum. Adeoque familiaris tonus est acutus ultimis nominum derivatorum, ut *θεός* a *θεάω*, contemplor, atque haec usu deprehendes, regulis complecti nemo sane poterit.

Regula [32]) secunda.

Recti in *ος* acutus manet et in accusativis et vocativis omnibus. Sic foemininam, sic neutram terminationem arbitrabere.

λευκός *λευκόν*
λευκή *λευκήν*.

Regula tertia.

Quorum nominativi acuti sunt, eorum ultimas in omnibus genitivis ac dativis inflectes

λευκός *λευκοῦ*
θεός *θεοῦ*

Ita fit et in nominibus verbalibus in *της*, ut *ποιητής ποιητοῦ*. Aliarum terminationum obliquos declinando disces.

De polysyllabis seorsim [33]).

Regula prima [33]).

In polysyllaba, cuius ultima est longa, (modo non cadat in priorem regulam, ut *ἀληθής*,) penultima acuitur, *Ὠριγένης*, *Ἀριστοτέλης*, *φιλοσοφία*, *θεολογία*, *ἑλένη*. Tolle derivata et differentias *γενετή*, *ἐλαιών*.

Regula secunda.

In polysyllaba, cuius ultima est brevis, penultima longa, acuitur antepenultima, ut *ἄνθρωπος*, *παράκλητος*, *διώκησις*, *ἐλέησον*. Deme contractiones, ut *ποιοῦμεν* [34]).

27) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.
28) et acuitur ut] in iisd. Editt. desunt.
29) *ἧ*] sic recte Ed. 1557.; Editt. 1522—1548. *ἦ*.
30) Tota haec regula ab Editt. 1522—1541. abest.
31) coniunctim] in iisd. Editt. deest.
32) Regula] haec vox in Editt. 1522—1541. h. l. et in seqq. deest.
33) seorsim. Regula prima] haec in Editt. 1522—1541. desunt.
34) Deme — *ποιοῦμεν*.] haec in Editt. 1542. et seqq. h. l. leguntur; in Editt. 1522—1541. eadem verbis „penultima longa," et „acuitur" interposita sunt.

Ergo est alia toni Graeci, alia Latini ratio. Iudicium Latini est e penultima; sic enim illorum grammatici: Penultima longa, accentus est in eadem.

Quare dices Latine paraclétus, dioecésis; Graece parácletus, dioécesis. Quid enim refert, Graece dicas an Latine? modo non male.

Regula tertia.

At si omnes breves sunt in polysyllaba, acutus est in antepenultima *ἔλεγος*, *ἔλεος*.

De disyllabis seorsim[35]).

Regula prima[36]).

Utraque brevi acutus est in priori, *λόγος*, *τύπος*, *ὄνος*. Nota derivata, *θεός*, *σοφός*.

Regula secunda.

Utraque longa prior acuitur, *ἄρκτον*, *τύπτω*, *ὄκνου*. Tolle regulae superioris exempla, *λευκοῦ*.

Regula tertia.

Prior positu longa, brevi sequente, acuitur, *ἄρτος*, *ὄκνος*, *μάντις*, *μάρτυς*. Derivatorum cohors tollatur, *χριστός*.

Regula quarta.

Prior brevis, longa sequente, acuitur, *λέγω*, *τύπου*, *ἄβαξ*. Nota differentia, ut *θέα*, *θεά*; item derivata, ut *χιτών*. Quo te loco rursus admoneo regulae supra positae de obliquis, *θεός*, *θεοῦ*, *θεῷ*, *θεά*, *θεᾶς*, *θεᾷ*[37]).

De gravi seu syllabico tono.

Gravis tonus, est communis pronuntiationis tenor, his syllabis, quae nec sunt acutae, nec inflexae, philosophia sola i acuitur, reliquae syllabae graves sunt. Deforme fuerit fortasse tot apices singulis syllabis inscribere, praesertim nihil praeter communem pronuntiandi modum designantes. Ideo suam fungens vicem, nunquam scribitur.

Aliquando vero in solis ultimis pro acuto scribitur consequentiae causa in legendo, et quasi cohaerentiae. Quis enim non audiat lubentius *πατὴρ ἡμῶν*, quam *πατήρ ἡμῶν* asperitate acuti, quasi segregatam vim sententiae ac mutilam? Sic[38]) *μουσικὴν ἔρως διδάσκει*, pro[38]) *ἔρως διδάσκει μουσικήν*.

Sed de gravi disputantibus, occurrunt particulae quaedam differentiae causa gravem acuto non mutantes, nec econtra, ut[39]) *τὶς* quidam, et[39]) *τίς* quis? inter quae duo facile internosces, cum aliis adhaerent dictionibus. Nam[39]) *τὶς* quidam encliticon est, *τίς* quis? non est encliticon.

Obiter de enclinomenis hic nota.

Nomen inflectit supra se tonum: *ἤκουσά τινων*[40]).

Articulus pro *τὶς* usurpatus, *δέδωκά τῳ*, *δέδωκά τινι*.

Verba, *φιλόσοφός εἰμι*, *ἐγώ φημι*.

Pronomina monosyllaba, *δέδωκάς μοι*, *δίδωμί σοι ἀργύριον* et[41]) *σφίσι*.

Adverbia ποτὲ, *πὼς*, et enclitica haec ab interrogativis *ποτέ*, *πῶς* distingues.

Coniunctiones κε, *γε*, *τε*, *περ*, ut *Τηλέμαχός τε*, *σῶμά τε*; non autem *Τηλεμάχού τε*, sed *Τηλεμάχου τε*, unico tono. Neque enim mos est, acuta penultima in ultimam alium acutum constituere[42]). Plerique grammaticorum longo examine isthaec per spondaicas, trochaicas, iambicas, dactylicas dictiones vestigant, nos ea aliis locis agemus.

De circumflexo.

Regula prima.

Nunquam est in syllaba brevi circumflexio.

Regula secunda.

Nunquam est in syllaba positione longa circumflexio, ni eam contractio excuset. Alicubi et liquidae in causa sunt, cur in positione longam incidat circumflexus. Nam ut circumflexus

---

35) De disyllabis seorsim] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. De disyllaborum acutis.

36) Haec inscriptio in Editt. 1522 — 1541. deest.

37) Haec verba in Editt. 1522 — 1541. subsequitur haecce regula:

Quinta.

Monosyllabae acutae, obliquus disyllabus posteriorem acuit, *φρήν φρενός*, *λίψ λιβός*, *θήρ θηρός*.

38) Sic . . . pro] hae voces in Editt. 1522 — 1541. desiderantur.

39) ut . . . et . . . Nam] in Editt. 1522 — 1541. desunt.

40) *ἤκουσά τινων*] in Editt. 1522 — 1541. his verbis gr. addita sunt: id est, audivi quosdam.

41) et] sic Editt. 1522 — 1541.; Ed. 1542. *καὶ*.

42) *κε*, *γε* — constituere.] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. horum loco habent: *γὰρ τε*.

mollis natura tonus est, ita molles literae liquidae, ut *γρᾶμμα*, *μᾶλλον*.

Regula tertia.

Ultima, si qua inflectitur, certiore regula, quam sit, quae declinando coniugandoque sese offeret, describi non potest[43]:

θεός, *θεοῦ*, *ποιέω*, *ποιῶ*.

Isthic et de polysyllabωn circumflexione, quae est in penultimis, agetur, *βοῶμεν*, *ποιοῦμεν*.

Neque certius quidquam de circumflexo doceo, quam quod aliquoties iam admonui, esse circumflexum familiarem contractis, *Ἰησοῦς*.

Regula quarta.

Penultima, in disyllaba priore natura longa, posteriore brevi, circumflectitur, ut[44]) *χρῆμα*, *χρῆσις*. Atque hac regula mihi de disyllabis tantum agitur, aûdet eîtur.

Quae communes hasce regulas *προςῳδιῶν* turbent.

Adnotabo capita, in quae referes, sicubi variant toni a regulis iis, quas praescripsimus.

I. *Ἰδίωμα*, Linguae proprietas.

Atticus regulam de acuenda penultima, si ultima sit longa, non servat in nominum quorundam flexu, ut[44]) *Μενέλεως*, *χρήσεως*[45]), *Ἑρμόλεως*, *γενέσεως*.

Τρόπαιον commune, iuxta regulam supra, *τροπαῖον* Atticum est, quamquam hoc proprie analogicon est, e denominativi formula, *τοῦ η* acuti in *αι* circumflexum. Nec enim facile transfertur tonus, qui in ultima dictione fuit. Est enim[46]) *τροπή*; hinc non translato tono, sed inflexo, propter sequentem brevem, *τροπαῖον*.

Καλῶς, *σοφῶς* communiter adverbia sunt, ut infra dicetur, a *καλῶν*, *σοφῶν*. Nam a genitivis adverbia hoc modo formantur, quare et iidem toni manent. Dores *κάλως*, *σόφως* faciunt.

Φιλόσοφος commune, Doricum *φιλοσόφος*. Si lubet huc pro varietate dialectωn, collige literarum passiones, quibus mutatis saepe prosodiae mutantur. *Ἀχιλλέως* communiter, *Ἀχιλλῆος* Ionice, *μόνος*, *μοῦνος*.

II. Compositio[47]).

Quae fines derivata acuunt, composita tonum transferunt, ut

σοφός	*φιλόσοφος*
βροτός	*ἄμβροτος*
λογισμός	*συλλόγισμος*
λεκτός	*διάλεκτος*
σκοπός	*ἐπίσκοπος*
γνωστός	*σύγνωστος*.

Memineris quaeso huius capitis accurate; nullo enim prorsum alio modo crebrius toni transferuntur.

Variat item compositio tonum, cum[48]) verbale disyllabon breve nomini componitur, ut

τόκος partus, a *τίκτω*, *θεότοκος*.

πολυπλόκος, a *πλέκω*. Homerus *πολυπλόκος νόος* dixit, id est, vafer animus.

λόγος θεόλογος. Atque id de brevibus. Longorum alia est ratio.

Atque in talibus si sit tonus in penultimis, active significant; passive, cum est in antepenultimis, ut *θεότοκος*, id est, genitus a Deo, *θεοτόκος*, id est, pariens Deum.

III.[49]) Abscisio.

Ἀποκοπὴ tonum integrae dictionis non mutat, manetque recisae dictionis syllabae is tonus, qui fuit integrae, etiam temporum repugnante lege. *Ἀκουέμεναι* pro *ἀκούειν*, Ionicum infinitivum est, et Homero perquam frequens, abscisim *ἀκουέμεν* dicitur. An non harum syllabarum lex huic repugnat tono? sed huic apocopes regulae servies.

Idem fit in his, quae paragogis proferuntur, ut *καλοῖς καλοῖσι*, *ἀνθρώποις ἀνθρώποισι*.

IV.[49]) Transpositio.

Etiam *ἀναστροφὴ*[50]) propositionum tonos traducit, *σοφίας πέρι*, quum pro regula dicas *περὶ σοφίας*.

---

43) potest] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. poterit.

44) ut] in Editt. 1522—1541. his et aliis locis deest.

45) *χρήσεως*] sic Editt. 1542. et seqq.; Editt. 1522—1541. *χρύσεως*.

46) Est enim] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

47) II. Compositio.] sic scripsi, ut sequentibus inscriptionibus haec magis congruat; Editt. 1522—1541. habent inscriptionem: Compositio; in Camerarii Editt. legitur solus numerus: II.; in Ed. 1542. neutrum h. l. invenitur.

48) cum] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. ut cum.

49) III. . . . IV.] sic Editt. 1542. et seqq.; in Editt. 1522—1541. hi numeri desunt.

50) Etiam *ἀναστροφὴ*] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. desunt.

V. Differentia [51]).

Demum observet puer differentias, quarum saepe supra memini, θέα, θεά. Item, ut quidam nominum verborumque casus flectendo a superioribus regulis aberrent. Hoc enim veluti auctarium prosodiae libuit adiungere, ut

οι nominum tert. decl. αι nominum secund. inflex. αι verborum pass.	brevium tonis censentur, etiamsi longa sint tempora	ἄνθρωποι, μοῦσαι, τύπτομαι.

Item, quod [52]) qui in fine tonus est, declinando in eadem syllaba manet, Παλλάς Παλλάδος, εὐσεβής εὐσεβέος, ἱδρῶς ἱδρῶτος. Quod idem fit et [53]) in diminutivis quibusdam, videlicet ab iis derivatis, quorum ultimae acuuntur, ut θήρ, θηρί, θηρίον [54]).

Item declinationis varietate, variari tonum, Θαλῆς primae, Θάλης quintae.

Item Modo tonum mutari, εἶπε indicativum est, εἰπέ imperativum. Collige huc similia, mihi sat videbatur capita, observandique rationem indicare.

De Spiritibus.

Multo negotio Choeroboscus tractavit spiritus. Tu paucis accipe, quae ad rem commodumve attinent.

Regula prima.

Spiritibus utimur in solis earum dictionum initiis, quae vocalia sunt ἔρως, ὁδός, υ semper aspiratur.

Regula secunda.

Ex consonantibus sola ρ initio dictionis aspiratur, ut ῥώμη [55]). In medio si duo sunt ρ, alterum tenui, alterum aspiratione signabis, ut ἐπίῤῥημα [56]).

51) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. non invenitur.

52) quod] sic Editt. 1542. et sqq.; in Editt. 1522—1541. deest.

53) Quod idem fit et] sic Editt. 1542. et sqq.; Editt. 1522—1541. Sic est.

54) videlicet — θηρίον.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. θήρ, θηρί, θηρίον, ab iis derivata, quorum ultimae acuuntur.

55) ut ῥώμη] in Editt. 1522—1541. h. l. desunt.

56) ut ἐπίῤῥημα.] Editt. 1522—1541. ῥώμη ἐπίῤῥημα.

Alii syllabae accidentibus passiones quoque annumerant lectionis adminicula, quae ad puncta proprie pertinent. Sunt autem

Ἀπόστροφος, Aversio ', quae supra extremum dictionis in fine ponitur, estque signum elisae vocalis, ut κύρι' ἐλέησον, pro κύριε ἐλέησον.

In poematis saepe initium dictionis occupat, ut est Callimachi hoc: ὠ'πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ' ὅ,τις ἐσθλός. Apollo non cuivis apparet, sed bono; pro ὁ Ἀπόλλων.

Accidit autem haec elisio ex vocalibus α, ε, ι et ο, ut ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, et καὶ νῆεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν.

Ex diphthongis autem αι et οι, ut βούλομ' ἐγώ· et ὤμ' ὡς ἄχθομαι, quamquam posterius hoc rarius. Quo loco etiam illud notandum, quod consonans, circa quam elisio fit, si fuerit tenuis, sequente vocali aspirata, etiam ipsa in aspiratam suam convertitur, ut ἀνθ' ὧν, pro ἀντὶ ὧν, ἐφ' ἡμῶν, pro ἐπὶ ἡμῶν. Quod idem et in compositis servatur, ut ἀφαιροῦμαι, ex ἀπὸ et αἱροῦμαι, κάθοδος ex κατὰ et ὁδός.

Ὑφέν, Subunio, ‿ syllabarum contrahendarum nota, ut qui‿cunque.

Ὑποδιαστολή, Subdistinctio, haec sub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, ut μηδὲν, ἄγαν. Usus passionum saepe ad discernendas homonymas voces confert, ut ὅ,τι ab ὅςτις, et ὅτι quoniam, et caetera [57]).

Haec de prosodia. Vestrum erit et operam meam boni facere ac aequi, et frequenter [58]), ne frustratus videar studio meo, regulis adsciscere usu linguae acervos exemplorum.

Etymologia.

Ἐτυμολογία [59]) Etymi ratio [60]) est. Etymum proprietas est [61]) dictionis. Dictionum aliae sunt Articulus, Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Adverbium, Coniunctio, Praepositio.

57) Alii syllabae — et caetera.] haec hoc quidem loco in Editt. 1522—1541. desunt; vide supra p. 17. notam 6.

58) frequenter] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. frequentes.

59) Ἐτυμολογία] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. deest.

60) ratio] sic Editt. 1522—1541. et Camerarii Editt.; Ed. 1542. dictio.

61) est] sic Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542. sqq. deest.

Articulus.

Ἄρθρον Graeci ab ἀρτάω derivant, autore Manuele Moschopulo, quod hoc orationis membra cohaereant, nominum casus ac genera internoscantur. Minuta sermonis particula, sed quam si tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonabis decens. Ut enim articulis vegetamus corporis molem, ita articulis orationis partes discriminatas compingimus. Ignorat articulum omnino Latinus sermo, quare Latinis vocibus reddi aut exponi nequit. Nam quod grammatici nominum declinandorum casibus addiderunt, hic, haec, hoc, docendi gratia fecere, non quod sermo Latinus hos haberet articulos. Germanicus sermo habet articulum, nec Graeci articuli vim exacte cognoveris, nisi ex Germanico idiomate. De qua re plura disseremus in Constructionibus, ubi de articulo copiosius agemus, quod vix a quoquam videam hanc sermonis partem digne tractatam.

Accidunt articulo genera, Masculinum, Foemininum, Neutrum.

Numeri tres, Singularis, Dualis, Pluralis. Vincit enim Latinum sermonem Duali numero Graeca copia.

Casus quatuor, Nominativus[62]), Genitivus, Dativus, Accusativus. Nam Vocativi nullus est articulus, sed eius vice utimur adverbio vocandi ὦ. Ablativo Graecia in universum caret.

Accidit et figura. Sunt enim simplices articuli, ὁ ἡ τὸ, ὃς ἣ ὃ.

Compositi ὅδε, quod habet vim demonstrativi pronominis iste, ὅςπερ ἥπερ ὅπερ, qui quae quod, idem valet, quod simplex ὃς ἣ ὃ, ὅςτις, quicunque, quamquam et saepe pro simplici usurpetur.

Declinationem
oculis hac tabula subiecimus.

Articuli praepositivi.	Masc.	ὁ τοῦ τῷ τὸν	Hic
		τὼ τοῖν	
		οἱ τῶν τοῖς τοὺς	
	Foem.	ἡ τῆς τῇ τὴν	Haec
		τὰ ταῖν	
		αἱ τῶν ταῖς τὰς	
	Neutr.	τὸ τοῦ τῷ τὸ	Hoc
		τὼ τοῖν	
		τὰ τῶν τοῖς τὰ	

62) Nominativus] Ed. 1538. male: Nominatus.

Articuli postpositivi.	Masc.	ὃς οὗ ᾧ ὃν	Qui[63])
		ὢν οἷν	
		οἳ ὧν οἷς οὓς	
	Foem.	ἣ ἧς ᾗ ἣν[64])	Quae
		ἂν αἷν	
		αἳ ὧν αἷς ἃς	
	Neutr.	ὃ οὗ ᾧ ὃ	Quod
		ὢ οἷν	
		ἃ ὧν οἷς ἃ[65]).	

Articuli compositi ὅδε et ὅςπερ flectuntur sicut simplicia, non mutatis δε et περ, ut

ὅδε τοῦδε τῷδε, et sic

ὅςπερ οὗπερ ᾧπερ etc.

ὅςτις vero utramque compositionis partem declinat. Quare hic obiter τίς declinabimus, eo quod ad nominum formam non admodum quadret. Sicut nec vocabulum quis, apud Latinos.

Τίς cum acuto vox est interrogandi, quis? et declinatur in hunc modum, servans acutum in priore syllaba.

Singul.	Nominat.	τίς
	Genit.	τίνος
	Dat.	τίνι
	Accusat.	τίνα.
Dual.	Nominat.	τίνε
	Genit.	τίνοιν
	Dat.	τίνοιν
	Accusat.	τίνε.
Plural.	Nominat.	τίνες
	Genit.	τίνων
	Dat.	τίσι
	Accusat.	τίνας.

Τὶς cum gravi, postpositiva particula, significat quidam, servatque declinando tonum gravem in fine. Caeterum forma flectendi eadem est, quae fuit supra.

Singul.	Nominat.	τὶς
	Genit.	τινὸς
	Dat.	τινὶ
	Accusat.	τινὰ.
Dual.	Nominat.	τινὲ
	Genit.	τινοῖν
	Dat.	τινοῖν
	Accusat.	τινὲ.

63) Qui] sic Editt. 1522—1541.; Editt. 1542. sqq. Quis.

64) ἣν] Ed. 1538. male: ἳν.

65) ἃ] Ed. 1542. male: ἃς.

Plural. Nominat. *τινὲς*
Genit. *τινῶν*
Dat. *τισὶ*
Accusat. *τινὰς*[66]).

Atque hae quidem sunt masculinae et foemininae formae. Eodem plane declinabis modo neutra *τί* et *τὶ*.

Iam vide, ut articulus compositus *ὅςτις* flecti debeat, *ὅςτις*
οὗτινος
ᾗτινι
ὅντινα etc. declinata utraque compositionis parte.

De Nomine.

Nomen, Graeci *ὄνομα* vocant, dictio est, quae casu flectitur. Nominum alind est adiectivum, aliud substantivum. Adiectivum, quod tribus generibus variatur; Substantivum, quod uno aut ad summum duobus. Curae sit pueris adiectivorum terminationes novisse, quare formulas subiicio.

Ας πᾶς
πᾶσα
πᾶν — Et sic moventur aorista participia in *ας*, nec alind nomen ullum.

μέλας *μέγας*
μέλαινα *μεγάλη* — Foem. terminatio mutuaticia est.
μέλαν *μέγα*

Ης ὁ καὶ ἡ ἀληθής
τὸ ἀληθές.

Εις χαρίεις
χαρίεσσα
χάριεν.

Ις ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις
τὸ φιλόπατρι. — Nec sunt huiusmodi alia praeter composita.

Υς ἡδύς *πολύς*
ἡδεῖα *πολλή*, mutuaticium
ἡδύ *πολύ.*

Composita *υς*, *ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ.*

Ος[67]) purum aut *ρος* finientia[68]) foeminina per *α* faciunt, quamquam per crebram mutationem *α* in *η* etiam per *η* efferantur, sicut et *η* finientia Dorienses per *α* efferunt.

δίκαιος *δίκαια* *δίκαιον*
καθαρός *καθαρά* *καθαρόν.*

66) *τινάς*] Ed. 1538. *τινά.*

67) *Ος*] Ed. 1538. male: *Ως.*

68) *ρος* finientia] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. *ρ* finiens.

Reliqua in *ος* foeminina regulariter per *η* efferunt.

σοφός *σοφή* *σοφόν*

Composita in *ος*, generis communis sunt, ut *ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, τὸ φιλόσοφον.*

Ex *ος* nascitur et *ους* terminatio quorundam adiectivorum, ut

χρυσοῦς pro *χρυσέος* *ἁπλοῦς* pro *ἁπλόος*
χρυσᾶ *ἁπλῆ*
χρυσοῦν *ἁπλοῦν.*

Huius formae sunt, quae fines circumflectunt.

Composita, *ὁ καὶ ἡ πολύπους*[69])
τὸ πολύπουν

Ως ὁ καὶ ἡ εὔγεως
τὸ εὔγεων — Atticorum terminatio est, ut infra in declinationibus est cernere.

Ην ὁ καὶ ἡ τέρην
τὸ τέρεν.

Ων ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων
τὸ εὔδαιμον.

Αρ ὁ ἡ τὸ μάκαρ.

Si qua adiectiva inciderint, ad has formas[70]) exigat puer et moveat, et genera e generibus derivet.

Accidunt nomini Species, Genera, Casus, Declinatio, Figura.

Species, *εἴδη*.

Πατρωνυμικὸν gentile nomen est, ut *Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων*, Atrides Agamemnon, id est, Atrei filius. Saepe et pro possessivo Graecus usurpat, quemadmodum et noster poeta dixit: Pelias hasta.

Terminationes masculinae *δης*, *ων*, *διος*. Foemininae *ας*, *ις*[71]), *νη*, ut *Πριαμίδης*, *Πηλείων*, *Ὑῤῥάδιος*, *Ἰλιάς*, *Πριαμίς*, *Ἀδραστίνη.*

Formandi rationem usu deprehendes, et grammaticorum Latinorum quidam tradidere.

Comparativum.

Adiectiva in *ος* regulariter faciunt comparativos *ς* abiecta, et *τερος* ad positivum addita, *λευκός*, *λευκότερος*. In his, quae penultimam positivi habent longam, *ο μικρὸν* servant; quae

69) *πολύπους*] Ed. 1538. male: *πολύπις*, Ed. 1541. *πολίπους.*

70) formas] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. formulas.

71) *ις*] Ed. 1538. male: *ης.*

vero brevem, o μικρὸν mutant in ω μέγα, ut σοφός σοφώτερος, ἔνδοξος ἐνδοξότερος.

Adiectiva in ης, faciunt comparativum ης in ες mutato, et addita voce τερος, ut ἀληθής ἀληθέστερος.

Sic et quae εις finiunt, εστερος faciunt comparativos, ut χαρίεις χαριέστερος.

In ους, τερος addunt, ut εὔνους εὐνούστερος.

Quae ων finiunt, mutant ω in ο, et comparativum in έστερος finiunt, ut σώφρων σωφρονέστερος [72]).

Quae υς finiunt, ς abiiciunt, addita τερος, ut βραχύτερος. Sed in υς pleraque faciunt [73]) comparativos in ων, ut

ἡδύς ἡδίων, ταχύς ταχίων. Sic et

μέγας μείζων. Estque haec anomala terminatio comparativorum [74]).

Superlativum.

Comparativi terminationem τερος muta in τατος, facturus regulare superlativum.

ut	λευκότερος	λευκότατος
	ἀληθέστερος	ἀληθέστατος
	χαριέστερος	χαριέστατος
	εὐνούστερος	εὐνούστατος
	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος
	βραχύτερος	βραχύτατος.

Quorum vero comparativi ων [75]) finiunt, ιστος erit superlativorum enclisis, ut

ἡδίων	ἥδιστος
μείζων	μέγιστος.

Subiicio comparativorum ac superlativorum paradigmata, ad quae exiget puer adiectiva, quaecunque inciderint, et inde cognoscet, quae adiectivorum terminationes comparationem admittant.

Comparationes analogicae seu regulares.

Ος	σοφός	σοφώτερος	σοφώτατος
	σοφή	σοφωτέρα	σοφωτάτη
	σοφόν	σοφώτερον	σοφώτατον.
Ης	ὁ ἀληθής	ἀληθέστερος	ἀληθέστατος
	ἡ ἀληθής	ἀληθεστέρα	ἀληθεστάτη
	τὸ ἀληθές	ἀληθέστερον	ἀληθέστατον.
Ων	ὁ σώφρων	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος
	ἡ σώφρων	σωφρονεστέρα	σωφρονεστάτη
	τὸ σῶφρον	σωφρονέστερον	σωφρονέστατον.
Εις	ὁ χαρίεις	χαριέστερος	χαριέστατος
	ἡ χαρίεσσα	χαριεστέρα	χαριεστάτη
	τὸ χάριεν	χαριέστερον	χαριέστατον.

Comparationes anomalae.

Υς	ὁ ἡδύς	ἡδίων	ἥδιστος	Dulcis [76])
	ἡ ἡδεῖα	ἡδίων	ἡδίστη	
	τὸ ἡδύ	ἥδιον	ἥδιστον	
	πολύς	πλείων	πλεῖστος	Multus [76])
	πολλή	πλείων	πλείστη	
	πολύ	πλεῖον	πλεῖστον	
	ὁ μέγας	μείζων	μέγιστος	Magnus
	ἡ μεγάλη	μείζων	μεγίστη	
	τὸ μέγα	μεῖζον	μέγιστον	
	ὁ καλός	καλλίων	κάλλιστος	Bonus
	ἡ καλή	καλλίων	καλλίστη	
	τὸ καλόν	κάλλιον	κάλλιστον.	

Varios autem comparativos et superlativos [77]) καλός seu ἀγαθός recipit.

καλλίων	κάλλιστος
βελτίων	βέλτιστος
ἀμείνων	sine superlativo
κρείττων	κράτιστος
ἀρείων	ἄριστος
λωΐων	λῷστος

ὁ κακός	κακίων	κάκιστος	Malus
ἡ κακή	κακίων	κακίστη	
τὸ κακόν	κάκιον	κάκιστον.	

Recipit et κακός varios comparativos.

χείρων et χερείων χείριστος.

Et μικρός [78])	ἐλάττων	ἐλάχιστος	Parvus
	ἥσσων	sine superlativo	
	μείων	sine superlativo	
ὁ αἰσχρός	αἰσχίων	αἴσχιστος	Turpis
ἡ αἰσχρά	αἰσχίων	αἰσχίστη	
τὸ αἰσχρόν	αἴσχιον	αἴσχιστον	
ὁ ἐχθρός	ἐχθίων	ἔχθιστος	
ἡ ἐχθρά	ἐχθίων	ἐχθίστη	
τὸ ἐχθρόν	ἔχθιον	ἔχθιστον.	

---

72) Quae ων — σωφρονέστερος.] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

73) faciunt] in iisd. Editt. deest.

74) ut ἡδύς — comparativorum.] sic Editt. 1512. sqq.; Editt. 1522—1541.: Est anomala terminatio adjectivorum ων, ut ἡδύς ἡδίων, μέγας μείζων.

75) comparativi ων] sic Editt. 1512. sqq.; Editt. 1522—1541. ων comparativi.

76) Dulcis . . . Multus] hae voces in Editt. 1522—1511. desunt.

77) et superlativos] haec in Editt. 1522—1511. desunt.

78) Et μικρός] Editt. 1522—1541.: Sic μικρὸς parvus, alienos habet comparativos.

Invenias apud poetas nonnunquam et alios comparativos, ut *βράσσων* segnior a *βραδύς*, *θάσσων* celerior a *ταχύς*, et *πάσσων* crassior a *παχύς*, et similes, quos tuum erit lector observare. Nam in regulam grammaticam omnia cogi nequeunt. Inveniuntur et comparativa, quae unde deducta sint, non apparet, ut *ἄλγιον*, *ῥίγιον*, *ῥᾷον*, nisi a verbis esse facta illa dicamus, ut Latinorum aliqui, deterius a detero [79]).

Denominativum.

κος, ut *μουσικός*
ιος, ut *οὐράνιος*
ωδης, ut *λιθώδης* lapideus
ειος, quae possessivorum proprie significationem habet, ut *Ἡράκλειος*.

Diminutivum.

Diminutivorum masculinae terminationes sunt
ων, ut *μωρίων*, morio
αξ, ut *λίθαξ*, lapillus
σκος, ut *ἀνθρωπίσκος*, homuncio
λος, ut *ναυτίλος*, nauta.
Foemininae, *ις*, ut *θεραπαινίς*
σκη, ut *παιδίσκη*, ancilla.
Neutrorum, *νιον*, ut *ὀψώνιον*, coenula
κιον, ut *μειράκιον*, adolescentulus
λιον, ut *εἰδύλλιον*, imaguncula
φιον, ut *ζωΰφιον*, bestiola
διον, ut *κρεάδιον*, caruncula.

De verbalibus vide in fine regularium verborum.

Genera.

Masculinum	*ἀρσενικόν*, ὁ.
Foemininum	*θηλυκόν*, ἡ.
Neutrum.	*οὐδέτερον*, τό.
Commune	*κοινόν*, ὁ καὶ ἡ.
Promiscuum	*ἐπίκοινον*.

Et apud Graecos nihil de generibus praecipitur, quod declinationibus cognoscantur. Quod si quis omnino et generum regulas postulet, sequatur formas Latinas. In *α* foeminina sunt praeter verbalia, in *η* foeminina, et sic de reliquis.

Casus,	*πτῶσις.*
Nominativus	*ὀνομαστική.*
Genitivus	*γενική.*
Dativus	*δοτική.*
Accusativus	*αἰτιατική.*
Vocativus	*κλητική.*

Declinatio.

Quinque sunt ordines Graecae declinationis, quos simplices vocamus, et ex quinta nascuntur quidam ordines flectendi nomina, quae Contracta vocant. Nam cum in quibusdam nominibus quintae declinationis continuae vocales faciant *κακοφωνίαν*, solent eae vocales mutari, concerpi et collidi, ne hiulca sit pronuntiatio. Inde nomina quaedam contracta vocant, servantia quidem naturam declinationis quintae, sed alicubi mutantia nonnihil propter suaviorem pronuntiationem. Qua de re infra plura.

Porro quia simplicem casuum formationem etiam linguae proprietas interdum variat, de hac quoque repetenda quaedam longius videntur, antequam ad ipsas declinationes veniamus [80]).

De Dialectis.

Lata [81]) fuit regio, quae Graeciae nomine quondam censa est. Itaque et omnis generis disciplinarum plurimos scriptores habuit. Fuit ergo et multiplex loquendi ratio aliis partibus. Ea loquendi proprietas *διάλεκτος* a Quintiliano nuncupatur. Discrepant dialecti cum grammaticis inflexionibus, transitu literarum, varietate tonorum, tum filo orationis, quod genuinum cuique Graeciae parti haud raro deprehendet, qui sit acri iudicio. Quis enim Syram orationem ab Attica non internoscat? etiam si Atticis coeperit uti Syria figuris. Sed de hoc alio loco agetur; hic grammaticos variatarum *διαλέκτων* modos observa.

Attica, cuius usus in regione Attica fuit, ea est elegantissima, ut *θάλαττα* pro *θάλασσα*. Hac sunt usi, qui Athenis floruere, Demosthenes, Aristophanes et caeteri.

Ionica, proxima Atthidi, ut pro *ὄρος οὖρος*, hac Homerus maxime usus est.

---

79) Inveniuntur — detero.] sic Editt. 1512., 1548., 1557.; in Editt. 1522—1541. et 1545. haec desunt.

80) Porro — veniamus.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. desunt.

81) Lata] sic Editt. 1522—1542. sqq.; Ed. 1518. Ampla.

Aeolica Ionibus proxima, ut pro λαβεῖν λαβῆν.

Dorica Sicula est, Italiae proxima, Theocrito familiaris, η in α mutat, φήμη φάμα, id quod et Latini solemus, cum Graeca usurpamus, quippe Doribus vicini.

Qui sermo communis omnibus est, lingua communis dicitur, perinde ut apud nos est aliqua ratio loquendi communis Suevis, Boiis, Ubiis, singulis tamen sui sunt idiotismi [82]).

Declinatio prima simplex et aequisyllaba (hoc est, in qua obliqui non superant numerum syllabarum nominativi) est

Masculinorum ας et ης, ut Αἰνείας, Χρύσης, et Communium in της [83]), ὁ καὶ ἡ ληστής praedo.

Formula declinationis.

Sing.	ης / ας	ου	η / ᾳ	ην / αν	η, α [84]) / α
Dual.	α	αιν			
Plur.	αι	ῶν	αις	ας	αι

Paradigmata
simplicissima et regularia.

ΑΣ [85])

Sing. ὁ Αἰνείας
τοῦ Αἰνείου
τῷ Αἰνείᾳ
τὸν Αἰνείαν
ὦ Αἰνεία.
Dual. τὼ Αἰνεία
τοῖν Αἰνείαιν.
Plur. οἱ Αἰνείαι
τῶν Αἰνειῶν
τοῖς Αἰνείαις
τοὺς Αἰνείας
ὦ Αἰνείαι.

Dualium ubique tantum duae sunt voces, prima complectitur nominativum, accusativum et vocativum, secunda genitivum ac dativum.

ΗΣ [85])

Sing. ὁ Χρύσης
τοῦ Χρύσου
τῷ Χρύσῃ
τὸν Χρύσην
ὦ Χρύση.
Dual. τὼ Χρύσα
τοῖν Χρύσαιν.
Plur. οἱ Χρύσαι
τῶν Χρυσῶν
τοῖς Χρύσαις
τοὺς Χρύσας
ὦ Χρύσαι.

ΤΗΣ [85])

Sing. ὁ καὶ ἡ ληστής
τοῦ καὶ τῆς ληστοῦ
τῷ καὶ τῇ ληστῇ
τὸν καὶ τὴν ληστήν
ὦ ληστά.
Dual. τὼ καὶ τὰ ληστά
τοῖν καὶ ταῖν λησταῖν.
Plur. οἱ καὶ αἱ λησταί
τῶν ληστῶν
τοῖς καὶ ταῖς λησταῖς
τοὺς καὶ τὰς ληστάς
ὦ λησταί.

Inter haec tria paradigmata plane convenit, nisi quod alias α, alias η est, in singularibus nominativis, dativis, accusativis ac vocativis [86]).

Examen casuum.

Nominativus regulariter ας aut ης finit. Atqui cum passim in Graeco sermone iam ex α fiat η, iam ex η fiat α, poteris Αἰνείας Ionice efferre Αἰνείης, et rursum Ἀγχίσης mutari queat in Ἀγχίσας. Iam et ας et ης possunt Boeotico more in α mutari, ut sint pro Αἰνείας et Ἀγχίσης, Αἰνεία et Ἀγχίσα, ut μητιέτα Ζεύς. Unde ex ποιητής nostri homines fecerunt poeta. Et cum haec declinatio plane ad primam Latinam quadret, recte flectes Latine, Aenea, Anchisa, sicut poeta. Qua de re quaedam etiam sunt apud Priscianum.

Genitivus [87]) regulariter ου finit. Iam cum ου naturaliter sit cognatum cum εο, ut ποιέομεν,

82) Lata fuit regio — idiotismi.] Haec de dialectis notatio h. l. legitur in Ed. 1512. et in Camerarii Editt.; in Editt. 1518., 1522., 1538., 1541. in libri fronte, ante Caput „De literis Graecorum", exhibetur.

83) in της] in Editt. 1522 — 1541. desunt.

84) η, α] sic recte Editt. 1522 — 1541.; Editt. 1512. sqq. α.

85) ΑΣ . . . ΗΣ . . . ΤΗΣ] hae terminationes in Editt. 1542. sqq. superscriptae ab Editt. 1522 — 1541. absunt.

86) In Editt. 1522 — 1541. h. l. in fine addita sunt haec: Pluralibus ac dualibus plane per omnia convenit.

87) *Genitivus . . . Dativus*] in Editt. 1522 — 1541. his vocibus superposita est inscriptio: Examen Genitivi..., Dativi.

ποιοῦμεν, poena punio, moerorum pro murorum apud Virgilium, e quibus vocibus deprehendi potest cognatio, *eo* et *u*. Frequentissima ergo mutatio est *u* in *eo*, et *eo* in *u*, passim in Graecis, perinde atque in Latinis. Quare cum *ου* genitivus sit, solvi potest in *εω* per passionem literarum, ut *Αἰνείου Αἰνείεω*.

Rursum *εω* naturaliter in *αο* mutari potest, ideo Aeoles genitivum efferunt *Αἰνείαο*, et per syncopas *Αἰνείω καὶ Αἰνεία*, id quod Doriensium est. Et mira copia est nominum in *ας* familiarissime finientium genitivo *α*, praesertim contracta, ut *Κοσμᾶς Κοσμᾶ*. Vides ergo has casuum variationes oriri ex cognatione literarum, quam diligenter observabis.

Dativus[87]) non variat, nisi quod alias ex *ᾳ* fit *ῃ*, et rursum *ᾳ* ex *ῃ*[88]).

Accusativus variat item, quod ex *αν* nonnunquam fit *ην*, et ex *ην* nonnunquam fit *αν*. Et aliquando *ην* Iones in *εα* mutant, *Αἰνείεα, Χρύσεα*.

Vocativus non variat, nisi quod Attici vocativum fere faciunt nominativo similem. Et in *ης* nomina propria vocativum per *η* efferunt, appellativa per *α*, ut *ὦ Χρύση*, *ὦ ληστά*.

Duales casus, item ***nominativus pluralis*** nihil variant.

Genitivus pluralis regulariter *ων* finit, et inflexum quidem. Solent enim genitivi plurales primae ac secundae declinationis circumflecti. Iam vero ex *ων αν* fit Dorico more. Est enim *ω* cum *α* cognata, ut sit in[89]) *Αἰνειῶν Αἰνειᾶν*, et Aeolica extensione *α* interposita *Αἰνειάων*, et Ionica *ε* addita, *Αἰνειέων*, quae variationes fiunt ex cognatione literarum.

Dativus *αις* finit. Solet autem fere *αι* diphthongus mutari in *ῃ*, quare alicubi pro *Αἰνείαις Αἰνείῃς* effertur, id quod passim et in aliis declinationibus fieri solet. Nonnunquam et iota additur *Αἰνείῃσι* per paragogen, sicut amarier pro amari, id quod fit in omnibus dativis *ς* finientibus.

Accusativus et ***vocativus plurales*** plane nihil variant.

Figuratum Paradigma,
cuius vocibus saepe utuntur poetae.

S. *ὁ Αἰνείας*, et *Αἰνείης*, et *Αἰνεία*
τοῦ Αἰνείου, et *Αἰνείεω*, *Αἰνείαο*, *Αἰνείω*, *Αἰνεία*
τῷ Αἰνείᾳ, et *Αἰνείῃ*
τὸν Αἰνείαν, et *Αἰνείην*, *Αἰνείεα*
ὦ Αἰνεία et *Αἰνείης*.
D. *τὼ Αἰνεία*
τοῖν Αἰνείαιν.
P. *οἱ Αἰνείαι*
τῶν Αἰνειῶν, et *Αἰνειᾶν*, *Αἰνειάων*, *Αἰνειέων*
τοῖς Αἰνείαις, et *Αἰνείῃς*, et *Αἰνείῃσι*
τοὺς Αἰνείας
ὦ Αἰνείαι.

Sic formabis et figurabis reliqua huius declinationis nomina.

Secunda declinatio
simplicium aequisyllaba.

Foemininorum tantum est *α* et *η* finientium.

Formula declinationis[90]).

	α	*αν*	
Sing.	*ης η*		D. *α αιν* P. *αι ων αις ας*[91]) *αι*
	η	*ην*	

Huius declinationis *α* duplex est, longum et breve. Quod adnotare libuit propter tonorum regulas. Nam quorum ultima longa est, fere acutus est[92]) in penultimis, in aliis secus.

In *α* longum desinunt[93])

ρα adiectiva, ut *πονηρά*.
Contracta *Ἀθηνᾶ*, *Ναυσικᾶ*.
ία substantivorum, ut *φιλοσοφία*.
εια ab *ευω*, *παιδεύω*, *παιδεία*.
αια polysyllaborum.
δα, *Λήδα*.
θα, *κισσαίθα*.

88) ex *ᾳ* fit *ῃ*, et rursum *ᾳ* ex *ῃ*.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: ex *α* fit *η*, et rursum ex *η α* [Ed. 1538. *η* ex *α*].

89) in] ab Editt. 1522—1541. abest.

90) finientium. Formula declinationis.] in Editt. 1522—1541. desunt.

91) *ας*] sic recte Editt. 1518—1541.; in Editt. 1542—1557. male omiss.

92) est in Editt. 1522—1541. deest.

93) desinunt] ab Editt. 1522—1541. abest.

In α brevia sunt [94])

εῖα foeminina adiectivorum in υς, ut ἡδύς, ἡδεῖα.
αῖα disyllaba, ut γαῖα.
εια substantiva ab adiectivis ης, ut ἀληθής, ἀλήθεια.
ια foeminina adiectivorum, ut πότνια.
οῦσα, ut μοῦσα, sic participiorum οῦσα.

Brevia sunt item quaecunque reliquis consonantibus utuntur ante α, ut δόξα.

Paradigmata regularia.

A [95])

Sing. ἡ μοῦσα
τῆς μούσης
τῇ μούσῃ
τὴν μοῦσαν
ὦ μοῦσα.
Dual. τὰ μούσα
ταῖν μούσαιν.
Plur. αἱ μοῦσαι
τῶν μουσῶν
ταῖς μούσαις
τὰς μούσας
ὦ μοῦσαι.

H [95])

Sing. ἡ τιμή
τῆς τιμῆς
τῇ τιμῇ
τὴν τιμήν
ὦ τιμή.
Dual. τὰ τιμά
ταῖν τιμαῖν.
Plur. αἱ τιμαὶ
τῶν τιμῶν
ταῖς τιμαῖς
τὰς τιμάς
ὦ τιμαί.

Et regularis quidem genitivus singularis ης est. Verum si nomen finiat α longo, aut puro, hoc est, quod praecedit vocalis, aut ρα, δα, θα, regularis genitivus in ας finiet, ut

Sing. ἡ σοφία
τῆς σοφίας
τῇ σοφίᾳ
τὴν σοφίαν
ὦ σοφία.

Hinc sunt et Latini genitivi, familias, Maias, quia familia, Maia, α puro finiunt. Vide Priscianum de declinatione prima.

Dual. τὰ σοφία
ταῖν σοφίαιν.

94) sunt] in iisd. Editt. deest.

95) *A . . . H*] hae terminationes superscriptae in Editt. 1522 — 1541. desunt.

Plur. αἱ σοφίαι
τῶν σοφιῶν
ταῖς σοφίαις
τὰς σοφίας
ὦ σοφίαι.

Examen.

Nominativus α finit aut η. Hic item observabis Ionicam variationem α in η, σοφίη pro σοφία, et Doricam η in α, τιμά pro τιμή. Crebro et propria mutant η in εια, ut Καλλιόπη Καλλιοπεία. Virgilius [96]): Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.

Genitivus regularis ης est, praeter ea, quae finiunt α longo, puro, ρα, δα, θα. Nam haec regulariter genitivum per ας faciunt. Semper autem memineris transitus α in η, σοφίης pro σοφίας, τιμᾶς pro τιμῆς, id quod et in dativo et accusativo observabis, ut ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν, pro ἔβη καὶ ταῦρος ἀν' ὕλην. Abiit et taurus in sylvam, Theocritus [97]). Dualia nihil variant.

Genitivus pluralis ων finit. Porro cum ω cognata sit cum α, ων mutant Dorienses in αν [98]), μουσῶν, μουσᾶν, sicut est apud Theocritum [99]): χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν. Difficiles sunt viae musarum. Solet item ω extendi praeposito α vel ε, ut μουσάων Dorice, μουσέων Ionice.

Dativus pluralis αις finit, et soluta diphthongo propria, ης impropria diphthongo finit, cui et ι adscisci solet per paragogen μούσαις, μούσῃς, μούσῃσι, sicut supra in prima declinatione fieri videmus. Sic Hesiodus [Opp. et D. 352. ed. Goettl.]: κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσι. Mala lucra aequalia damnis. ἄτῃσι pro ἄταις, ab ἄτη nominativo.

Figuratum Paradigma.

S.	ἡ ἱστορία	ἱστορίη [100])
	τῆς ἱστορίας	ἱστορίης [100])
	τῇ ἱστορίᾳ	ἱστορίῃ [100])
	τὴν ἱστορίαν	ἱστορίην
	ὦ ἱστορία	ἱστορίη.

96) Virg. Ecl. 4, 57.

97) Theocrit. XIV, 43. Ed. Kiessling.

98) *αν*] sic recte Editt. 1522., 1538., 1557.; Editt. 1541—1548. *α*.

99) Theocrit. XVI, 69., ubi autem in Ed. Kiessl. loco *τελέθουσιν ἀοιδᾶν* leguntur: *τελέθοντι ἀοιδοῖς*.

100) *ἱστορίη, ἱστορίης, ἱστορίῃ*] sic Editt. 1522., 1538.; in Editt. 1541 — 1557. hae tres formae desunt.

D. τὰ ἱστορία
ταῖν ἱστορίαιν.
P. αἱ ἱστορίαι
τῶν ἱστοριῶν, ἱστοριᾶν, ἱστοριάων, ἱστοριέων
ταῖς ἱστορίαις, ἱστορίῃς, ἱστορίῃσι
τὰς ἱστορίας
ὦ ἱστορίαι.

Tertia declinatio
simplicium parasyllaborum est [1]).

Masculinorum, Foemininorum et Communium in ος, ut ὁ λόγος, ἡ ὁδός, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. Et Neutrorum in ον, ut τὸ ξύλον.

Formula declinationis [2]).

	ος	ε	οι	ους
Sing.	ου ῳ ον	D. ω οιν	P.	ων οις
	ον	ον	α	α

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

ΟΣ [3])

S. ὁ λόγος
τοῦ λόγου
τῷ λόγῳ
τὸν λόγον
ὦ λόγε.
D. τὼ λόγω
τοῖν λόγοιν.
P. οἱ λόγοι
τῶν λόγων
τοῖς λόγοις
τοὺς λόγους
ὦ λόγοι [4]).

ΟΝ [3])

S τὸ ξύλον
τοῦ ξύλου
τῷ ξύλῳ
τὸ ξύλον
ὦ ξύλον.
D. τὼ ξύλω
τοῖν ξύλοιν.
P. τὰ ξύλα
τῶν ξύλων
τοῖς ξύλοις
τὰ ξύλα
ὦ ξύλα.

Neutra habent tres similes casus, ut apud Latinos.

1) est] in Editt. 1522—1541. non legitur.
2) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.
3) ΟΣ . . . ΟΝ] hae terminationes superscriptae in iisd. Editt. desunt.
4) ὦ λόγοι] hic vocativus in iisd. Editt. omissus est.

Examen.

Convenit huic declinationi cum secunda Latina. Nam quae ος, ον Graecis desinunt, apud nos per *us*, *um* efferri possunt, paucas admodum variationes admittit.

Genitivus ου effertur Dorice per ω. Nam ου naturaliter cognata est cum ω, λόγου, λόγω, sicut apud Theocritum [5]): ἄμμες οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι. Nos nullo numero digni, λόγω [6]) pro λόγου. Et Ionice ω soluto in οιο λόγοιο, ut Σιληνοὶ κεραοῖο Διονύσοιο τιθηνοί, pro κεραοῦ, Διονύσου, Nicander [7]).

Accusativus pluralis saepe mutat Dorice ους in ως, ut δρυμώς pro δρυμούς. Et rursum per systolen δρυμός, mutata ω in ο μικρὸν, sicut est apud Theocritum [8]): μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ ἅβαι. Ne laedite vites meas, sunt enim tenerae, τὰς ἀμπέλος pro ἀμπέλους.

Figuratum Paradigma.

S. ὁ λόγος
τοῦ λόγου, λόγω, λόγοιο
τῷ λόγῳ
τὸν λόγον
ὦ λόγε καὶ λόγος.
D. τὼ λόγω
τοῖν λόγοιν, λόγοιιν poetica epenthesi, quemadmodum et aliae sunt, φιν, σι, ut θεόφιν pro θεῶν, πρόβασι pro προβάτοις; de quibus infra.
P. οἱ λόγοι
τῶν λόγων
τοῖς λόγοις καὶ λόγοισι
τοὺς λόγους, λόγως, λόγος
ὦ λόγοι.

Quarta declinatio
simplicium ἰσασύλλαβος est.

Masculinorum et Foemininorum in ως, ut ὁ Μενέλεως, ἡ ἅλως. Et Neutrorum in ων, εὔγεων [9]).

5) Theocrit. XIV, 48.
6) λόγω] sic Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542—1557. h. l. deest.
7) Nicandri Alexipharm 31. Ed. Schneider.
8) Theocrit. V, 109.
9) est — εὔγεων.] sic Ed 1542; in Editt. Camerarii post „Masc. et Foem. — ἅλως." adduntur: Et Communium, ὁ καὶ ἡ εὔγεως.; Editt. 1522—1541. h. l. exhibent: ως Masculinum μενέλεως, Foemininum ἅλως, ων Neutrum εὔγεων.

Atticam hanc vocamus, Atticis[10]) scilicet genuinam, quibus quae hoc ordine flectuntur, reliqua Graecia superioris declinationis formula comprehendit. Ita fit, ut haec e superiori nascatur, ut *Ἑρμόλαος* communiter, *Ἑρμόλεως* Attice; *Ἀνδρόγειος* communiter, *Ἀνδρόγεως* Attice.

Nec e superiori modo declinatio Attica haec fit, sed e quinta iniquisyllaba. Sic *γέλως γέλωτος* Aristophanes *γέλως γέλω* declinavit.

Formula casuum[11]).

	ως			ως					ως
S.	ω	ῳ	ων	D. ω	ῳν	P. ῳ	ων	ῳς	
	ων			ων					ω

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

S. *ὁ ἀνδρόγεως*
τοῦ ἀνδρόγεω
τῷ ἀνδρόγεῳ
τὸν ἀνδρόγεων καὶ ἀνδρόγεω antique
ὦ ἀνδρόγεως.
D. *τὼ ἀνδρόγεω*
τοῖν ἀνδρόγεῳν.
P. *οἱ ἀνδρόγεῳ*
τῶν ἀνδρόγεων
τοῖς ἀνδρόγεῳς
τοὺς ἀνδρόγεως
ὦ ἀνδρόγεῳ.

Hoc sum usus paradigmate, ut admoneam Virgiliani carminis puerum II. Aeneid.[12]): Androgeos se offert nobis, socia agmina credens. Isthic poeta nominativo est usus. VI. Aeneid.[13]) genitivo utitur: In foribus letum Androgeo. Latine dixisset: Androgei. Alibi[14]) et accusativo usus est: Aut Atho aut Rhodopen. Plerique male Athon legunt, est enim Atho antiquus accusativus. Atticus casus in Pauli epistola[15]) est: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, pro Apollinis.

Quinta declinatio
simplicium, in qua obliqui rectos vincunt syllabarum numero.

Tertiam Latinam fere refert terminationum numero ac flectendi forma. Quare multa ex hac declinatione saepe petunt Latini. Primum igitur terminationes colligemus, et singulis sua paradigmata adscribemus, quibus commode pueri utentur, si quando nomen aliquod declinandum inciderit. Ac primum quidem cum vocales sint septem, tres tantum vocales terminationes sunt in hac declinatione.

α, ut *σῶμα*
ι, ut *μέλι*
υ, ut *δόρυ*.
Vocalibus his finientia neutra sunt.

Ex consonantibus *ν ξ ρ ς ψ*. Nam *β γ δ ζ ϑ κ λ μ π τ φ χ* Graecus flexus non admittit.

Formula casuum[16]).

Genitivus *ος*. Dativus *ι*. Accusativus *α* vel *ν*. Dual. *ε*, *οιν*. Plural. *ες*, *ων*, *σι*, *ας*.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ vocalium[17]).

In *Α*.

S. *τὸ σῶμα*
τοῦ σώματος
τῷ σώματι
τὸ σῶμα
ὦ σῶμα.
D. *τὼ σώματε*
τοῖν σωμάτοιν.
P. *τὰ σώματα*
τῶν σωμάτων
τοῖς σώμασι
τὰ σώματα
ὦ σώματα.

Est in *α* anomalon *κάρα* caput, quod flectitur multipliciter

καρή	*καρῆς*
καρά	*καρᾶς*
κάρα	*κάρατος*
κάρηαρ	*καρήατος*
κάρηνον	*καρήνου*
κράς	*κρατός* vel *κράατος*.

In *Ι*.

Sing. *τὸ μέλι* Idque unicum est in *ι*, cum compositis.
τοῦ μέλιτος
τῷ μέλιτι
τὸ μέλι Reliquorum non est usus.

10) Atticis] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Atthidi.
11) Haec tabula in Editt. 1542. sqq. exstat; in Editt. 1522—1541. deest.
12) Virg. Aen. II, 371.
13) Virg. Aen. VI, 20.
14) Virg. Georg. 1, 332.
15) 1. Corinth. 1. 12. 3, 4.
16) casuum.] in Editt. 1522—1541. deest.
17) vocalium] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. vocalia.

In *Y*.

In *υ*, quorum penultima longa est, *εος* genitivo faciunt, ut *ἄστυ ἄστεος*. Sic et adiectiva neutra in *υ* flectunt, ut *ἡδύ ἡδέος*, *γλυκύ γλυκέος*.

Paradigma [18]).

Sing. *τὸ ἄστυ*
τοῦ ἄστεος
τῷ ἄστεϊ
τὸ ἄστυ
ὦ ἄστυ.
Dual. *τὼ ἄστεε*
τοῖν ἀστέοιν.
Plur. *τὰ ἄστεα*
τῶν ἀστέων
τοῖς ἄστεσι
τὰ ἄστεα
ὦ ἄστεα.

In *υ*, quorum penultima brevis est, *υος* genitivo faciunt, ut

Sing. *τὸ γόνυ*
τοῦ γόνυος
τῷ γόνυϊ
το γόνυ
ὦ γόνυ.
Dual. *τὼ γόνυε*
τοῖν γονύοιν.
Plur. *τὰ γόνυα*
τῶν γονύων
τοῖς γόνυσι
τὰ γόνυα
ὦ γόνυα.

Huius formae nomina *γόνυ*, *δόρυ* literarum metathesi variant declinationem, ut

γόνυ	
γόνυος	*γουνός*
γόνυϊ	*γουνί*
γόνυα	*γοῦνα*
γονύων	*γούνων.*

Et aliter *γόνας γόνατος*, seu *γοῦνας γούνατος*. Sic *δόρυ δόρας δοῦρας*. Huius est et *δόρος δόρεος*; vide Graecae flexionis varietatem [19]).

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ consonantium.

In *N*.

N et *ρ* literae sunt immutabiles, hoc est, quae in flexu nominum fere non mutantur. Quare quae *ν* aut *ρ* finiunt, genitivos fere faciunt tantum *ος* addita, hinc quae excipiantur, ostendent paradigmata.

AN [20]).

In *Aν*, *ανος* faciunt omnia [21]) praeter *πᾶν παντός* adiectivum, quod omne significat.

Sing. *ὁ τιτάν*
τοῦ τιτᾶνος
τῷ τιτᾶνι
τὸν τιτᾶνα
ὦ τιτάν.
Dual. *τὼ τιτᾶνε*
τοῖν τιτάνοιν.
Plur. *οἱ τιτᾶνες*
τῶν τιτάνων
τοῖς τιτᾶσι
τοὺς τιτᾶνας
ὦ τιτᾶνες.

Sic reliqua in *αν* flecte. Observa autem *ν* finientia in dativo plurali ipsum *ν* abiicere.

EN.

Eν neutra terminatio est adiectivorum in *εις*, ut *ὁ χαρίεις*, *τὸ χάριεν*, ea per *τος* genitivos faciunt, ut *χαρίεντος χαρίεντι* etc. Est et neutra terminatio adiectivorum in *ην*, ut *τέρην*, *τέρεν*, cui *ος* addes genitivo [22]), *τέρενος.*

HN.

Hν ηνος, praeter pauca derivata *η* in *ε* mutantia, maximeque quae habent *μ* ante *ην*, ut *φρήν φρενός*, *ὑμήν ὑμένος*, *λιμήν λιμένος*, *ποιμήν ποιμένος.*

Paradigma [23]).

Sing. *ὁ ἕλλην*
τοῦ ἕλληνος
τῷ ἕλληνι
τὸν ἕλληνα
ὦ ἕλλην.
Dual. *τὼ ἕλληνε*
τοῖν ἑλλήνοιν.

18) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.

19) vide — varietatem.] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

20) Haec terminatio et sequentes in Ed. 1542. superscriptae in Editt. 1522—1541. non exstant.

21) In *Aν*, *ανος* faciunt omnia] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. *Aν ανος* omnia.

22) genitivo] in Editt. 1522—1541. deest.

23) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. non invenitur.

Plur. οἱ ἕλληνες
τῶν ἑλλήνων
τοῖς ἕλλησι
ὦ ἕλληνες.

Sic alia in ην, ut μήν μηνός mensis, quod et Aeolice μείς dicitur.

IN. YN.

Ιν } ος appone, ut τελχίν τελχῖνος
Υν } φόρκυν φόρκυνος, reperies et φόρκυς φόρκυος.

ON.

In Ον, ος addunt genitivis, ut μεῖζον μείζονος. Estque haec[24]) adiectivorum generis neutri, ut εὔδαιμον, et comparativorum, ut μεῖζον, βέλτιον, terminatio.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ[25]).

Sing. τὸ μεῖζον
τοῦ μείζονος
τῷ μείζονι
τὸ μεῖζον
ὦ μεῖζον.
Dual. τὼ μείζονε
τοῖν μειζόνοιν.
Plur. τὰ μείζονα καὶ μείζω
τῶν μειζόνων
τοῖς μείζοσι
τὰ μείζονα καὶ μείζω
ὦ μείζονα καὶ μείζω.

In ον comparativi efferunt plurales nominativos et accusativos per ω, ονα elisa, ut Hom.[26]) ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα, Meliora mediocria omnia, ἀμείνω pro ἀμείνονα, vide rursum infra in ων.

In ον substantiva, et ab ος adiectiva ad declinationem tertiam pertinent, ut λευκόν.

ΩΝ.

Ων alias ωνος, alias ονος facit. Perstringemus ergo paucis horum nominum rationem.

Nomina verbalia et comparativi in ων faciunt genitivum in ονος, ο brevi, ut νοήμων νοήμονος, δαίμων δαίμονος, σώφρων σώφρονος, ἀμείνων ἀμείνονος.

Sing. ὁ βελτίων
τοῦ βελτίονος
τῷ βελτίονι
τὸν βελτίονα καὶ βελτίω
ὦ βέλτιον.
Dual. τὼ βελτίονε
τοῖν βελτιόνοιν.
Plur. οἱ βελτίονες
τῶν βελτιόνων
τοῖς βελτίοσι
τοὺς βελτίονας
ὦ βελτίονες.

Et huius formae singulares accusativi schema patiuntur, ut Attice dicatur βελτίω pro βελτίονα, sicut Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα. Et plurales nominativi in ονες a poetis crebro per ους efferuntur, ut βελτίους pro βελτίονες. Sic Homerus[27]): παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. Pauci gnati similes patri sunt, plures peiores, pauci vero patri meliores. Estque κακίους pro κακίονες, ἀρείους pro ἀρείονες dictum[28]).

Item vocativus nominum ων literam genitivi sequitur.

Verbalium autem formam et propria pleraque sequuntur, in quibus ι vel α longum praecedit ων, ut Ἀμφίων Ἀμφίονος, Ἑλμάων Ἑλμάονος. Et gentilia, ut μαίων μαίονος, παίων παίονος etc.[29]).

Reliqua in ων[30]) ω servant, ut Σίμων Σίμωνος, Ἀπόλλων Ἀπόλλωνος, Ὠρίων Ὠρίωνος[31]).

Excipe pauca foeminina acutitona, et praecipue quae in δων exeunt polysyllaba, ut χελιδών χελιδόνος, ἀνθηδών ἀνθηδόνος, σινδών σινδόνος, εἰκών εἰκόνος[32]).

Item pauca quaedam propria, ut Ἀγαμέμνων Ἀγαμέμνονος, Ἀκταίων Ἀκταίονος,

24) In Ον — haec] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541.: Ον, ος adde. Est autem

25) Haec inscriptio in Editt. 1522 — 1541. deest.

26) Hom. Od. VII, 310.

27) Hom. Od. II. 276 sq.

28) dictum.] in Editt. 1522 — 1541. deest.

29) Verbalium — παίονος etc.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522 — 1541. haec non reperiuntur.

30) Reliqua in ων] Editt. 1522 — 1541. Reliqua vero

31) Ὠρίων Ὠρίωνος.] sic Editt. 1522 — 1541.; in Editt. 1542. sqq. deest.

32) Excipe — εἰκόνος.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. Pauca excipe foeminina, ut χελιδών χελιδόνος.

Αἴσων Αἴσονος[33]), quae o breve habent, eo quod derivaticia sint, quibus hoc ipsum familiare est.

Sunt et quae in *τος* genitivum faciunt, videlicet quae in *φῶν* desinunt, ut *Ξενοφῶν Ξενοφῶντος*.

Et in *οων*, ut *Λαοκόων Λαοκόοντος*. Item *γέρων γέροντος, λέων λέοντος, δράκων δράκοντος*[34]).

ΟΥΝ.

Ουν, ut *δίπουν* neutrum a *δίπους* bipes, declinatur sicut *δίπους δίποδος*. Nec in *ουν* huius ordinis alia sunt praeter huius formae composita et participia, quorum declinationem suo loco disces.

De terminatione ξ.

Sicut apud Latinos solvuntur nomina x finientia in c aut g, ut rex regis, faex faecis: sic apud Graecos a *ξ* fiunt genitivi aut per *κος*, aut per *γος*, aut per *χος*.

Primitiva in *ξ* fere *κος* habent, quaecunque vocalis praecedat, ut

κόραξ κόρακος
νάρθηξ νάρθηκος
πέρδιξ πέρδικος
βόμβυξ βόμβυκος
σάρξ σαρκός.
ἄναξ auget syllabam pro *ἄνακος* faciens *ἄνακτος, ἄνακτι, ἄνακτα, ὦ ἄναξ*, et poetice *ὦ ἄνα*.

Derivata maximeque verbalia *γος* finiunt, ut *ἅρπαξ ἅρπαγος*, ab *ἁρπάζω*, in cuius secundo futuro est *ἁρπαγῶ*, hinc genitivus consonantem *γ* mutuatur.

οἰστροπλήξ οἰστροπλῆγος, a *πλαγῶ*.
κυαμοτρώξ κυαμοτρῶγος, a *τρώγω*.
Nota *φύλαξ φύλακος*.

ΙΞ et *ΥΞ*.

In *ιξ* et *υξ* fere habent *χος*, ut *θρίξ τριχός, ὄνυξ ὄνυχος*. Sic et *βήξ βηχός*[35]).

In *υγξ* fere *υγγος, φάρυγξ φάρυγγος. λύγξ λυγκός*[36]).

In *αιξ*. *αἴξ* facit *αἰγός*. *γύναιξ*, abusivus nominativus[37]), *γυναικός γυναικί* etc.

Paradigma.

Sing.	*ὁ θώραξ*
	τοῦ θώρακος
	τῷ θώρακι
	τὸν θώρακα
	ὦ θώραξ.
Dual.	*τὼ θώρακε*
	τοῖν θωράκοιν.
Plur.	*οἱ θώρακες*
	τῶν θωράκων
	τοῖς θώραξι
	τοὺς θώρακας
	ὦ θώρακες.

Regula.

Pluralis dativus *ξ* finientium a nominativo singulari fit tantum *ι* addita; poetice aliquando augetur hic casus, *θωράκεσσι* pro *θώραξι*.

De terminatione ρ.

Immutabilis litera *ρ* est, quare in obliquis fere servatur sicut *ν*, fiuntque genitivi tantum *ος* addita. Huic terminationi difficile est adformare dativum pluralem, ideo eius paradigmata praecipue observabis.

Αρ, *αρος* facit. Praeter neutra, quae *ρ* abiecta genitivos faciunt per *τος*, *ἦμαρ ἤματος*[38]).

Paradigma masculinum.

Sing.	*ὁ μάκαρ*
	τοῦ μάκαρος
	τῷ μάκαρι
	τὸν μάκαρα
	ὦ μάκαρ.
Dual.	*τὼ μάκαρε*
	τοῖν μακάροιν.

---

33) *Ἀκταίων — Αἴσονος*] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. horum loco exhibent: *Ἀμφίων Ἀμφίονος, Ὑπερίων Ὑπερίονος.*

34) videlicet quae — *δράκοντος*.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. horum loco habent: *γέρων γέροντος, λέων λέοντος, δράκων δράκοντος.* Et in *φῶν*, ut *Ξενοφῶν Ξενοφῶντος.*

35) Sic — *βηχός*.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

36) fere — *λυγκός*.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. ut *φάρυγξ φάρυγγος.*

37) *αἴξ* — nominativus.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. ut *γύναιξ*, abusivus nominativus, cuius obliqui crebro usurpantur.

38) Praeter neutra, quae — *ἤματος*.] haec in Editt. 1522—1541. vocibus praeced. „addita" et „Huic terminationi" interposita sunt; subseq. inscriptio in iisd. Editt. deest.

Plur. οἱ μάκαρες
τῶν μακάρων
τοῖς μάκαρσι
τοὺς μάκαρας
ὦ μάκαρες.

Fere in ρ dativos faciunt σι ad ρ nominativi apposita.

Neutrum Paradigma.

Sing. τὸ ἦμαρ
τοῦ ἤματος
τῷ ἤματι
τὸ ἦμαρ
ὦ ἦμαρ.
Dual. τὼ ἤματε
τοῖν ἠμάτοιν.
Plur. τὰ ἤματα
τῶν ἠμάτων
τοῖς ἤμασι
τὰ ἤματα
ὦ ἤματα.

Excipe foemininum δάμαρ, cuius genitivus est δάμαρτος, eo quod veteres dixerint δάμαρς in nominativo. Et neutrum, quod non mutat ρ in τ, ἔαρ ἔαρος. Item ἄλκαρ ἄλκαρος.

Ηρ alias ερος, alias ηρος facit.

Verbalia in τηρ, ut σωτήρ; Item quae fines non acuunt, ut Ἴβηρ, η servant in genitivo.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

Sing. ὁ σωτήρ
τοῦ σωτῆρος
τῷ σωτῆρι
τὸν σωτῆρα
ὦ σῶτερ.
η in ε mutant vocativi, praeterquam in propriis, ut Ἴβηρ.
Dual. τὼ σωτῆρε
τοῖν σωτήροιν.
Plur. οἱ σωτῆρες
τῶν σωτήρων
τοῖς σωτῆρσι
τοὺς σωτῆρας
ὦ σωτῆρες.

Reliqua mutant η in ε in genitivo.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

S. ὁ πατήρ
τοῦ πατέρος et per syncopen πατρός
τῷ πατέρι et per syncopen πατρί
τὸν πατέρα
ὦ πάτερ.

Nec dicitur πατρά propter differentiam nominis πάτρα, quod significat patriam.

D. τὼ πατέρε
τοῖν πατέροιν.
P. οἱ πατέρες
τῶν πατέρων
τοῖς πατράσι et πατρέσσι.
τοὺς πατέρας
ὦ πατέρες.

Sic formabis dativos huius formae in ηρ.

Aliud.

S. ὁ ἀνήρ
τοῦ ἀνέρος,
τῷ ἀνέρι καὶ ἀνδρί
τὸν ἀνέρα καὶ ἄνδρα
ὦ ἄνερ.

et ε elisa, ac δ interposita propter euphoniam, ἀνδρός.

D. τὼ ἀνέρε καὶ ἄνδρε
τοῖν ἀνέροιν καὶ ἀνδροῖν.
P. οἱ ἀνέρες καὶ ἄνδρες
τῶν ἀνέρων καὶ ἀνδρῶν
τοῖς ἀνδράσι καὶ ἄνδρεσσι
τοὺς ἀνέρας καὶ ἄνδρας
ὦ ἀνέρες καὶ ἄνδρες.

Υρ υρος facit, ut

S. ὁ μάρτυρ
τοῦ μάρτυρος
τῷ μάρτυρι
τὸν μάρτυρα
ὦ μάρτυρ.

Dicitur autem et ὁ μάρτυς μάρτυος [39]).

D. τὼ μάρτυρε
τοῖν μαρτύροιν.
P. οἱ μάρτυρες
τῶν μαρτύρων
τοῖς μάρτυρσι
τοὺς μάρτυρας
ὦ μάρτυρες.

In ωρ primitiva genitivos faciunt per ωρος, ut φώρ φωρός.

S. ὁ ἰχώρ
τοῦ ἰχῶρος
τῷ ἰχῶρι
τὸν ἰχῶρα
ὦ ἰχώρ. Vocativus retinet syllabam genitivi.
D. τὼ ἰχῶρε
τοῖν ἰχώροιν.

39) μάρτυος] Ed. 1538. mendo typogr.: μάρτυρος.

P. οἱ ἰχῶρες
τῶν ἰχώρων
τοῖς ἰχῶρσι [40])
τοὺς ἰχῶρας
ὦ ἰχῶρες.

Derivata, adeoque verbalia τωρ finientia, per ορος faciunt genitivos, ut πολυΐστωρ πολυΐστορος. Adde his propria, Ἕκτωρ Ἕκτορος, Μέντωρ Μέντορος, Νέστωρ Νέστορος, quod a verbis derivata sint [41]).

Sing. ὁ ῥήτωρ
τοῦ ῥήτορος
τῷ ῥήτορι
τὸν ῥήτορα
ὦ ῥῆτορ.
Dual. τὼ ῥήτορε
τοῖν ῥητόροιν.
Plur. οἱ ῥήτορες
τῶν ῥητόρων
τοῖς ῥήτορσι
τοὺς ῥήτορας
ὦ ῥήτορες.

In ειρ per ειρος genitivos faciunt, ut χείρ χειρός.

Sing. ἡ χείρ
τῆς χειρός
τῇ χειρί
τὴν χεῖρα
ὦ χείρ.
Dual. τὼ χεῖρε mutato genere, non τα χεῖρε
ταῖν χειροῖν.
Plur. αἱ χεῖρες
τῶν χειρῶν
ταῖς χερσί
τὰς χεῖρας
ὦ χεῖρες.

Et diphthongo incisa, poetice:

Sing. ἡ χείρ
τῆς χερός
τῇ χερί
τὴν χέρα.
Dual. τὰ χέρε
ταῖν χεροῖν.
Plur. αἱ χέρες
τῶν χερῶν
ταῖς χερσί
τὰς χέρας.

40) ἰχῶρσι] sic Editt. 1522., 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. ἰχώρσι.

41) sint] sic Editt. 1522., 1541. sqq.; Ed. 1538. sunt.

In Σ.

Litera ς mutabilis est, ut et apud Latinos. Neque enim in declinando manet, perinde atque ν aut ρ; sed in τ aut δ fere mutatur. Nonnunquam abiecta nulla alia consonante mutatur [42]), ut χάρις χάριτος, Παλλάς Παλλάδος, ἐριννύς ἐριννύος; cum nominibus ν aut ρ desinentibus, fere tantum ος adponatur, ν aut ρ manente, ut παιάν παιᾶνος, Νέστωρ Νέστορος.

ΑΣ.

In ας masculina propria sunt, ut Ἄτλας. Foeminina, quae ultimas acuunt, ut λαμπάς. Neutra, quorum frequentissimus usus est, ut κέρας. Masculina et foeminina simpliciter declinantur, neutra etiam contrahuntur, ut κέρας κέρατος, et elisa τ, κέραος et κέρως. De quibus infra in declinatione quinta contractorum.

Masculina propria genitivum per αντος faciunt, ut Ἄτλας Ἄτλαντος.

Paradigma.

S. ὁ Αἴας
τοῦ Αἴαντος
τῷ Αἴαντι
τὸν Αἴαντα
ὦ Αἶαν.
D. τὼ Αἴαντε
τοῖν Αἰάντοιν.
P. οἱ Αἴαντες
τῶν Αἰάντων
τοῖς Αἴασι
τοὺς Αἴαντας
ὦ Αἴαντες.

Sic πᾶς παντός. Et participia indefinita, ut τύψας τύψαντος [43]).

In ς desinentia tantum ι apponunt nominativo, factura dativum.

Foeminina in άς per άδος faciunt genitivum, ut Παλλάς Παλλάδος.

S. ἡ λαμπάς
τῆς λαμπάδος
τῇ λαμπάδι
τὴν λαμπάδα
ὦ λαμπάς.
D. τὰ λαμπάδε
ταῖν λαμπάδοιν.

Sic φυγάς φυγάδος.

42) abiecta nulla alia consonante mutatur] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. abiectam nulla alia consonante mutamus.

43) Et part. — τύψαντος.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522 — 1541. haec desunt.

P. αἱ λαμπάδες τῶν λαμπάδων ταῖς λαμπάσι τὰς λαμπάδας ὦ λαμπάδες.	Duo adiectiva μέλας et τάλας faciunt genitivos μέλανος, τάλανος.

Ες.

In ες huius formae non sunt, nisi contracta primae declinationis, de quibus suo loco.

Ης.

In ης substantiva masculina, item foeminina regulariter per τος faciunt genitivos, ut ὁ λάχης λάχητος[44]), Laches Lachetis.

Sing. ἡ φιλότης
τῆς φιλότητος
τῇ φιλότητι
τὴν φιλότητα
ὦ φιλότης.
Dual. τὼ φιλοτήτε
ταῖν φιλοτήτοιν.
Plur. αἱ φιλότητες
τῶν φιλοτήτων
ταῖς φιλότησι
τὰς φιλότητας
ὦ φιλότητες.

Adiectiva et composita fere ad primam contractorum declinationem pertinent, ut ἀληθής, εος, Δημοσθένης, εος[45]).

Ις.

Nulla terminatio toties variat quoties ις. Communiter autem tam masculina quam foeminina per δος genitivos faciunt.

In ις propria regulariter quidem per δος declinant, Ionice autem per ος purum, ut[46])

S.	ὁ Πάρις	ὁ Πάρις[47])
	τοῦ Πάριδος	τοῦ Πάριος
	τῷ Πάριδι	τῷ Πάριϊ καὶ Πάρι
	τὸν Πάριδα	τὸν Πάριν
	ὦ Πάρι	ὦ Πάρι.
D.	τὼ Πάριδε	τὼ Πάριε
	τοῖν Παρίδοιν	τοῖν Παρίοιν.
P.	οἱ Πάριδες	οἱ Πάριες
	τῶν Παρίδων	τῶν Παρίων
	τοῖς Πάρισι	τοῖς Πάρισι
	τοὺς Πάριδας	τοὺς Πάριας.
	ὦ Πάριδες.	Sic μάντις etc.

44) λάχητος] Ed. 1538. male: λάχιτος.

45) Adiectiva — εος.] haec in Editt. 1542. sqq. leguntur; in Editt. 1522—1541. desunt.

46) In ις — ut] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. horum loco exhibent: τὶς τινός supra in articulis declinavimus.

47) Hae declinationis formae in Editt. 1522—1541. inscriptae sunt: Et variata masculinorum talium declinatione.

Eodem modo et foeminina in ις, acutitona, aut alias penultimam natura longam habentia, declinantur, ut Πριαμίς, ίδος; θεραπαινίς, ίδος; μῆνις, ιδος. Caetera in ις, verbalia et appellativa, penultimam natura longam non habentia, per ϊος declinantur, et ad declinationem secundam contractorum pertinent, ut ὄφις, ιος; μάντις, ιος etc.[48]).

Nota ὄϊς οἶς, ὄϊος οἰός; φθόϊς φθοῖς, φθόϊος et φθοιός.

S. ἡ χάρις
τῆς χάριτος
τῇ χάριτι
τὴν χάριτα καὶ χάριν
ὦ χάρις.
D. τὼ χάριτε
ταῖν χαρίτοιν.
P. αἱ χάριτες
τῶν χαρίτων
ταῖς χάρισι
τὰς χάριτας
ὦ χάριτες,

Poetae saepe dativos augent epenthesi, ut χαρίτεσσι.

Hic observandum est varie declinatum Θέμις.

Sing. ἡ Θέμις.

τῆς Θέμιδος communiter, Θέμιτος Dorice, et poetice Θέμιστος, ς apposita, ut Homer. Odyss. β.[49]): λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἠδὲ Θέμιστος. Observabis item ὄρνις ὄρνιθος etc.[50]).

Υς.

In υς substantiva genitivos per υος faciunt, ut

S. ὁ βότρυς   Sic ἐριννύς.
τοῦ βότρυος
τῷ βότρυϊ
τὸν βότρυν et poetice βότρυα
ὦ βότρυ.

48) Eodem modo — etc.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. haec h. l. desunt.

49) Hom. Od. II, 68.

50) In Ed. 1522. h. l. addita sunt: „In plurali Attice ὄρνεις, ut Athenaeus docet lib. IX."; in Editt. 1538. et 1541. vero haecce: „Verbalia, ut τάξις τάξιος, et pleraque alia, quae facilius observatione et usu linguae, quam regula comprehenderis, ad declinationem secundam contractam pertinent, ut ὄφις ὄφιος."

D. τὼ βότρυε
τοῖν βοτρύοιν.
P. οἱ βότρυες καὶ βότρυς
τῶν βοτρύων
τοῖς βότρυσι
τοὺς βότρυας καὶ βότρυς
ὦ βότρυες καὶ βότρυς.
Excipe χλαμύς χλαμύδος, κροκύς κροκύδος.

In υς adiectiva, genitivos formant per εος, ut
S. ὁ ἡδύς
τοῦ ἡδέος
τῷ ἡδέϊ, et contractim ἡδεῖ
τὸν ἡδέα, ἡδύν
ὦ ἡδύ.
D. τὼ ἡδέε, ἡδῆ raro
τοῖν ἡδέοιν.
P. οἱ ἡδέες, et ἡδεῖς
τῶν ἡδέων
τοῖς ἡδέσι
τοὺς ἡδέας, et ἡδεῖς
ὦ ἡδέες, et ἡδεῖς.

In hunc modum flecte et neutra, ut ἡδύ, γλυκύ. Foeminina enim huius formae ut ἡδεῖα, γλυκεῖα ad secundam declinationem simplicium pertinent.

Ος.

In ος non finiunt huius declinationis nomina, nisi neutra participia praeterita, ut τετυπός τετυπότος, et quae in prima contractorum declinatione recensebuntur, ut μέλος, χάος.

Ως.

Nominativi ως finientes, regulariter formant genitivos per ωτος, ut φῶς φωτός.

Propria ut Μίνως, et quae longam penultimam habent masculina, faciunt genitivos per ωος, ut ἥρως, ἥρωος. Sic et monosyllaba, quae δ, τ vel ϑ ante ω habent, ut Τρώς Τρωός, δμώς δμωός [51]).

Paradigma [52]).

S. ὁ γέλως
τοῦ γέλωτος
τῷ γέλωτι
τὸν γέλωτα
ὦ γέλως.
D. τὼ γέλωτε
τοῖν γελώτοιν.
P. οἱ γέλωτες
τῶν γελώτων
τοῖς γέλωσι
τοὺς γέλωτας
ὦ γέλωτες.

In ΑΙΣ.

In αίς per τος genitivos faciunt, ut δαίς δαιτός. Et Neutrum σταίς σταιτός.
S. ἡ δαίς
τῆς δαιτός
τῇ δαιτί
τὴν δαῖτα
ὦ δαίς.
D. τὰ δαῖτε
ταῖν δαιτοῖν.
P. αἱ δαῖτες
τῶν δαιτῶν
ταῖς δαισί
τὰς δαῖτας
ὦ δαῖτες.

ΕΙΣ.

In εις passim genitivos per εντος faciunt, ut λειριόεις λειριόεντος. Deme κλείς κλειδός, ἀντήρεις ἀντήρειδος.
S. ὁ χαρίεις
τοῦ χαρίεντος
τῷ χαρίεντι
τὸν χαρίεντα
ὦ χαρίεν, χαρίει, χαρίεις.
D. τὼ χαρίεντε
τοῖν χαριέντοιν.
P. οἱ χαρίεντες
τῶν χαριέντων
τοῖς χαρίεισι, χαρίεσι
τοὺς χαρίεντας
ὦ χαρίεντες [53]).

In hunc modum et neutra horum adiectivorum flectuntur, ut χάριεν χαρίεντος χαρίεντι. Et participia passiva, ut τυφθείς τυφθέντος [54]).

Observabis in οεις nomina contrahi, ut
Σιμόεις Σιμοῦς
Σιμόεντος Σιμοῦντος
Σιμόεντι Σιμοῦντι.

51) quae longam — δμωός.] sic Editt. 1512. sqq.; Editt. 1522—1541.: alia quaedam, ut ἥρως faciunt genitivos per ωος, ut ἥρως ἥρωος, τρώς τρωός, δμώς δμωός.

52) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.

53) Hic vocativus in Editt. 1522—1541. omiss.

54) Et participia — τυφθ.] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

ΑΥΣ.

In αυς inter anomala recensentur, quamquam regularis sit declinatio. Variant autem casus multipliciter, tantum propter cognatarum literarum α, η, ε mutationem, ut

S. ἡ ναῦς καὶ νηῦς Sic γραῦς.
τῆς ναὸς καὶ νηός, et νεώς Attice
τῇ ναῒ καὶ νηΐ
τὴν νάα καὶ νῆα
ὦ ναῦς, καὶ ναῦ, καὶ νηῦς.
D. τὰ νάε καὶ νῆε
ταῖν ναοῖν καὶ νηοῖν.
P. αἱ νᾶες, νῆες, νέες
τῶν ναῶν, νηῶν, νεῶν
ταῖς ναυσί, νηυσί, νήεσσι
τὰς νῆας, νέας, ναῦς, νηῦς
ὦ νᾶες, νῆες, νέες [55]).

ΕΥΣ.

In ευς nomina ad tertiam contractorum classem pertinent, praeter unum anomalon, quod formam ordinis utcunque tuetur, Ζεύς.

S. ὁ Ζεύς
τοῦ Ζηνός
τῷ Ζηνί
τὸν Ζῆνα
ὦ Ζεῦ.

Admittit et aliam formam, ζ in δ mutato pro natura literae ζ.

S. ὁ Ζεύς
τοῦ Διός
τῷ Διΐ
τὸν Δία
ὦ Ζεῦ

υἱεύς vide infra de anomalis.

ΟΥΣ.

Multiplex forma est nominum ους finientium. Quaedam enim genitivos per οντος, quaedam per οδος, quaedam per ωτος, quaedam simpliciter in ος, mutata υς diphthongi parte, ut

S. ὁ ὀδούς [56])
τοῦ ὀδόντος
τῷ ὀδόντι
τὸν ὀδόντα
ὦ ὀδούς.
D. τὼ ὀδόντε
τοῖν ὀδόντοιν.
P. οἱ ὀδόντες
τῶν ὀδόντων
τοῖς ὀδοῦσι
τοὺς ὀδόντας
ὦ ὀδόντες.
S. ὁ πούς [56])
τοῦ ποδός
τῷ ποδί
τὸν πόδα
ὦ πούς.
D. τὼ ποδέ
τοῖν ποδοῖν.
P. οἱ πόδες
τῶν ποδῶν
τοῖς ποσί
τοὺς πόδας
ὦ πόδες.
S. τὸ οὖς Id vero quidam censent indeclinabile, et ab eo usurpari casus
τοῦ ὠτός ab οὔας οὔατος, et ὠτός.
τῷ ὠτί
τὸ οὖς
ὦ οὖς.
D. τὼ ὦτε
τοῖν ὠτοῖν.
P. τὰ ὦτα et frequens οὔατα
τῶν ὠτῶν
τοῖς ὠσί, οὔασι
τὰ ὦτα, οὔατα.

Reliqua in ους varie flectuntur, υς in ος mutantia.

S. ὁ νοῦς Sic et βοῦς declinabis.
τοῦ νοός
τῷ νοΐ
τὸν νόα, νοῦν
ὦ νοῦ.
D. τὼ νόε
τοῖν νόοιν.
P. οἱ νόες, νοῦς
τῶν νοῶν
τοῖς νουσί
τοὺς νόας, νοῦς
ὦ νόες, νοῦς.

Idemque nomen sicut et pleraque alia huius formae, etiam in tertio ordine declinatur [57]) ut πλόος, ῥόος.

---

55) ΑΥΣ. — νέες.] haec in Editt. 1522—1541. declinationi nominum in αις et εις praecedunt.

56) ὁ πούς etc. et ὁ ὀδούς etc. in Editt. 1522 — 1541. ordine inverso proposita sunt.

57) huius — declinatur] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. desunt.

S.	ὁ νόος et contractim	νοῦς
	τοῦ νόου	νοῦ
	τῷ νόῳ	νῷ
	τὸν νόον	νοῦν
	ὦ νόε	νοῦ.
D.	τὼ νόω	νώ
	τοῖν νόοιν	νοῖν.
P.	οἱ νόοι	νοῖ
	τῶν νόων	νῶν
	τοῖς νόοις	νοῖς
	τοὺς νόους	νοῦς
	ὦ νόοι	νοῖ.

Hic observabis et ea, quae per contractionem ex οεις in ους mutantur, ut πλακόεις πλακοῦς, πλακόεντος πλακοῦντος etc. [58]).

ΛΣ.

S. ὁ ἅλς
τοῦ ἁλός
τῷ ἁλί
τὸν ἅλα
ὦ ἅλς.
D. τὼ ἅλε
τοῖν ἅλοιν.
P. οἱ ἅλες
τῶν ἅλων
τοῖς ἁλσί
τοὺς ἅλας
ὦ ἅλες.

ΡΣ.

S. ὁ μάκαρς
τοῦ μάκαρτος
τῷ μάκαρτι
τὸν μάκαρτα
ὦ μάκαρς etc.

Alias et μάκαρ τοῦ μάκαρος et ὁ μακάριος τοῦ μακαρίου effertur.

ΝΣ.

S. ὁ Τίρυνς
τοῦ Τίρυνθος
τῷ Τίρυνθι
τὸν Τίρυνθα
ὦ Τίρυνς.

Ψ.

In ψ finientia certa regula comprehendi nequeunt, alia enim [59]) per βος, alia per πος, sed rara, alia per φος, sed rarissima efferuntur, ut

S. ὁ Ἄραψ
τοῦ Ἄραβος
τῷ Ἄραβι
τὸν Ἄραβα
ὦ Ἄραψ.
D. τὼ Ἄραβε
τοῖν Ἀράβοιν.
P. οἱ Ἄραβες
τῶν Ἀράβων
τοῖς Ἄραψι
τοὺς Ἄραβας
ὦ Ἄραβες. Sic,
S. ὁ κύκλωψ τοῦ κύκλωπος
ὁ κίνυψ τοῦ κίνυφος etc.

Omnium declinabilium vocum paradigmata iuxta literarum ordinem praescripsimus. Tuum erit, studiose lector, ad ea exigere, si quod nomen inciderit flectendum. Iam et nostro exemplo te velim quam plurimum vocum accumulare, quibus casuum varietates ac discrimina queant exerceri.

Observabis autem in hac declinatione a genitivo ος fieri nominativum declinationis tertiae, ut

ὁ ἄβαξ, τοῦ ἄβακος. Hinc
ὁ ἄβακος
τοῦ ἀβάκου
τῷ ἀβάκῳ etc.

Item ab accusativo α, nomen declinationis primae apud Latinos, ut τὸν κρατῆρα. Hinc haec cratera, huius craterae, huic craterae.

At observabis in hac declinatione dativum pluralem [60]).

Regula prima.

Vocali desinentia, nominativo σι apponunt, ut γράμμα [61]), γράμμασι.

Secunda.

Ν desinentia, pro ν, σι nominativo apponunt, ut τιτάν [61]), τιτᾶσι.

Tertia.

Ρ desinentia fere tantum apponunt nominativo σι, ut μάκαρ [61]), μάκαρσι. Quae excipiuntur, vide supra.

58) πλακόεντος πλακοῦντος etc.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: πλακοῦντος, sicut et πλακόεντος.

59) alia enim] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. alias.

60) At — pluralem.] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541.: Dativum pluralem in hac declinatione observabis.

61) γράμμα . . . τιτάν . . . μάκαρ . . . αἴας . . . ἄβαξ] in Editt. 1522—1541. desunt.

Quarta.

In σ desinentia, ι nominativo apponunt, ut αἴας[61]) αἴασι. ἄβαξ[61]) ἄβαξι.

De contractis declinationibus.

Satis scio inventuti videri contractorum flexum difficilem, sed eam velim observare, primum omnia contracta secundum naturam suam ad quintam declinationem pertinere simplicium, ut πόλις πόλιος; deinde contrahi solere, quia in ipsarum penultimis ac ultimis concurrunt vocales, in quibus cum hiatum vitare omnes linguae soleant, contrahuntur iuxta cognationem literae. Observabis igitur in contrahendo literarum cognationem. Cognatae sunt α, ε, η. Cognatae item ε, η. Item ε, ι[62]). Item εϊ et ει.

Prima Contractorum Declinatio[63]).

Huius terminationes sunt[64])
Masculina ης, ut ὁ Δημοσθένης
Communis ης, ut ὁ καὶ ἡ ἀληθής
Neutra ες adiectivorum, ut τὸ ἀληθές.

Neutra ος substantivorum, ut χάος[65]). Declinantur hoc modo[66]):

Masculina.

Sing. ὁ καὶ ἡ ἀληθής
τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, et οῦς.
τῷ καὶ τῇ ἀληθέϊ, et εῖ.
τὸν καὶ τὴν ἀληθέα, et ῆ.
ὦ ἀληθές.
Dual. τὼ καὶ τὰ ἀληθέε, et ῆ.
τοῖν καὶ ταῖν ἀληθέοιν, et ἀληθοῖν.
Plur. οἱ καὶ αἱ ἀληθέες, et εῖς.
τῶν ἀληθέων, et ῶν.
τοῖς καὶ ταῖς ἀληθέσι
τοὺς καὶ τὰς ἀληθέας, et εῖς.
ὦ ἀληθέες, et εῖς.

---

62) Item ε, ι.] haec in Ed. 1538. omissa sunt.

63) Prima Contr. Decl.] haec inscriptio in Editt. 1522., 1538. deest.

64) Huius terminationes sunt] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. Terminationes.

65) Neutra ος — χάος.] haec in Ed. 1538. omissa, et articuli ὁ . . . ὁ καὶ ἡ . . . τό proxime praecedentes in Editt. 1522 — 1541. desunt.

66) Declinantur hoc modo] haec ab iisd. Editt. absunt.

Neutra adiectiva.

Sing. τὸ ἀληθές
τοῦ ἀληθέος, et οῦς
τῷ ἀληθέϊ, et εῖ
τὸ ἀληθές
ὦ ἀληθές.
Dual. τὼ ἀληθέε, et ῆ
τοῖν ἀληθέοιν, et οῖν.
Plur. τὰ ἀληθέα, et ῆ, accusativo et vocativo.
τῶν ἀληθέων, et ῶν
τοῖς ἀληθέσι.

Neutra substantiva.

Sing. τὸ χάος
τοῦ χάεος, et ους
τῷ χάεϊ, et ει
τὸ χάος
ὦ χάος.
Dual. τὼ χάεε, et η
τοῖν χαέοιν, et χάοιν.
Plur. τὰ χάεα, et χάη
τῶν χαέων, et χαῶν
τοῖς χάεσι
τὰ χάεα, et χάη
ὦ χάεα, et χάη.

Nota variam declinationem compositorum nominum ἀπὸ τοῦ κλέος, ut Ἡρακλέης.

S. ὁ Ἡρακλέης
τοῦ Ἡρακλέεος, et Ἡρακλῆος, et Ἡρακλέηος, et Ἡρακλέους.

τῷ Ἡρακλέεϊ per syncopen Ἡρακλέϊ, et Ionice Ἡρακλῆϊ et Ἡρακλέει, secundum synaeresim ab Ἡρακλέεϊ, et Ἡρακλεῖ ab Ἡρακλέϊ.

τὸν Ἡρακλέεα, et Ἡρακλέα, et Ἡρακλῆ, et Ἡρακλέην, et Ἡρακλῆα.

ὦ Ἡράκλεες communiter, et Ἡράκλεις secundum synaeresim, et Ἡράκλες secundum syncopen.

D. τὼ Ἡρακλέεε, et Ἡρακλέε, et Ἡρακλῆ.
τοῖν Ἡρακλεέοιν, et Ἡρακλέοιν, et Ἡρακλήοιν, et Ἡρακλοῖν.

P. οἱ Ἡρακλέεες, et Ἡρακλέεις, et Ἡρακλῆες.
τῶν Ἡρακλεέων, et Ἡρακλέων, et Ἡρακλήων.

τοῖς Ἡρακλέεσι, et Ἡρακλέσι, et Ἡρακλῆσι.

τοὺς Ἡρακλέεας, et Ἡρακλέεις, et Ἡρακλῆας, et Ἡρακλῆς.

Vocativus similis est nominativo.

Per contractionem autem sic [67]):

S. ὁ Ἡρακλῆς
τοῦ Ἡρακλέος, Ἡρακλοῦς
τῷ Ἡρακλέϊ, Ἡρακλεῖ
τὸν Ἡρακλέα, et Ἡρακλῆ, et Ἡρακλῆν
ὦ Ἥρακλες, et Ἡρακλῆς.
D. τὼ Ἡρακλέε, Ἡρακλῆ
τοῖν Ἡρακλέοιν, Ἡρακλοῖν.
P. οἱ Ἡρακλέες, Ἡρακλεῖς
τῶν Ἡρακλέων, Ἡρακλῶν
τοῖς Ἡρακλέσι
τοὺς Ἡρακλέας, Ἡρακλῆς.
Vocativus similis est nominativo.

Secunda Contractorum Declinatio.

Huius terminationes sunt [68])

ΙΣ Masculinorum, Foemininorum ac Communium, ut ἡ πόλις.

Ι Neutrorum, ut τὸ σίνηπι.

S. ἡ πόλις
τῆς πόλιος communiter, πόλεως Attice, πόλεος Ionice
τῇ πόλιϊ, πόλι, πόλεϊ, πόλει
τὴν πόλιν
ὦ πόλι.

Nolebam adiicere schemata πόληος, πόληϊ, πόληα, ne quid ἀπροσδιόνυσον. Haec est declinatio, quam operose Latini tractamus in flectendis Graecorum verbalibus in ις, quae in hunc ordinem conferto.

Dualiter.

τὰ πόλιε, πόλεε, πόλη. Dixerunt veteres etiam τὼ πόλιε, mutato genere, sicut τὼ ὁδώ.
ταῖν πολίοιν καὶ πολέοιν πόλεῳν.

Pluraliter.

αἱ πόλιες, πόλις, πόλεες, πόλεις
τῶν πολίων, πολέων, πόλεων
ταῖς πόλισι καὶ πόλεσι
τὰς πόλιας, πόλις, πόλεας, πόλεις
ὦ πόλιες, πόλις, πόλεες, πόλεις.

Sic Singulariter.

ἡ πρᾶξις
τῆς πράξιος, εως, εος
τῇ πράξιϊ καὶ πράξι etc. ut supra.

67) autem sic] Editt. 1522—1541.: sic flectes.
68) Huius term. sunt] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

Tertia Contractorum Declinatio.

Huius terminatio est [69])

Ευς Masculinorum tantum, ut Ὀρφεύς.

S. ὁ Ἀχιλλεύς
τοῦ Ἀχιλλέος, Ἀχιλλῆος Ionice, Ἀχιλλέως Attice
τῷ Ἀχιλλέϊ, λεῖ, λῆϊ
τὸν Ἀχιλλέα, Ἀχιλλῆα
ὦ Ἀχιλλεῦ.
D. τὼ Ἀχιλλέε καὶ λῆε
τοῖν Ἀχιλλέοιν καὶ λήοιν.
P. οἱ Ἀχιλλέες, Ἀχιλλεῖς, λῆες
τῶν Ἀχιλλέων, Ἀχιλλήων
τοῖς Ἀχιλλεῦσι
τοὺς Ἀχιλλέας, Ἀχιλλεῖς, λῆας
ὦ Ἀχιλλέες, λεῖς, λῆες.

Ne mirare Atticum genitivum penacui, etiam si πόλεως et Μενέλεως supra videris. Nam qui in recti fine tonus est, ea syllaba in obliquis non excedit, ut in tonis notatum est. Sic ἀληθής ἀληθέος, et hic Ἀχιλλεύς, Ἀχιλλέος, λέως [70]).

Quo sum usus paradigmate, ut admoneam Latinos duplicis declinationis quorundam nominum, quae crebra poëtae nostri usurpant. Passim hodie declinamus: hic Ulysses, sis, si, hic Achilles, lis, li. Veteres vero et hic Ulysseus, huius Ulyssei, Ulysseo, Ulyssea declinarunt. Sic Achilleus, Achillei, Achilleo, Achillea, ut Orpheus, Orphei, Orpheo, Orphea, atque ex hac declinatione secunda Latina sunt genitivi apud Virgilium [71]): Exuvias indutus Achilleï, contractim pro Achilleï, et apud Ovidium [72]): Iniuria Theseï, pro Theseï genitivus est. Apud Horatium [73]) Ulysseï [74]) divisim leges. Item apud Lucanum [75]) Achillea accusativum reperies. Quos casus in secundam Latinorum declinationem congere. Haec saepe Priscianus, sed ubique corruptissime. Tantum scilicet indoctorum impudentia potuit, ut optimus autor nusquam sit ἀῤῥάβδωτος, vide librum eius sextum. Caete-

69) Huius term. est] haec in Editt. 1522—1541. desunt.
70) Ἀχιλλέος, λέως.] sic Editt. 1522—1541.; Editt. 1542. sqq. έος.
71) Virg. Aen. II, 275.
72) Ovid. Fast. VI, 737.
73) Horat. Epod. 16, 60. 17, 16.
74) Ulysseï] Ed. 1538. Ulysseï.
75) Lucanum] sic Editt. 1512. sqq.; Editt. 1522 — 1541.: eundem. [Reperitur Achillea in Lucani Pharsal. X, 523.]

rum et quosdam Graecae declinationis casus ab ευς Latini adsciscunt, Virgilius[76]): Orpheï Calliopεια, Lino formosus Apollo, Ὀρφεῖ dativus est Graecus. Cave Latinum putes casum. Contra dixi Ulysseï Latinum casum esse, quippe genitivum, qui Graecis erat Ὀδυσσέος. Item Ilionea[77]) penultima producta, Ἰλιονῆα pro Ἰλιονέα, quod regulare fuerat, ut Orphea. Virgilius[78]):

Orpheaque in medio posuit sylvasque sequentes.

Quarta Contractorum Declinatio.

Huius terminationes sunt[79])

ώ et ώς Foemininorum, omniaque sunt ὀξύτονα, quia derivata.

S. ἡ Σαπφώ
τῆς Σαπφόος, Σαπφοῦς, Σαπφῶς
τῇ Σαπφόϊ, Σαπφοῖ, Σαπφώ
τὴν Σαπφόα, Σαπφῶ, Iones et Σαπφοῦν faciunt, Aeoles Σαπφῶν
ὦ Σαπφώ.
D. τὼ Σαπφώ
ταῖν Σαπφοῖν.
P. αἱ Σαπφοί
τῶν Σαπφῶν
ταῖς Σαπφοῖς
τὰς Σαπφούς
ὦ Σαπφοί.

Hoc inflectes modo pleraque alia nomina in ώ, ut Calypso, Dido etc. Latine sic: haec Sapphus, huius Sapphus, huic Sappho, hanc Sappho. Nam quae genuina Latinorum est, Sappho, Sapphonis, ut Dido, Didonis, infrequens est.

Quinta Contractorum Declinatio.

Huius terminatio

ΑΣ Neutrorum est[80]).

S. τὸ κέρας
τοῦ κέρατος communiter, κέραος Ionice, κέρως Attice
τῷ κέρατι communiter, κέραϊ Ionice, κέρᾳ Attice
τὸ κέρας
ὦ κέρας.
D. τὼ κέρατε communiter, κέραε Ionice, κέρα Attice.
τοῖν κεράτοιν communiter, κεράοιν Ionice, κερῷν Attice.
P. τὰ κέρατα communiter, κέραα Ionice, κέρα Attice
τῶν κεράτων communiter, κεράων Ionice, κερῶν Attice
τοῖς κέρασι
τὰ κέρατα communiter, κέραα Ionice, κέρα Attice.

In hac declinatione observa non fieri contractionem nisi τ elisa, neque hiatus enim fit nisi τ elisa.

De Numeralibus.

Haec[81]), ut Latinis, sunt varia declinatione.

Εἷς singulariter tantum.

εἷς unus	μία una	ἕν unum
ἑνός	μιᾶς	ἑνός
ἑνί	μιᾷ	ἑνί
ἕνα	μίαν	ἕν.

Δύο dualiter.

Δύο, δυοῖν omnis generis, quin et plurale declinatur.

οἱ καὶ αἱ καὶ τὰ[82]) δύο
τῶν δύο
τοῖς καὶ ταῖς δυσί
τοὺς καὶ τὰς καὶ τὰ δύο.

Reliqua Pluralia sunt.

τρεῖς, τριῶν, τρισί, τρεῖς	communiter.	τρία, τριῶν, τρισί, τρία	neutr. generis.

τέσσαρες, τεσσάρων, τέσσαρσι, τέσσαρας communiter.

τέσσαρα, τεσσάρων, τέσσαρσι, τέσσαρα neutri.

Hinc usque ad centum, τὸ ἑκατόν, indeclinabilia sunt, πέντε, ἕξ, ἑπτά, ὀκτώ, ἐννέα, δέκα, εἴκοσι, τριάκοντα, τετράκοντα, πεντάκοντα, ἑξάκοντα, ἑπτάκοντα, ὀκτώκοντα, ἐννεάκοντα, ἑκατόν.

76) Virg. Ecl. 4, 57.
77) Virg. Aen. 1, 611.
78) Virg. Eclog. 3, 46.
79) Huius term. sunt] haec in Editt. 1522—1541. desunt.
80) Huius term. — est.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Ας neutrorum est. Παράδειγμα.

81) Haec] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Ea.
82) οἱ καὶ αἱ καὶ τὰ] sic scripsi (= Acc.); Editt. 1522—1541. οἱ καὶ αἱ τὰ; Editt. 1542. sqq. οἱ αἱ τά.

A centum composita flectuntur, ut *διακόσιοι*, *τριακόσιοι*, *χίλιοι*, *διςχίλιοι*[83]), *τριςχίλιοι*, *μύριοι*[84]).

ἙΤΕΡΟΚΛΙΤΑ.

Νοῦς, *γραῦς*, *ναῦς*, *βοῦς* etc. reperies in terminationibus quintae declinationis.

Poëticas figuras, ut *κρῖ* pro *κρῖθον*, ut apud Homerum[85]), *κρῖ λευκόν*. Item *λίπα* pro *λιπαρῷ*, ut *λιπ' ἐλαίῳ*, tuae diligentiae erit Lector observare[86]).

Triplex Declinatio
τοῦ υἱός.

S.	*ὁ υἷϊς*	
	τοῦ υἷϊος	*υἷος*
	τῷ υἷϊι	*υἷϊ*
	τὸν υἷϊα	*υἷα*
	ὦ υἷις.	
D.	*τὼ υἷϊε*	*υἷε*
	τοῖν υἱΐοιν	*υἷοιν.*
P.	*οἱ υἷϊες*	*υἷες*
	τῶν υἱΐων	*υἵων*
	τοῖς υἵϊσι	*καὶ υἵασι*
	τοὺς υἷϊας	*υἷας*
	ὦ υἷϊες	*υἷες.*

Alias sic

S.	*ὁ υἱεύς*	
	τοῦ υἱέος	
	τῷ υἱέϊ	*υἱεῖ*
	τὸν υἱέα	
	ὦ υἱεύς.	
D.	*τὼ υἱέε*	*υἱῆ*
	τοῖν υἱέοιν	*υἱοῖν.*
P.	*οἱ υἱέες*	*υἱεῖς*
	τῶν υἱέων	*υἱῶν*
	τοῖς υἱέσι	
	τοὺς υἱέας	*υἱεῖς*
	ὦ υἱέες	*υἱεῖς.*

83) *διςχίλιοι*] sic scripsi; Editt. 1522—1557. *δυσχίλιοι.*

84) *δέκα*, — *μύριοι.*] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: *δέκα.* Reliqua si voles adiungito. A centum composita flectuntur, ut *διακόσιοι* ducenti etc. De Numero Graecanico. *Δέκα εἴκοσι*, *τριάκοντα* — *ἑκατόν διακόσιοι* — *μύριοι.*

85) Hom. Il. V, 196. et al. *κρῖ λευκόν*, Il. XIV, 171. *λίπ' ἐλαίῳ.*

86) observare.] in Editt. 1522—1541. deest.

Alias in tertia simplicium.

S.	*ὁ υἱός*
	τοῦ υἱοῦ
	τῷ υἱῷ
	τὸν υἱόν
	ὦ υἱέ, et caetera.

Τέλος τῆς ὀνομάτων κλίσεως.

Hactenus de nomine. Libet obiter exercendorum puerorum gratia et exempla adiicere, quibus regulae illustrentur. Carmen Hesiodi e genealogiis Deorum ad hanc rem delegi[87]).

Ex Hesiodi Theogonia[88])
De Musis.

(*Textum graecum h. l. in Editt.* 1518., 1538—1512. *et in Camerarii Editt. adscriptum, qui Theogoniae vss.* 36—44. 52—55. 60. 61. 64—67. 76—79. *Ed. Goettling. continet, omisi.*)

Scholia.

Plutarchus in libro de audiendis poëtis inquit, *τὸ τῶν ποιητῶν μυθῶδες οὐκ ἀφιλόσοφον εἶναι.* Id cum aliis pluribus, tum eo maxime commento[89]), est cernere, quo Musae adumbrantur. Cuius et hoc volebam loco pueros admonitos, ne frigide lecturi poëmata nugas modo leviculas agi putent: id quod Sophistae quidam, *οἱ κένταυροι*, temere persuasum habent. Sed verum est, quod Graecus ait, *οὐ νοῦς ἐνὶ κενταύροισιν.* Itaque carmen Hesiodi Latine sum interpretatus paulo rudius, alioqui Graeco etiam interpolato. *τοῖς γὰρ νέοις ἅμιλλαν*[90]) *κατασκευάζω.* Scholiis explico, quae et mythologia et grammatica ratio deposcit, utrumque in Thersite ac Chely facturus sum uberius.

36 Iam vero a Musis ordiamur, quae Iovi patri canentes
Delectant magnam mentem intra Olympum,
Dicentes quae sunt, quae erunt, quaeque ante fuerunt,
Voce concinna. Ex earum vero ore fluit carmen

87) Hactenus — delegi.] haec, et subsequens textus gr. cum scholiis, interpretatione et examine desunt in Ed. 1522., quippe in qua pars De Verbo inscripta illas voces *Τέλος τῆς ὀνομ. κλίσ.* proxime sequitur.

88) Huius loci interpretatio atque enarratio iis, quae in huius Corp. Vol. XVIII. sub Nrr. LII. et LIII. ex Hesiodi Operibus exhibentur, addendae sunt.

89) commento] Ed. 1538. cognomento.

90) *ἅμιλλαν*] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1518., 1538., 1541. *ὤμιλλαν.*

40 Suave, non difficulter, gaudent vero templa patria
Iovis tonantis, dearum voce virenti
Tacta, insonat et vertex nivalis Olympi
Domus immortalium. Ipsae vero immortalem vocem edentes
44 Deorum genus venerabile, primum canunt carmine.
52 Musae Olympiades filiae Iovis Aegiochi.
Eas in Pieria Saturnio edidit patri commixta
Mnemosyne, animos Eleutheris demulcens
55 Oblivione malorum, ac tranquillitatis anxiis curis.
60 Haec vero edidit novem puellas concordes, quibus carmen
61 Curae est, in pectore laetum ardorem habentibus
64 Iuxta ipsas Gratiae ac desiderium sedes habent
65 In floridis, amabilem vero per os vocem edentes
Mulcentur, omniumque leges ac mores inclytos
67 Immortalium concinunt, amabilem vocem edentes
76 Novem puellae e magno Iove satae,
Cleioque Euterpeque Thaliaque Melpomeneque
Terpsichoreque Eratoque Polymniaque Uraniaque
79 Calliopeque, ea vero omnium est praestantissima Musarum.

Examen.

(Vs. 36.[91])) *Ἀρχώμεθα* ordiamur, verbum coniunctivum est, genitivo construitur cum praepositione, ut apud Aratum[92]): *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.* Ab Iove ordiamur. Et Homerus: *Μουσάων ἄρχωμαι*[93]); schematicῶs sine praepositione in hac significantia.

Μουσάων genitivus Doricus est, pro *μουσῶν*, da nominativum, Musa. Unde? originandarum vocum multa ratio Graecis est, solentque et ipsi ludere, ac ludi etymologiis. Tamen aliquos adnotabo, *μοῦσα* a *μῶσαι* vestigare. Nam quas poëtae musas vocant *μυθολογικῶς*, animi vis est, qua in veri cognitionem ferimur: hac miramur, hac inquirimus abdita naturae. Ergo Musae a *μῶσαι* dicuntur. Plato in hanc sententiam plurima. Ita saepe Homerus homines alphestas nominat, id est, indagatores. Declina *μοῦσα*, require secundum ordinem simplicium, generis foeminini ut eius ordinis omnia. Discernunt enim Graeci genera declinationibus, atque adeo id longe facillime. Iam qui volet sibi divitem parare linguae supellectilem, adnotet, quae ex hac voce *μοῦσα* ceu e fonte nascuntur: verbum *μουσῶσθαι*, erudiri proprie a Musis, quo ego sum usus modo in elegiaco, *οὐδ' ἔτι μουσώσῃ νοῦν φίλ' ἄεργον*[94]) *ἔχων.* Item *μουσουργός* a *μοῦσα* et *ἔργον* artifex carminum, is est enim eius nominis usus. Tu adiunge pro diligentia tua longe plurima.

Ταὶ Διὶ πατρὶ, quae Iovi patri, *ταὶ* articulus est postpositivus. Nam tono inscripta vox est. Regula. Articuli praepositivi puri, id est, vocales tantum, non inscribuntur tonis *ὁ, ἡ.* Postpositivi inscribuntur *ἥ, αἵ.* Ex his est pro *αἵ ταί.* Nam Aeolica dialectos, quod aspiratione non utatur, *τ*, articulo *αί* adiicit vice aspirationis. Idem fecit in aliis, ut pro *Ἑλένη Ϝελένη* dicit *Ϝ* digamma Aeolico (quam Latini literam recepimus reliquae Graeciae ignotam) vice aspirationis adiecto. Memineris huius scholii de *Ϝ*, siquando primum Quintiliani leges. Declina *ταί* sic, *ἥ, ἧς* etc. ut supra.

Διί a *Ζεύς*, *ζ* in *δ* mutato[95]), in heteroclitis adnotavimus.

Πατρί, da nominativum, *πατήρ*, acuit finem, quia derivatum, *παῖδας τηρῶν*, eius etymi fides apud grammaticos esto, mihi nec refellere nec probare libitum est. Declina *ὁ πατήρ* declinationis quintae simplicium *τοῦ πατέρος.* Nam qui tonus in recti fine est, ea syllaba non excedit, et *πατρός* per syncopen, *τῷ πατέρι καὶ πατρί*, *τὸν πατέρα*, non *πατρά*, *ὦ πατέρ.* Reliqui casus ex his nascuntur, tu ad analogiam recurre. Dativus pluralis est *πατράσι*, quem adiicio, quia formatu difficilis est.

(Vs. 37.) *Ὑμνεῦσαι* nominativus participii penultimam inflectit, nam *αι* pro brevi habetur, ut in fine prosodiae diximus, plurale est.

---

91) Hos versuum numeros ex Ed. Goettling. adscripsi.

92) Arat. Phaenom. 1.

93) Hom. hymn. XXIV. 1., ubi in Ed. Wolf. legitur *Μουσάων ἄρχωμαι*; Editt. 1518., 1538., 1541. *ἐκ γάρ μουσάων ἄρχομαι*; Editt. 1542. sqq.: *μουσάων ἄρχομαι*

94) *ἄεργον*] Ed. 1538. *ἄθεργον*

95) mutato] in Editt. 1538., 1541. deest.

Varia.

Ab ὑμνῶ praesens participium est

ὁ ὑμνῶν	ὑμνοῦντος	quintae declin. simpl.
ἡ ὑμνοῦσα	ὑμνούσης	secundae simplic.
τὸ ὑμνοῦν	ὑμνοῦντος	quintae simplic.

Infra formationem disces, hic te admoneo generis ac declinationis, quae cum nominibus participia communia habent. Ergo ab ὑμνοῦσα foemin. singul. est ὑμνοῦσαι pluralis nominativus, et pro ὑμνοῦσα ὑμνεῦσα Doricum est. Exempla in promptu sunt Theocritum legenti. Is in paedicis (cuius carminis est hoc initium Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα, id est, in vino veritas) sic inquit: τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τρίταιον ἔθηκας, pro φιλοῦντα. Caeterum hymnus proprie Deorum laus est.

Τέρπουσι delectant, activum plurale praesens, ut τύπτουσι acuit antepenultimam ex regula: In polysyllaba ultima brevi etc. acutus est in antepenultima, vide supra.

Μέγαν ἑτερόκλιτον est. ὁ μέγας, τοῦ μεγάλου a μεγάλος, τῷ μεγάλῳ, τὸν μέγαν, ὦ μέγα. Reliquos casus a μεγάλος forma. Sic et totum foemininum ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης. In neutro sic: τὸ μέγα, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸ μέγα. Plurale a μεγάλον pete. μέγας, μείζων, μέγιστος supra comparavimus.

Νόον a νόος, νοῦς. Quid a φρὴν, θυμὸς, λόγος differat, philosophi viderint. Tu interim mythologiam capta. Musae magnam mentem Iovis delectant. Musis, hoc est, veri scientia ad deos transferimur, Diis similes reddimur, id quod pluribus in Theage Plato disserit.

ἐντός intra, adverbium genitivo construitur.

Ὀλύμπου coelum, Olympum dicimus ὅλως λαμπρόν, ut est autor Theon, Arati interpres, nobilis grammaticus.

(Vs. 38.) Εἰρεῦσαι participium praesens ab εἴρω, ὁ εἴρων, τοῦ εἴροντος quintae declinationis. ἡ εἴρουσα, τῆς εἰρούσης, secundae declinat. τὸ εἶρον, τοῦ εἴροντος, quintae declinat. Et ab antiquo verbo εἰρέω fit εἰρῶν, εἰροῦσα, εἰροῦν. Ab εἰροῦσα, εἰρεῦσα [96]) Dorice. Ab εἴρω est εἴρων dissimulator, hinc εἰρωνεύειν dissimulare, Socraticum, et εἰρωνεία ironia, dissimulatio. Contra ἀλάζων simulator, ostentator vanus, qui Salacon in proverbii speciem dicitur, et σαλακονῖσαι, vanum ostentatorem agere.

τά τ' ἐόντα, τά articulus neutri generis, τε coniunctio que, ἐόντα pro ὄντα ab εἰμί, ὤν, οὖσα, ὄν, existens. Prorsum haec foecunda mythos est, Musae, quae sunt, quae fuerunt, et quae ventura trahuntur, Iovi canunt, hoc est, Musae omnium rerum cognitionem complexae sunt, ut Platonici dicunt, φιλοσοφίαν εἶναι τῶν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων γνῶσιν.

ἐσσόμενος, η, ον futurum.

πρό ante, adverbialiter. Sed haec alias.

τε que. ἐόντα, ὄντα.

(Vs. 39.) φωνῇ, voce, sextus casus est, a φωνή nominativo, qui finem acuit praeter regulam. Etsi enim verbale facias a φωνέω, tamen quae secundum eum modum formantur, scilicet a posterioribus futuris, communes regulas accentuum sequuntur, ut a τυπῶ, τύπος, τόκος, νόμος, σφενδόνη a σφενδονέω. Obiter in mentem venit historiae Gygis, quem e Platone M. Cicero in tertium Officiorum transtulit. Isthic legitur: cum palam eius annuli ad palmam converteret. Latina vox pala infrequens est, qua Cicero σφενδόνην, quod apud Platonem nomen est pro massa, qua annuli gemma clauditur, reddidit. Caeterum et pala ventilabrum significat, et palacae auri, id est, massae leguntur; quamquam palathae dici malim, quippe originis Graecae, unde et palatia, et alia quaedam nomina Iuriscons. trahunt. Apud Platonem est: καὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλῳ γίγνεσθαι· ἔξω δὲ δήλῳ. Declina φωνή ut μοῦσα, vide characterem supra.

ὁμηρεῦσαι participium, concinentes, ab ὁμηρῶ, ὁ ὁμηρῶν. ἡ ὁμηροῦσα et ὁμηρεῦσα [97]), ut supra. τὸ ὁμηροῦν. Qua significatione verbum ὁμηρῶ factum existimo, ab ὁμῶς καὶ ἔρω [98]).

(Vss. 39 sq.) Τῶν δ' ἀκάματον ῥέει αὐδὴ ἐκ στομάτων ἡδεῖα. Construe sic: ἡδεῖα αὐδὴ ῥέει ἀκάματον ἐκ στομάτων τῶνδε. Suave carmen fluit indefesse ex ore illarum. Dii boni, quam venuste dictum est fluere carmen, et indefesse. Sola enim ea ingenii humani functio opti-

96) εἰρεῦσα] in Editt. 1538., 1541. additur: ut ὑμνεῦσα.

97) et ὁμηρεῦσα] sic Editt. 1518., 1538., 1541.; in Editt. 1542. sqq. desunt.

98) ἔρω] sic Editt. 1518., 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. ἔρως.

ma est, ad quam suapte natura ducitur. Suave igitur Musarum carmen est, quoniam fluit, hoc est, sua ipsius sponte sequitur. Homerus poeta Nestorem insignem oratorem descripturus, inquit, [Il. I, 249.] *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.* Cuius ab ore fluit vox, melle liquenti dulcior. Tantum refert, quod acturus sis, non repugnante Minerva, ut cum Horatio loquar, obeas. Tum vero indefesse. Nam quid omnium quod et minus molestum sit, et contendamus ardentius, quam id cuius insevit nobis amorem natura.

ἡδύς, ἡδίων, ἥδιστος. Sic *γλυκύς, γλυκίων, γλύκιστος.* Declinatio in Heteroclitis, Motio in capite nominis patet.

Ἄδω cano, *αὐδή* carmen, et prolatis syllabis *ἀοιδή*, e quo, reciso *α*, fit *ᾠδή* pro *οἰδή*. Hinc est compositorum prope nimia copia, *κωμῳδία* carmen ioci convivalis, *τραγῳδία* carmen tragicum etc. Declina *αὐδή* sicut *μοῦσα.*

Ῥέω, verbum, fluo.

Ἀκάματον, adiectivum adverbii vicem fungens, non laboriose, indefesse, ab *α* privandi nota, et *κάμνω* laboro, quomodo a *κάματον* formatum sit, infra de verbalibus leges. Homerus *ἀκάματον πῦρ* pro vehementi igne dixit ac supra modum effervescenti. Sunt et aliae quaedam particulae, quibus quod citra laborem fit, describimus, ut *ἀνιδρωτί*, citra sudorem.

Ἐκ στομάτων. τὸ στόμα, στόματος, Neutrum quintae declinationis simplicium.

τῶνδε demonstrativi pronominis significantia est, quippe compositus articulus praepositivus, *ὅδε, ἥδε, τόδε.*

(Vs. 40.) *Γελᾷ δέ τε δώματα* templa, *δῶμα, δώματος* exhilarantur, *γελᾷ* praesens est neutri verbi *γελάω*, rideo, numeri singularis. Solent enim Graeci, Ammonio autore, neutris pluribus dare singularia apposita.

(Vs. 41.) *Ζηνός* a *Ζεύς*, ut supra.

ἐριγδούποιο tonantis, ab *ἐρι* augendi particula componitur, et *δοῦπος* sonitus. Nam fulminum autor Iupiter est. *ἐρίδουπος*, *γ* interponitur augendi temporis gratia. *ὁ ἐρίγδουπος, τοῦ ἐριγδούπου καὶ ἐριγδούποιο* Ionice, quo genitivo hic Hesiodus utitur. Hic observabis particulas sola compositione usurpatas, *ἐρι*, *ζα* et similes *ἐριθάλλης* admodum florens, *ζάθεος* divinus etc.

θεᾶν, a *θεά*, pro *θεῶν*, genitivus pluralis est, vide *μοῦσα.*

ὀπί acuit ultimam, est enim obliquus monosyllabi acuti *ὄψ*, vox. Declina *ἡ ὄψ, τῆς ὀπός, τῇ ὀπί, τὴν ὄπα* accusativus penacuitur. Nam e regula excipiuntur accusativi omnes et nominativi duales et plurales, ut *χείρ, χειρός, χειρί, χεῖρα.* sic de similibus, *ὦ ὄψ, τὰ ὄπε, ταῖν ὀποῖν*, reliqua praestat analogia.

λειριοέσσῃ adiectivum foemininum movetur *ὁ λειριόεις* florens, *τοῦ λειριόεντος* quintae declinat. simpl. *ἡ λειριόεσσα, τῆς λειριοέσσης* secundae. *τὸ λειριόεν, τοῦ λειριόεντος* quintae.

Ergo *ὀπὶ λειριοέσσῃ σκιδναμένῃ*, voce florenti fracta, dativi sunt vel sexti casus, *λειριόεις* denominativum copiam significare videtur, aut similitudinem, floridus, a *λείριον*, quo nomine proprie Narcissi florem significari aiunt.

(Vs. 42.) *σκιδναμένῃ*, dispersa. Dativus est. Movetur *σκιδνάμενος, νη, νον.* Nota est declin. a verbo *σκίδναμαι* spargor, ut infra.

ἠχεῖ sonat, ab *ἠχῶ*, tertia persona praesentis; hinc *ἠχώ*, echo, derivatum est.

Κάρη, frequentius est *κάρα*, caput; promiscue declinatur, *ἡ κάρα, τῆς κάρας*, et *τὸ κάρα, τοῦ κάρατος* a *κάρανον*, et *τὸ κάρη, τοῦ καρήατος*, et *ἡ κάρη, τῆς κάρης.* Callimachus: *Ἄρτεμι σήν τε καρὴν ὤμοσα, σόν τε βίον.*

Νιφόεντος a *νιφόεις*, move sicut *λειριόεις*, nivalem significat. Sic Olympum cognominat, sive quod nives demittat, sive quod e tenui ac nivium simili materia sit, *ὅλως λαμπρός* scilicet, quae interpretatio videbatur adiungenda, quod ambigua sit significatio *τοῦ νιφόεντος*, ut et reliquorum huius formae in *εις.*

(Vs. 43.) *Αἱ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἱεῖσαι.* Hae immortale carmen edentes. Unae immortalitatem Musae pariunt hominibus *ἐκ γὰρ μουσάων κλέος ἄμβροτον*, ut Theocritus ait, *ἀ* privat, *βροτός* mortalis.

ἱείς, ἱεῖσα, ἱέν participium ab *ἵημι*, ut in verbis cernes.

(Vs. 44.) *θεῶν γένος αἰδοῖον, πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ.* Scande: *θεῶν γένος* in dactyli numerum redacto, *θεῶν* duas syllabas una complectere, ut apud Homerum [Il. I, 1.], *μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω*, pro *Πηληϊάδω*, perinde ac elisa vocali. Nam longa brevem concipit, et Hesiodus, *ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει*, quasi legas *ρει μεν*,

Spondeus est. Sic apud Virgilium [Georg. IV, 34.]:
Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

κλείουσιν canunt, a *κλείω* inclyte celebro.

πρῶτον adverbium, primum. *ἀοιδῇ*, dativus.

αἰδοῖον γένος, accusativi. *γένος* primae contractae declinationis neutrum substantivum in *ος*, ut *μέλος*, *χάος χάεος*.

θεῶν genitivus pluralis a *θεός*, quod a *θεάω* templor, seu *θέειν* currere derivant. Nam eo vetustissimi nomine coelum dixere, quod postea *οὐρανός* ab *ὁράω* tueor.

(Vs. 52.) *αἰγιόχοιο* genitivus Ionicus, pro *αἰγιόχου* tertiae declinationis, *αἰγίοχος* Iupiter cognominatus, *ἀπὸ τῆς αἰγὸς ὀχῆς*, ab alumna capra. Ea est, unde *κέρας ἀμαλθείας*, Copiae cornu Iovi sacratum est, vide Callimachi hymnos, Pausaniam in Arcadicis, et Mythologos alios.

(Vs. 53.) *Τάς* si vis proprie exponere, fac postpositivum articulum *ἅς*, adspiratione in *τ* translata.

ἐν Πιερίῃ, *ἐν* praepositio dativo construitur. Musae in Pieria genitae dicuntur, quod istic primum coeptae sint coli, conditis a Lino sacris, ut in Boeoticis Pausanias, et nos ecloga in Philonda lusimus: Orgia Pieridum qui spiras nupera Daphni, etc.

Κρονίδῃ dativus, patronimicum a *Κρόνος*. Ita Saturnum vocamus a *χρόνος* tempus, *Κρονίδης* Saturnius, primae declinationis simpl.

μιγεῖσα participium aoriston. Infra disces formationem. *ὁ μιγείς μιγέντος*, *ἡ μιγεῖσα μιγείσης*, *τὸ μιγέν μιγέντος*.

(Vs. 54.) *Μνημοσύνη* declinationis secundae simpl. Memoria artes peperit, eleganter hoc, quantum ad *μυθολογίαν* attinet, a Plutarcho in convivalibus quaestionibus agitur. Habemus et nos ad hanc rem suavissimos Laberii versiculos:
Sophian me vocant Graii, vos sapientiam.
Usus me genuit[99]), mater peperit Memoria.

γουνοῖσιν seminibus. Quos ego vidi Hesiodi libellos, *τὸ γουνοῖσιν* a superiori sententia distinguunt. Itaque et ego in eum modum, sed e ratione mythologiae supra verti. Longe vero praestat, quantum coniicio, sic interpretari: Quas memoria iuncta seminibus Iovi patri peperit, delectans Iovem, Musas, inquam, peperit, oblivionem malorum, et curarum tranquillitatem, ut hic versiculus appositione cum superioribus cohaereat. Facit constructio verbi *μέδω*, ut hunc ordinem probem. *γουνός* semen, vis foecunda, tertiae declinationis simplicium.

μεδέουσα, participium a *μεδέω* antiquo, curo etc. *μεδέων*, *μεδέουσα*, *μέδεον*.

Ἐλευθῆρος ab *ἐλευθήρ* quintae declinationis simplicium, Iovis epitheton, et apud Pausaniam cernes, libertatis titulus est.

(Vs. 55.) *λησμοσύνη* oblivio, a *λανθάνω*, quomodo veniat hinc, docebo alio loco. Musae animum tranquillant, affectibus liberant, ut ex instituto Pythagorico intelliges, et Clytemnestrae historia, quae tum demum violari pudicitiam suam passa est, cum musicum sustulisset. Plurima ad haec apud Athenaeum lege, alio si lubet et hanc mython trahe, nil dignum parari Musis, nisi tranquilla et recte constituta mente.

ἄμπαυμα, verbale neutrum, sicut *γράμμα*.

μερμαιράων curarum anxiarum. Id enim vel *μερμαίρα* vel *μέριμνα* significat, utrumque secundae declinationis simplicium, *μέριμνα* usitatius est. Theocritus (Idyll. XXI, 1—3.):
Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδει
ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.
Paupertas, Diophante, sola artes excitat,
Ipsa laboris magistra est. Neque enim dormire
Viris operatoribus malae praebent angustiae.

Huius significantiae est et *μεριμνάω* verbum, sollicitus, anxius cogito, eius usus est in Psalm. 37. [vs. 19.] *καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου*, et anxius seu sollicitus ero pro peccato meo. Commodum reddidit Graecus emphasin vocis Hebraeae אֶדְאַג Latine cogitabo legimus, quod vides quam non respondeat plenae significantiae verbis *μεριμνήσω καὶ* אֶדְאַג.

(Vs. 60.) *ὁμόφρονας* ab *ὁμῶς φρονεῖν*, aequis legibus conveniunt Musarum cantilenae, id est, Tum demum recte artes tractantur, cum aliae aliis iunguntur. Choris gaudent Musae, dialectica rhetoribus usui est, geometria astronomis, poetam philosophia, philosophum poëtica commendat, atque id est, quod *ἐγκύκλιον* vocamus *παιδείαν*. Declina *ὁ ὁμόφρων*, *τοῦ ὁμόφρονος*, iuxta analogiam quintae simplicium, *ω* in *ο* mutatur.

99) vos sapientiam. Usus me genuit, | sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1518., 1538., 1541. Latini sapientiam, Usus genuit pater,

Regula: Comparativa, verbalia et quae a verbis decomposita sunt, ω in ο mutant, κρείσσων κρείσσονος, συμφράδμων συμφράδμονος, ὁμόφρων ὁμόφρονος. Reliqua in ων, ω servant.

ᾖσιν dativus articulus postpositivi, pro αἷς, αι in η soluto, αἷσιν. ιν παραγωγικῶς adiicitur.

(Vs. 61.) στήθεσσιν a στῆθος pectus, neutrum declinationis primae contractorum. στήθεσιν dativus pluralis, σσ geminatur augendi temporis gratia.

ἀκηδής ab α et κῆδος luctus, unde ἐπικήδιον sicut ἀληθής primae contractorum.

θυμός ardor et impetus quidam conficiendae rei, ut apud Homerum [Il. VIII, 301.] βαλέειν ὅδε ἵετο θυμός, et [Il. XIII, 73 sq.] θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι μᾶλλον ἐφορμᾶται. Vides, ut Homerus θυμὸν ardorem, et ὁρμὴν impetum coniunxerit. Et propheta deprecaturus subitam noxae vindictam [Ps. 38, 1.] κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου etc. Ne in furore etc. Nam belle θυμὸς cum Hebraea voce חֵמָה convenit.

ἐχούσαις ab ἔχουσα participio. Move perinde ut superiora.

(Vs. 64.) Πάρ' δ' αὐτῇς pro παρὰ δὲ αὐταῖς, αι in η soluto.

Χάριτες declina χάρις χάριτος χάριτι χάριν, analogice reliqua. Iuxta Musas Gratiae sunt, habent eae nomen a χάρα gaudio, et recte. Nam quicquid est humanae ac civilis consuetudinis, Gratiis debemus. Ita Xenocratem Plato admonebat, σπένδειν Χάρισιν, sacrificare Gratiis, quo vitae usu magis urbano ac comi esset. Absit ergo a Musis livor, absint omnes illiberales affectus. Id quod volebat Aristoteles inquiens: τὸ φιλόσοφον, φιλόκαλον εἶναι.

ἵμερος, τοῦ ἱμέρου. Desiderium recte faciendi, laudis amor. τί γὰρ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη ὀλβίῳ ἢ κλέος ἐσθλὸν, ἐν' ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;

οἶκος, οἰκίον diminutivum.

(Vs. 65.) ἐν θαλίῃς pro θαλίαις. θάλλειν florere.

(Vs. 66 sq.) Νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ κλείουσιν, celebrant leges et mores immortalium, respublicae et legibus bonis, et bonis moribus constent oportet. Hae artes dignae laude sunt, quae mores ornant, et bonas leges confirmant. Sed immortalium, ait. Heroas, si lubet, intellige.

(Vs. 67.) ἐπήρατον, ἐπὶ ἐρατόν, amabilem.

(Vs. 79.) προφερεστάτη. Compara, προφερής προφερέστερος προφερέστατος etc. Nomina Musarum apud Plutarchum in Symposiacis explicantur. Est et Pharnuti liber in omnium manibus, quo malo ingenium experiare tuum, quam his nugis meis teneare diutius.

De Verbo.

Verbum, ῥῆμα, dictio est, quae modis, temporibus, ac personis flectitur. Verborum alia *personalia* sunt, quae per distinctas personas et ἐγκλίσεις, id est, terminationes variantur: λέγω, λέγεις, λέγει. Alia *impersonalia*, quae modis ac temporibus variant, numeris ac personis non variant. Constructio addit numeros ac personas, προςήκει μοι ἐσθλῷ εἶναι, προςήκει ὑμῖν ἐσθλοῖς εἶναι, εἴρηται περὶ μετεμψυχώσεως.

Accidunt verbo

Genera, Personae, Figurae, Numeri, Modi, Tempora, Coniugationes.

Genera.

Διαθέσεις, dispositiones verborum, id est, coniugandi figurae tres sunt, ω, μαι passivorum, μαι mediorum.

ω dispositio activa est, id est, quaedam coniugandi figura, qua per omnes modos, tempora et personas facilis notio est, quae terminatio activa sit, ut λέγεις, λέγει, λέγουσι, ἔλεξα, dispositionis activae sunt, quia ex ω nascuntur.

μαι passivorum dispositio est, qua scitur, quae terminatio passiva sit, ut τέτυμμαι, τύπτεσθαι dispositionis passivae sunt, quia ex μαι nascuntur.

Medium aliquas ex utroque terminationes usurpat. Ergo alia est ratio generum apud Latinos, alia apud Graecos. Genera Latina significationem verbi explicant, Graeca filum coniugationis. Quapropter et apud Graecos duplicia genera verborum fingito, Etymologica, quae coniugationis notiones sunt; Syntactica, quae significationem expediunt, ut τύπτω activum, τύπτομαι passivum, verberor, et τύπτομαι medium, activae et passivae significationis. Neutrum ὑγιαίνω valeo, deponens μάχομαι pugno. Et haec varietas generum in syntaxi est. Caeterum in etymologia ὑγιαίνω activum characterem, μάχομαι passivum sequitur, ὑγιαίνω dispositionis activae est, μάχομαι passivae.

Tempora, *χρόνοι.*

Hoc opus, hic labor est secernere tempora. Sunt enim multa ac varia, quaedam etiam gemina [100]).

Ἐνεστὼς χρόνος, Instans tempus, quod modo fit, significat, *λέγω* dico.

Παρατατικὸς χρόνος, Extensivum tempus, inchoativum modum nominant, extenso tempore in rem, quae agebatur, nondum confectam, ut, Quom tu luderes, graecabar.

Παρακείμενος χρόνος, Praeteritum perfectum, prorsum absolutam actionem designat. Adiacens tempus dicitur. Nam quod primum iam factum est, significat.

Ὑπερσυντελικὸς χρόνος, Plusquamperfectum tempus, eius usus est Graecis, qui et Latinis.

Ἀόριστος χρόνος, Indefinitum praeteritum. A paracεimeno differt, quod *παρακείμενον* praeteriisse rem primum iam indicat, quapropter *παρακείμενον,* id est, adiacens et ceu iuxta positum ei, quod transit, dicitur; *Ἀόριστον,* praeteriisse quidem rem, sed indefinite, num olim, an modo praeterierit. Ut cum dico *πέπτωκα* cecidi, indico primum me iam cecidisse. Cum vero *ἔπεσον* dico, quod *ἀόριστον* est, cecidisse me significo, sed ambiguus est, quocum loquor, olim ne, an nuper ceciderim. Quae duplicis praeteriti ratio vel hoc probatur mihi, quod actus alios paracεimeno, alios aoristo significantius exprimimus. Tun' malebas paracεimeno expressum hoc Homeri [Il. I, 96.]: *Τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν Ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει,* id est, Phoebus ob haec mala multa dedit, atque insuper addet. Convenit *ἔδωκε* indefinitum esse, quia et olim et nuper Graecos Apollo adflixit. Nil addebat definita ratio temporis, et huic sententiae [Il. IX, 109 sq.] *σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἴξας,* id est, cum tu impotenti animo ac furori tuo paruisses. Nam si lubet, cum pareres, indefinitum participium *εἴξας* exponito. At referebat temporis modus hoc loco, [ibid. vs. 13.] *ἵζον δ' εἰν ἀγορῇ τετιηότες,* cum significaret poeta novo malo iam labefactatos principum animos. Longius forsan immoror huic disputationi, quam ferat *τὸ αὐτοσχεδιάζειν.* Sed visum est pretium operae, id quod scio, his nonnunquam labyrinthis temporum Graecorum pueros turbari, praesertim re Latinis ignota. Itaque Prisciani verba adiiciam, quo sciant, quid inter Latina et Graeca tempora intersit. Sic ille: Sciendum tamen, quod Romani praeterito perfecto non solum in re completa modo utuntur, in quo vim habet eius, quod apud Graecos *παρακείμενος* vocatur, quem Stoici *τέλειον ἐνεστῶτα* nominaverunt. Sed etiam pro *ἀορίστῳ* accipitur, quod tempus apud Graecos tam modo perfectam rem quam multo ante significare potest. Et sicut apud illos indefinitum tempus adiectione *τοῦ ἄρτι* adverbii, *τὸν παρακείμενον,* id est, adiacens tempus, et adiectione *τοῦ πάλαι τὸν ὑπερσυντελικὸν,* id est, plusquamperfectum refert: sic apud nos hoc idem est praeteritum perfectum; potest enim et modo et multo ante intelligi perfectum. Et apud autores hoc exemplis adprobatur. Evander enim apud Virgilium in VIII. [Aeneidos vss. 340 sq.] de matre sua:

> Cecinit quae prima futuros
> Aeneadas magnos, et nobile Pallanteum.

Cecinit dicit, pro cecinerat. Multo enim ante illam cecinisse intelligit. Et ipse poeta e sua persona [Aeneidos I, 1 sq.]:

> Troiae qui primus ab oris
> Italiam fato profugus, Lavinaque venit.

Venit pro venerat. Hic enim quoque multo ante intelligit venisse Aeneam in Italiam. Ergo proprie si quis contempletur vim praeteriti, non aliam significationem iudicabit hoc habere, quam illud, quod apud Graecos *ἀόριστον* vocant. Hoc autem differt a plusquamperfecto, quod illud per se prolatum non eget adverbio pridem, quod habet in se naturaliter, nisi velimus explanandae quantitatis temporis causa addere ante quot dies vel annos. Nec licet illi modo vel nuper adverbia adiungere. Praeteritum vero perfectum ad manifestandam significationem eget modo vel pridem adverbiis. Haec Priscianus de praeterito Latino. Vides *ἀόριστον* id significare, quod praeteritum Latinum, hoc est, indiscriminatim id, quod modo transiit; *παρακείμενον* vero certo id, quod modo praeteriit. Caeterum duos aoristos copia fecit. Nam idem uterque significat.

Μέλλων χρόνος, Futurum tempus, id quod Latinis significat, *λέξω,* dicam. Duos *μέλλοντας* copia fecit. Idem uterque significat.

Est autem Atticis et *μετ' ὀλίγον μέλλων,* Mox futurum, quod Latini propemodum sic reddimus: Vicero, dum is se expediat. Vide Priscianum et Erasmum in copia verborum.

100) tempora — gemina] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

Modos, Personas, Numeros ipse observabis.

Coniugatio.

Diatheses verborum tres sunt ω, μαι passivum, μαι medium. Ex diathesi ω reliquae nascuntur, quapropter cuius ordinis coniugationum ω est, eiusdem et passiva et media sunt. Nam a singulis activis media nascuntur, sicut et passiva. Diathesis vero activa triplici charactere constat. Aut ω βαρυτόνῳ, id est, verbi quod penultimam acuit, ut τιθέω, pono. Aut ῶ circumflexo, quod a barytonis[1]) nascitur, ut τιθῶ. Aut μι, quod a circumflexo oritur, ut τίθημι.

Triplex est ergo coniugatio. Aut barytona in ω. Aut circumflexa in ῶ. Aut eorum, quae μι desinunt. Iam cuique sua passiva et media accense. Primum ergo de barytonae coniugationis ordinibus dicemus, quoniam ex eis genera coniugationum alia fluunt.

Ordines barytonae coniugationis sunt sex. Discrepant literis formativis, quae χαρακτηριστικαὶ vocantur. Est autem litera formativa, quae ω proxima anteit, ut τύπτω est primae coniugationis, quia habet formativam πτ.

Primus ordo coniugandi barytona, ubi est ante ω praesentis:

β π φ πτ — Hae literae mutantur in Futuris et Praeteritis, in cognatis sibi, Futurum ψ, Paracειmenon φ habet, ut τύπτω, τύψω, τέτυφα.

Secundus ordo, ubi est ante ω praesentis:

γ κ χ κτ — Futurum ξ format, Paracειmenon χ, ut λέγω, λέξω, λέλεχα.

Tertius ordo coniug. habet

δ ϑ τ — Futurum σ, Praeteritum κ, ut ᾄδω, ᾄσω, ᾖκα.

Quartus habet

ζ — Futurum plerumque σ habet, Praeteritum κ, φράζω, φράσω, πέφρακα.

σσ vel ττ Attico more plerumque ξ Futurum, Praeteritum χ format, πράττω, πράξω, πέπραχα.

1) barytonis] sic scripsi; in illis Editt. h. l. et in seqq. legitur: varytonis.

Quintus habet λ, μ, ν, ρ. Hae literae immutabiles dicuntur, quia in Futuris non mutantur, ψάλλω ψαλῶ, κρίνω κρινῶ, ut nec in declinationibus mutantur φράδμων φράδμονος, Νέστωρ Νέστορος. In his enim ν, ρ manent, cum aliae consonantes eximantur, ut Αἴας Αἴαντος, λίψ λιβός. Haec coniugatio per κ Praeteritum facit, ψάλλω ἔψαλκα, σπείρω ἔσπαρκα.

Sextus ordo est, qui ω purum desinit, id est, ante quod non est consona. Huius ς Futuri, κ Praeteriti formativa.

μύω	ποιέω	τιμάω	ἱππεύω
μύσω	ποιήσω	τιμήσω	ἱππεύσω
μέμυκα	πεποίηκα	τετίμηκα	ἵππευκα.

Atque haec est coniugatio, e qua et circumflexa et quae μι desinunt, derivantur.

Da Paradigma. τύπτω.

Sex ordines coniugationum unico hoc utuntur paradigmate, variatis praeteritis et futuris iuxta singularum characteristicas. Atqui spectabis in paradigmate, quomodo tempus e tempore oriatur, ut a τύψω ἔτυψα; item quam multiplex variatio verborum, alia principii, alia ἐγκλίσεως seu finis, ut τέτυφα a τύπτω descivit, non solum fine mutato πτω in φα, sed etiam principio τυ in τετυ.

Praeteritum imperfectum, Aoriston primum, Aoriston secundum } pariter initio variant.

Characteristica Praeteriti plusquamperfecti a perfecto petitur τέτυφα ἐτετύφειν, φ in utroque est characteristica Aoristi a Futuro τύψω, ἔτυψα. Fines ergo per characteristicas Futuri ac Praeteriti variantur. Fac characteristicarum rationem prudens colligas, ut singulis ordinibus singulos characteres atque adeo cognatas literas deputes. Β cum π cognata est, ergo eiusdem sunt coniugationis. Φ cum κ nihil convenit, alterius est igitur ordinis κ, alterius φ. Indicii haec sunt, et acrimoniae cuiusdam non plebeiae, sine qua rationem μεθοδικὴν verborum non facile adsequere.

Coniuga.

Activa declinabo, id est, διάθεσιν ω, mediis non admixtis, ne quid non ordine suo iuventus expectet.

῾Οριστικῶν ἐνεστὼς χρόνος.

S.	τύπτω	τύπτεις	τύπτει
D.		τύπτετον	τύπτετον
P.	τύπτομεν	τύπτετε	τύπτουσι.

Παρατατικός.

S.	ἔτυπτον	ἔτυπτες	ἔτυπτε
D.		ἐτύπτετον	ἐτυπτέτην
P.	ἐτύπτομεν	ἐτύπτετε	ἔτυπτον.

Παρακείμενος.

S.	τέτυφα	τέτυφας	τέτυφε
D.		τετύφατον	τετύφατον
P.	τετύφαμεν	τετύφατε	τετύφασι.

῾Υπερσυντελικός.

S.	ἐτετύφειν	ἐτετύφεις	ἐτετύφει
D.		ἐτετύφειτον	ἐτετυφείτην
P.	ἐτετύφειμεν	ἐτετύφειτε	ἐτετύφεισαν.

᾿Αόριστος πρῶτος.

S.	ἔτυψα	ἔτυψας	ἔτυψε
D.		ἐτύψατον	ἐτυψάτην
P.	ἐτύψαμεν	ἐτύψατε	ἔτυψαν.

᾿Αόριστος δεύτερος.

S.	ἔτυπον	ἔτυπες	ἔτυπε
D.		ἐτύπετον	ἐτυπέτην
P.	ἐτύπομεν	ἐτύπετε	ἔτυπον.

Μέλλων πρῶτος.

S.	τύψω	τύψεις	τύψει
D.		τύψετον	τύψετον
P.	τύψομεν	τύψετε	τύψουσι.

Μέλλων δεύτερος.

S.	τυπῶ	τυπεῖς	τυπεῖ
D.		τυπεῖτον	τυπεῖτον
P.	τυποῦμεν	τυπεῖτε	τυποῖσι.

Προσταχτικὸς ἐνεστῶς.

S.	τύπτε	τυπτέτω
D.	τύπτετον	τυπτέτων
P.	τύπτετε	τυπτέτωσαν.

Παρακείμενος.

S.	τέτυφε	τετυφέτω
D.	τετύφετον	τετυφέτων
P.	τετύφετε	τετυφέτωσαν.

᾿Αόριστος πρῶτος.

S.	τύψον	τυψάτω
D.	τύψατον	τυψάτων
P.	τύψατε	τυψάτωσαν.

᾿Αόριστος δεύτερος.

S.	τύπε	τυπέτω
D.	τύπετον	τυπέτων
P.	τύπετε	τυπέτωσαν.

Εὐχτικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτοιμι	τύπτοις	τύπτοι
D.		τύπτοιτον	τυπτοίτην
P.	τύπτοιμεν	τύπτοιτε	τύπτοιεν.

Παρακείμενος.

S.	τετύφοιμι	τετύφοις	τετύφοι
D.		τετύφοιτον	τετυφοίτην
P.	τετύφοιμεν	τετύφοιτε	τετύφοιεν.

᾿Αόριστος πρῶτος.

S.	τύψαιμι	τύψαις	τύψαι
D.		τύψαιτον	τυψαίτην
P.	τύψαιμεν	τύψαιτε	τύψαιεν.

καὶ αἰολικῶς καὶ ἀττικῶς.

S.	τύψεια	τύψειας	τύψειε
D.		τυψείατον	τυψειάτην
P.	τυψείαμεν	τυψείατε, ἄχρηστα, ἀλλ᾿ ᾿Αττικοὶ τύψειαν. καὶ οὕτως ἐν ἑτέροις.	

᾿Αόριστος δεύτερος.

S.	τύποιμι	τύποις	τύποι
D.		τύποιτον	τυποίτην
P.	τύποιμεν	τύποιτε	τύποιεν.

Μέλλων πρῶτος.

S.	τύψοιμι	τύψοις	τύψοι
D.		τύψοιτον	τυψοίτην
P.	τύψοιμεν	τύψοιτε	τύψοιεν.

Μέλλων β'.

S.	τυποῖμι	τυποῖς	τυποῖ
D.		τυποῖτον	τυποίτην
P.	τυποῖμεν	τυποῖτε	τυποῖεν.

῾Υποτακτικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτω	τύπτῃς	τύπτῃ
D.		τύπτητον	τύπτητον
P.	τύπτωμεν	τύπτητε	τύπτωσι.

Παρακείμενος.

S.	τετύφω	τετύφῃς	τετύφῃ
D.		τετύφητον	τετύφητον
P.	τετύφωμεν	τετύφητε	τετύφωσι.

᾿Αόριστος α'.

S.	τύψω	τύψῃς	τύψῃ
D.		τύψητον	τύψητον
P.	τύψωμεν	τύψητε	τύψωσι.

᾿Αόριστος β'.

S.	τύπω	τύπῃς	τύπῃ
D.		τύπητον	τύπητον
P.	τύπωμεν	τύπητε	τύπωσι.

᾿Απαρεμφάτων

᾿Ενεστώς. τύπτειν Παρακείμ. τετυφέναι
᾿Αόριστος α'. τύψαι ᾿Αόριστ. β'. τυπεῖν
Μέλλ. α'. τύψειν Μέλλ. β'. τυπεῖν.

Paradigma integrum diatheseos *ω* subiectum est oculis. Nolebam prorsus turbatum puerum, quare et media dempta sunt, et nihil variationis *κατὰ διαλέκτους* indicavimus. Itaque sequentur scholia, quibus et *τὰ κατὰ διαλέκτους* adnotabo, sed paucis, et regulares temporum formationes exequar. Id enim prope solum Graeca discentibus operosum est. Nos enitemur, quae ad rem attinebunt, longe facillime, quippe ordine ac methodo tractare. Primum ergo de formationibus.

τύπτω

Prima positio est, unde derivabis reliqua tempora. Variant autem tempora et fine et initio.

ἔτυπτον

Dupliciter a *τύπτω* deficit initio et fine.

De *ἐγκλίσει* regula.

Praeteritum imperfectum vocis activae *ον* desinit, cum characteristica praesentis, *τύπτω ἔτυπτον*, *χαίρω ἔχαιρον.* Animadvertant pueri, ne quid praesentis characteristicae mutent, id quod proclive admodum est in verbis diphthongatis ut *χαίρω.*

De variatione initii.

Praeteritum imperfectum augetur vel adiecta ad principium verbi vocali *ε*, vel mutata litera brevi in longam.

Augmentum { Syllabicum, ubi syllabae numero verbum crescit, *τύπτω ἔτυπτον.* Temporale, ubi tempore tantum prima verbi syllaba crescit. }

Quae variant initio.

Omne verbum incipit aut
- Vocali
  - Mutabili, *α ε ο*, augeturque tempore, ut *ἄδω ᾖδον*, *ἐλέω ἠλέουν*, *ὀνομάζω ὠνόμαζον.* Notatis *εἶχον, εἶπον, εἷλον, εἷλκον, εἷρπον, εἱστήκειν, εἱπόμην, εἱστίων, εἴων, εἴρυον, εἴθιζον, εἰργαζόμην*, et similibus, quae *ε* praesentis in *ει* diphthongum mutant [2]).
  - Immutabili, *η ι υ ω*, nec syllaba, nec tempus accrescit tali verbo, ut *ἱππεύω ἵππευον.*
- Diphthongo
  - Mutabili, *αι αυ οι*, augetur, ut *αἴρω ᾖρον, αὐλέω ηὔλεον*, *οἰκτείρω ᾤκτειρον.*
  - Immutabili, *ευ ει ου*, in his nihil muta, *εὕδω εὗδον.* Saepe transitu literarum, symbolico tamen *ηὗδον* leges, sic ex *εἴδω ᾔδη*, ut infra in Thersite videbis.
- Consonante
  - De hoc regula est: Adsciscere syllabam *ε* omnia verba, quae a consonantibus ordimur, idque syllabicum est augmentum.

Sed hic observabis, quae ab *ῥ* incipiunt, assumpto augmento, *ρ* geminare, ac prius quidem spiritu tenui, alterum autem aspero notari, ut *ῥέω ἔῤῥεον.*

Observabis et Attica, quae duplex augmentum recipiunt, ut *μέλλω, ἔμελλον* et *ἤμελλον. βούλομαι, ἐβουλόμην* et *ἠβουλόμην. δύναμαι, ἐδυνάμην* et *ἠδυνάμην* [3]).

Atque haec est simplicium regula. Composita non variant eodem modo, id quod ordine subiectae regulae docent.

Prima.

Quae nomini verba componuntur, augent simplicium modo, *φυσιογνωμονῶ ἐφυσιογνωμόνουν.* Sic Gellius libro 1. capite 9. de Pythagora: Iam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, *ἐφυσιογνωμόνει*, id est, e naturae habitu indicabat; praeteritum enim imperfectum est; verbum a *φύσις καὶ γνώμων* fit. Sic *χειραγωγῶ ἐχειραγώγουν*, *φιλοσοφῶ ἐφιλοσόφουν*, *οἰνοχέω ᾠνόχουν.* Homerus [Il. IV, 3.] *νέκταρ ἐῳνοχόει.*

ε adiicit Attica figura, ut infra dicam. *ῥαψῳδῶ ἐῤῥαψῴδουν*, a *ῥάψαι καὶ ᾠδή*, aliis a *ῥάβδος* deducere placet. *λειτουργῶ ἐλειτούργουν.*

Secunda regula.

Quae verba sola compositione usurpantur, nec statim ex aliis usitatis simplicibus componuntur, augent initia modo simplicium, ut *φροιμιάζω* a *πρὸ καὶ οἴμη* vel *οἶμος*, ut vult Ulpianus, Demosthenis interpres. Nam *οἰμιάζω* verbum non est. *ἐφροιμίαζον*, ut in Moralibus apud Aristotelem *πεφροιμιάσθω.*

---

2) Notatis — mutant.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

3) Sed hic — *ἠδυνάμην.*] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. desunt.

ἐμμελῶ ἠμμέλουν. Sicut apud Nazianzenum in Panegyri in Athanasium *ἠμμελήθη*, id est, par fuit. Cave legas *ἠμελήθη*, ut in Aldicis *ἐκτετύπωται.* Sic est autem apud Gregorium: *τούτων Ἀθανάσιος, τοῖς μὲν ἠμμελήθη, τῶν δὲ μικρὸν ἀπελείφθη, ἔστι δὲ οὓς καὶ ὑπέρεσχεν* etc.

ἐνέγκω ἤνεγκον.

Notantur tamen quaedam, ut *ἀπολαύω, ἀπέλαυον. ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν. ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμίαζον*, apud Isocratem in Panegyr. Et quae utrobique augentur, *ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν. ἀνορθῶ, ἠνώρθουν. ἀνέχομαι, ἠνειχόμην*, etc. [4]).

Tertia regula.

Quae composita eadem significatione pro simplicibus usurpantur, id est, quorum compositio simplicis significationem non mutat, augentur initio simplicium modo.

ἕπω	*ἐνέπω*	*ἤνεπον*
ἵζω	*καθίζω*	*ἐκάθιζον.*

Quarta regula.

Cum praepositio verbi significatum mutat, augetur verbum, non praepositio.

καταλέγω	*κατέλεγον*
ἀναβάλλω	*ἀνέβαλλον*
καθαίρω	*καθῆρον*
μετοικῶ	*μετῴκουν*
παραδειγματίζω	*παρεδειγμάτιζον.*

Hic admonitum volo puerum, observet vocalium elisiones, item cognatarum literarum *ξυμβολίσμους*, ut *συμβάλλω συνέβαλλον*, ubi pro *ν* erat *μ*.

καθαιρῶ, ex *κατά* et *αἱρῶ*, ubi *α* eliditur, *τ* in *θ* mutatur, quoniam quae sequitur verbi vocalis aspirata est, *καθῄρουν.*

Idem dixeris etiam, si plures in compositione sunt praepositiones, ut *παρεξηυλημένος νοῦς*, turbatus animus; metaphora est a turbatis lingulis tibiarum.

Porro *τῶν πρὸ καὶ περί* vocales non eliduntur, ut *προβάλλω προέβαλλον*, et *οε* in *ου* saepe commutata, *προύβαλλον*, quod verbum obiicio, propono significat. Unde *πρόβλημα* est quod proponitur. Ita autem ex *οε, ου* fit et aliis verbis.

περικοκκύζω, περιεκόκκυζον. Sic Aristophanes *περιεκόκκυσα κόρδακα.*

Est autem ut hoc ceu auctarium *καὶ πάρεργον* adiiciam, Cordax comica saltatio, enervis ac indecora, cuius opinor aliquam speciem in Atellanis mansisse. Ad eam allusit in Adelphis Terentius[4, 8, 34.]: Tu inter eas restim ductans saltabis, id est, *κορδακισμὸν* agens. Vide Athenaeum in 14. lib. Et nos alias pluribus; parum enim ad rem attinent, quae istic a Donato, si modo *γνήσια* sunt, scribuntur.

Sexta regula.

Δυς et *ευ* in plerisque non mutantur, ut *δυςαρεστῶ δυςηρέστουν, εὐεργετῶ εὐεργέτουν* etc.

Alibi mutantur, ut *δυςτυχῶ ἐδυςτύχουν*, a quo *δεδυςτυχηκέναι* apud Isocratem in Archid., *εὐτυχῶ, ηὐτύχουν.* Hinc *διηυτύχησαν* apud Athenaeum lib. 12. [5]).

Ὁμῶς autem et *α* steriticon perpetuo variantur, ut *ὁμολογῶ ὡμολόγουν, ἀφρονῶ ἠφρόνουν.*

Hactenus de formatione primae personae praeteriti imperfecti; reliquas ex illa fingito, ut analogica forma vides, quippe quae solis *ἐγκλίσεσι*, id est, finalibus desinentiis a prima persona variant, ut *ἔτυπτον ἔτυπτες ἔτυπτε*, et pro *ἔτυπτε*, Ionice *τύπτεσκε.* Cuius te pleonasmi hic admoneo, quod nusquam in Homero non occurrat in tertiis personis praeteriti imperfecti activi, ac duorum aoristorum, ut in secundo Iliados [vs. 100.] *ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ*, id est, oratione cohortatus est. Erat enim haec regularis forma, *ὁμοκλῶ ὡμόκλουν*, et in aoristo primo, *ὡμόκλησα ὡμόκλησας ὡμόκλησε.* Hinc ablato augmento, sic enim solet, et *ε* finali in *α* mutato, adiecto *σκε*, fit *ὁμοκλήσασκε.*

Τέτυφα unde?

Omne praeteritum paracelmenon activum *α* desinit cum sua characteristica, quam supra ex ordinibus coniugationum pete, *τύπτω τύφα.*

Cur *τε*?

Augetur praeteritum paracelmenon aut pariter cum paratatico, si verbum a vocali incipit, ut *ᾄδω ᾖδον ᾖκα.* Aut supra paraticon, si a consonante incipiens verbum *ε* assumpserit, *τῷ ε* addet primam verbi consonantem, ut *λέγω ἔλεγον λέλεχα*, perinde ac veteres Latini: mordeo momordi.

4) Notantur — etc.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522 — 1541. desunt.

5) Alibi — lib. 12.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522 — 1541. desunt.

Exempla.

θύω τέθυκα	Vides, ut non repetatur aspiratio, sed sola asperae tenuis.
θησαυρίζω τεθησαύρικα	
φιλομουσῶ πεφιλομούσηκα	
χολάω κεχόληκα	
φυσάω πεφύσηκα	
ἐμφυσάω ἐμπεφύσηκα.	

Excipe quae primam verbi consonantem non repetunt, quorum haec videlicet sunt initia.

γνω, ut *γνωρίζω ἐγνώριζον ἐγνώρικα* notifico. *γρη*, ut *γρηγορῶ ἐγρηγόρουν ἐγρήγορα* medium hoc est.

ρ, *ῥίπτω ἔῤῥιπτον ἔῤῥιφα* proiicio, *ῥαψῳδῶ ἐῤῥαψῴδουν ἐῤῥαψῴδηκα.*

Et quaecunque a duabus consonantibus incipiunt, *ψάλλω ἔψαλλον ἔψαλκα*, *ξυρῶ ἐξύρουν ἐξύρηκα*, *στέλλω ἔσταλκα.*

Id vero sic habet, non repetunt consonantem verbi primam, quae a duabus consonantibus incipiunt, nisi fuerit muta cum liquida; tum enim muta repetitur initii causa.

φροιμιάζω πεφροιμίακα
τρέπω τέτραφα 6)
πράττω πέπραχα
φράζω πέφρακα etc. Quam formam et *κτῶμαι κέκτημαι* sequitur.

Notabis tamen, quae de *γρη* et *γνω* dicta sunt. Interim quod alii magnis commentariis agunt, disce, ut vocales praeteritorum penultimae variant intercisis diphthongis, *σπείρω ἔσπαρκα*, *στέλλω ἔσταλκα* etc.

Peculiariter enim verba quintae coniugationis, quae *ε* in futuri penultima habent, *α* in praeteriti penultimam transferunt. Quod et in aliis quibusdam servatur, praesertim disyllabis, in quibus *ρ* cum *ε* in penultima est, ut *στρέφω ἔστραφα*, *τρέφω τέτραφα.* Hinc apud Homerum [Il. II, 25. 62.] *ἐπιτετράφαται* praeteritum passivum Ionicon est.

Item *τρέφω, θρέψω, τέθραφα*, quod verbum consonantem thematis in praeterito et futuro in aspiratam suam convertit differentiae causa 7).

6) Huic praeterito in Editt. 1522—1541. adscripta sunt haec: Apud Homerum *ἐπιτετράφαται* praeteritum passivum Ionicum est.

7) Quod et — causa.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. h. l. desunt.

Hae sunt communes paracaemeni notiones.

Habet autem Attica dialectos gemino augmento praeteritum, ut *ὁράω*, *ὥρων* communiter, *ἑώρων* Attice, *ὥρακα* communiter, *ἑώρακα* Attice etc.

Saepe etiam consonante repetita, ut *ἀκούω, ἤκουκα* et *ἀκήκοα* Attice. *ἐλεύθω*, *ἤλυθα* et *ἐλήλυθα*. *ὀρύσσω*, *ὤρυχα* et *ὀρώρυχα* 8).

Si vero 9) ab *λ* vel *μ* verbum incipit, *τῷ λ* vel *μ* nihil nisi *ει* praeponunt, ut *λήχω, εἴληχα.* Theocrit. 10) *εἴληχας μέγα ἄστυ* etc.

Iam neque illud praetereundum, quod verba in *νω* quintae coniugationis, in quibus *ι* praecedit *ω*, pleraque *ν* abiiciunt in praeteritis, ut *κρίνω κέκρικα*, *κτείνω ἔκτακα.* Caetera *ν* in *γ* vertunt, ut *φαίνω πέφαγκα, μολύνω μεμόλυγκα* etc. Ea vero, quae *μ* ante *ω* habent, praeterita fere aliunde mutuantur, ut *νέμω νενέμηκα*, *τέμνω τέτμηκα*, *κατὰ συγκοπήν*, etc. 11).

Cave obliviscaris eorum, quae initio non variant, ut in tabella supra vidisti.

ἠχῶ	ἤχουν	ἤχηκα
ἱππεύω	ἵππευον	ἵππευκα.

ἐτετύφειν unde?

Hypersyntelicon a paracaemeno derivatum, *α* postremo paracaemeni mutato in *ειν*, ut *τέτυφα ἐτετύφειν* 12).

Variat initio. Augetur enim vocali *ε* supra paracaemenon, si a consonante verbum incipit; secus si a vocali, ut

ᾄδω *ᾖδον* 13) *ᾖκα* *ᾔκειν.*

τύψω unde?

Futurum primum a themate formatur 14) sola charactecistica mutata, ut *τύπτω τύψω* 15). Alia est cuique coniugationi futuri characteristica, ut supra in discernendorum ordinum typis videre licet.

8) *ἐλεύθω — ὀρώρυχα.*] in Editt. 1522—1541. desunt.

9) vero] sic Editt. 1542. seqq.; Editt. 1522—1541. quando.

10) Theocr. Idyll. XVI, 84., ubi Ed. Kiessl. habet *εἴλαχας μ. α.*

11) Iam neque — *συγκοπήν*. etc.] in Editt. 1522—1541. desunt.

12) ut *τέτυφα ἐτετύφειν*] in Editt. 1522—1541. desunt.

13) *ᾄδω ᾖδον*] sic recte Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542—1557. *ᾖδον* male omissum est.

14) a themate formatur] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541.: est

15) ut *τύπτω τύψω.*] in Editt. 1522—1541. desunt.

Quintae coniugationis verba, quia characteristicam consonantem praesentis non mutant, futura discrimine accentus notant [16]), ut κρίνω κρινῶ. Item aliquoties penultimae vocalis passione, quae ut brevis sit, fit e ψάλλω ψαλῶ, e σπείρω σπερῶ, φαίνω φανῶ, στέλλω στελῶ, κάμνω καμῶ.

De anomalis nihil praecipio, ut sunt [17]) καίω καύσω, πλέω πλεύσω, ῥέω ῥεύσω, πνέω πνεύσω. Item [18]) μέλω μελήσω, αὔξω αὐξήσω, et similia [19]), et Atticum est νομίζω νομιῶ pro νομίσω. Quo pacto [20]) huius formae similia afficiuntur.

Τυπῶ unde?

Secundum futurum significando a primo non differt, variat ab eo sola characteristica consonante mutata. Fit autem secundi futuri character e primi futuri formativa, si mollescat. Mutatur ergo characteristica sic [21]).

Prima regula.

Si praesens duabus consonantibus finit, transfer in futurum secundum eam consonantem, quae est coniugationis propria, ut

τύπτω τυπῶ — π et β primae coniugationis,
βλάπτω βλαβῶ — propriae sunt, non τ.

Secunda regula [22]).

Sin fuerit in praesenti duplex consona ζ, et ξ in futuro primo, secundo γ facies, ut κράζω, κράξω, κραγῶ [23]). Idem fit verbis in σσω, ut ὀρύσσω, ὀρύξω, ὀρυγῶ [23]). Sin autem [24]) ζ habet σ in futuro primo (scis enim ambiguum primum futurum quartae coniugationis esse), secundo δ facies. φράζω, φράσω, φραδῶ.

Tertia regula [25]).

Si unica praesenti consona in fine sit, antequam diphthongus sit, intercide diphthongum consona manente, ut φεύγω φυγῶ, λείπω λιπῶ, ἐλεύθω ἐλυθῶ, οἰκτείρω οἰκταρῶ, φθείρω φθαρῶ, σπείρω σπαρῶ. Sic de aliis quintae coniugationis, ut στέλλω σταλῶ. Quamquam non haec tantum, sed et caeterarum coniugationum ea, quae liquidam ante ε habent in penultima, ε in α vertant, ut πλέκω πλακῶ, τρέπω τραπῶ etc. [26]).

Sin vocalis unica consonam praeit, longam in ancipitem [27]) brevem transforma τρώγω [28]) τραγῶ, unde τραγήματα, id est, bellaria quaecunque esu apta.

Quod si [29]) vocalis per sese brevis est, haud raro simile est secundum futurum praesenti, ut λέγω λεγῶ, idque [30]) internosces tono, ut γράφω γραφῶ [31]).

De impuris, inquies, verbis haec tantum. Igitur et purorum verborum secunda futura statuo.

Prima regula.

Disyllaba circumflexa nec secunda futura, nec secundos aoristos faciunt, ut ποιῶ, et similia, quae ante ῶ consonantem non habent.

Secunda regula.

Reliqua inflexa ante ῶ consonantem habentia, admittunt quidem [32]) secunda futura et secundos aoristos, sed primis syllaba una breviores [32]), ut δουπῶ, δουπήσω, ἐδούπησα, δουπῶ, ἔδουπον [33]), quamquam et haec eis tempora non sunt sequentia admodum.

Pura non inflexa sic forma, ut παύσω παῶ, καύσω καῶ [34]).

ἔτυψα unde?

Aoriston primum est, praeteriti significatio, ut e superioribus liquet. Formatur a futuro

16) notant] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. nota
17) sunt] in Editt. 1522—1541. deest.
18) πλέω — Item] in Editt. 1522—1541. desunt.
19) αὔξω — similia.] ab iisd. Editt. absunt.
20) νομιῶ — pacto] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: νομίσω νομιῶ, sic
21) Mutatur — sic.] in Editt. 1522—1541. ab his verbis subseq. Prima Regula incipit.
22) Haec inscriptio ab Editt. 1522—1541. abest.
23) κράζω etc. — ὀρύσσω etc.] haec duo exempla in Editt. 1522—1541. non h. l., sed in huius regulae fine leguntur.
24) Sin autem] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: aut
25) Tertia regula] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Secunda.
26) Quamquam — τραπῶ etc.] ab Editt. 1522—1541. absunt.
27) ancipitem] in Editt. 1522—1541. deest.
28) τρώγω] Ed. 1538. errore typogr.: τράγω
29) si] in Ed. 1538. excidit.
30) idque] in Editt. 1522—1541. deest.
31) γραφῶ.] Editt. 1522—1541. h. l. addunt: Item χραισμῶ.
32) quidem *et* sed primis — breviores] in Editt. 1522—1541. desunt.
33) Hae 5 formae gr. in Editt. 1522—1541. post verba „sequentia admodum." leguntur.
34) καύσω καῶ.] ab Editt. 1522—1541. absunt.

τύψω, *ω* in *α* mutato, et augmento paratatici adiecto, ut

γράφω, *γράψω*, *ἔγραψα*. *ἄω*, *ἄσω*, *ἆσα* laedo. Homerus [Odyss. XI, 61.] *ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακή*. *α* litera integra manet, cum in *η* pro regula mutetur. Grammatici verbum hoc exceperunt.

Κύρω, futurum *κύρσω* extra communem regulam. Aor. *ἔκυρσα*. Gregorius Nazianzenus disertus theologus: *ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ*, id est, Variam alius incidit fortunam. Subiicio integros versiculos, quod et pauci sint, et mirum in modum suaves.

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων,
Μή δέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος, οὐδ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ
Τέρπεται, ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.

Eos non infeliciter quidam ad Ioannem Oecolampadium theologum Latine sic[35]):

Mens bona tollere humo, terrestriaque excute curis,
Ne[36]) te carnis amans, saeva libido vehat.
Incertum 'st quod vivitur et breve, somnia quosdam
Forte beant, alios undique casus agit.
Unius est vitae sors integra, libera, perpes,
Quae positis mundi sordibus excolitur.

Κισσῶ, *κισσήσω*, *ἐκίσσησα* lascive[37]) concupisco, pro concipio Graecus interpres Psalmi quinquagesimi [51, 7.] usurpavit, quo Hebraismum exprimeret significantiae paulum immodestae יֶחֱמַתְנִי אִמִּי quippe Genesis capite XXX. de accenso libidine pecore verbi יחם est usus aliquoties. Ita *κισσᾶν γλίχεσθαι ἐπὶ τῶν γυναικῶν* significat. Unde et *κίττα* pica, gravidae mulieris morbus apud Aristotelem et Galenum. Latinus interpres incommode emphasin tam Hebraeae quam Graecae vocis reddidit, cuius obiter pium Lectorem volebam admonitum, quod mysterio tractando mire conveniat. In Horariis[38]) quae passim excusa habentur in Psalmo Miserere [L, 6.], male igitur *ἐκύσησε* pro *ἐκίσσησε*[39]), hic: Et in peccato concepit me mater mea. Nam si a *κυῶ* sit, *ἐκύησε* legendum est, fideles liberi *ἐκίσσησε* habent.

In formando aoristo primo penultimas vocales observa. Quintae coniugationis verba, quibus *α* in futuro primo est, *η* hoc aoristo faciunt; quibus *ε*, *ει* habent: *ψαλῶ ἔψηλα*, *φανῶ*[40]) *ἔφηνα*, *σπερῶ ἔσπειρα*. De verbis aliarum coniugationum non est ut labores.

ἔτυπον unde?

Aoriston secundum significatione a primo non discrepat. Formatur a secundo futuro *ῶ* in *ον* mutato, et augmento addito. Faxis secundi futuri regulas et characteri huic formando adsciscas, mihi sat fuerit iis egisse exemplis, quae supra ponuntur.

ἔτυπον	*τυπῶ*
ἔβλαβον	*βλαβῶ*
ἔκραγον	*κραγῶ*
ὤρυγον	*ὀρυγῶ*
ἔφραδον	*φραδῶ*
ἔφθαρον	*φθαρῶ*
ἔσπαρον	*σπαρῶ*
ἔλεγον	*λεγῶ*.

Viden' hoc aoriston voce cum paratatico convenire, ut *λεγῶ* futurum cum praesenti *λέγω*?

Atque hae sunt Indicativi formulae, si quae reliquae personae analogia, quam toties tibi commendo, aberrant, in examine spectabis. Nam curae mihi est, quam potest fieri paucissimis regulam absolvere.

ΤΥΠΟΙ Formationum.

	I. Coniug.	II.	III.[41])
Praesens	*τύπτω*	*λέγω*	*πείθω*
Imperf.[42])	*ἔτυπτον*	*ἔλεγον*	*ἔπειθον*
Perfect.	*τέτυφα*	*λέλεχα*	*πέπεικα*
Plusqmperf.	*ἐτετύφειν*	*ἐλελέχειν*	*ἐπεπείκειν*
Fut. a.	*τύψω*	*λέξω*	*πείσω*
Fut. b.	*τυπῶ*	*λεγῶ*	*πιθῶ*

---

35) Latine sic] Editt. 1522 — 1541. Latine tute sic

36) Ne] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. Nec

37) lascive] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. lascivus

38) Horariis] Ed. 1538. corrupte: Hortaijs

39) *ἐκίσσησε*] hanc vocem Cod. Vatic. et Cod. Alex. recte exhibent. In varia lectione ab Holmesio collecta *ἐκήσησε* h. l. non invenitur. Camerarii Editt. pro *ἐκήσησε* habent *ἐκίσησε*.

40) *φανῶ*] sic Editt. 1522 . 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. *φαίνω*

41) I. Coniug. II. III. IIII. V. VI.] hae inscriptiones ab Editt. 1522 — 1541. absunt.

42) Huius et seqq. lat. nominum loco, quae Editt. 1522—1541. habent, Editt. 1542. sqq. graeca exhibent: *παρατατικὸς*, *παρακείμενος*, *ὑπερσυντελ.*, *μέλλων α'.*, *μέλλων β'.* *ἀόριστος α'.*, *ἀόριστος β'.*

Aor. a.	ἔτυψα	ἔλεξα	ἔπεισα
Aor. b.	ἔτυπον	ἔλεγον	ἔπειθον.
	IIII.	IIII.	V.[41])
Praesens	φράζω	πράττω	ψάλλω
Imperf.[42])	ἔφραζον	ἔπραττον	ἔψαλλον
Perfect.	πέφρακα	πέπραχα[43])	ἔψαλκα
Plusqmperf.	ἐπεφράκειν	ἐπεπράχειν[43])	ἐψάλκειν
Fut. a.	φράσω	πράξω	ψαλῶ
Fut. b.	φραδῶ	πραγῶ	ψαλῶ
Aor. a.	ἔφρασα	ἔπραξα	ἔψηλα
Aor. b.	ἔφραδον	ἔπραγον	ἔψαλον.

VI.[41])

Praesens μύω	Fut. a. μύσω
Imperf. ἔμυον	Fut. b. μυῶ
Perfect. μέμυκα	Aor. a. ἔμυσα
Plusquamperf. ἐμεμύκειν	Aor. b. ἔμυον.

Sex coniugationum typos tradidi, quartae coniugationis duplicem, propter duos eius characteres praeteritorum ac futurorum. Enitatur puer, ut quaecunque occurrant verba, hoc modo per indicativi formulas demetiatur, nihil maiore commodo in re grammatica faciet. Nam ex his reliquam coniugationem facile coniiciet. Quid, inquies, de circumflexis? cur adhuc illa latent? Equidem et illa in haec includam paradigmata, ut videbis, atque adeo satisfaciam tibi prorsum in varianda diathesi ω unius τοῦ τύπτω inflexione.

De indicativo satis. Exigit fides mea, ut nonnihil in alios adnotem modos. Quamquam facile illi quidem, quippe ex indicativis formantur, tamen ut compendio puer omnia sequatur, mihi curae est.

τύπτε. analogiam sequere.

τύψον aoriston futurum est, non praeteritum[44]), a *τύψω*, ω in *ον*, sic de aliis; frequens enim hoc futurum est, *ἐλεήσω ἐλέησον*. Fortasse miraris, quaenam sint huiusmodi praeterita. Audi Priscianum in octavo lib. sic scribentem: Apud Graecos etiam praeteriti temporis sunt imperativa, quamvis ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertineant. *ἀνεῴχθω ἡ πύλη*, aperta sit porta, videtur imperare, ut in futuro tempore sit praeteritum, ut si dicam, aperi nunc ianuam, ut crastino sit aperta. Haec ille.

43) *πέπραχα, ἐπεπράχειν*] Ed. 1538. male: *πέφραχα, ἐπεφράχειν.*

44) aoriston — praeteritum] sic Editt. 1522—1542.; Editt. 1545—1557. aoriston vel futurum est vel praeteritum,

τέτυφε a *τέτυφα*, una litera mutata.

Duae sunt imperativo personae tantum, secunda ac tertia, perinde ut Latinis.

τύπτοιμι, optativus. Peculiaris autem[45]) huic character et notio est *οι* diphthongus. Eam non vulgariter tibi commendo. In aoristo primo in *αι* transit, et Aeolice in *ει*, ut *τύψαιμι* communiter, et *τύψεια* Aeolice.

ἐὰν τύπτω. Notio coniunctivi est, subscriptae secundae ac tertiae personae per omnia tempora *η*, ut *τύπτῃς*, quippe a *τύπτεις*, *ει* vero in *η* transit. Caeterum et huiusmodi aorista futura sunt, non praeterita.

τύπτειν. Infinitivi *ἐγκλίσεις* variae sunt. Scis enim, quid soleant circumflexa, et pro *βοάειν βοᾶν*, *κισσάειν*, *κισσᾶν*, *ζάειν ζᾶν*, et pro *ζᾶν ζῆν*, id est, vivere, et apud Theocr. pro *συρίζειν* legitur *συρίσδεν*.

Est et activi Aparemphati terminatio *μεναι*, ut *τυπτέμεναι* pro *τύπτειν*, et abscisim *τυπτέμεν*, id quod apud Homerum frequenter videbis; est enim Ionica proprietas, ut Odyss. I. [vs. 370 sq.]:

ἐπεὶ τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ', οἷος ὅδ' ἐστὶ, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.

i. e. Honestum est audire cantorem talem, qualis hic est similis Diis. *ἀκουέμεν* ab *ἀκουέμεναι* pro *ἀκούειν*, ut *ἔμμεναι* pro *εἶναι*, sed de hoc infra.

Hactenus diathesis ω, qua flectes activa et neutra, puerorum causa statim et iis participia adiiciam.

Terminationes activi participii sunt *ων*, *ως*, *ας*, Solum praeteritum perfectum participium augetur iuxta verbi sui augmentum. Reliqua ut aorista nequaquam augentur.

Part. praes.	ὁ τύπτων	τοῦ τύπτοντος quint. simpl.
	ἡ τύπτουσα	τῆς τυπτούσης sec. simpl.
	τὸ τύπτον	τοῦ τύπτοντος quint. simpl.
Part. perf.[46])	ὁ τετυφώς	τοῦ τετυφότος quint. simpl.
	ἡ τετυφυῖα	τῆς τετυφυίας sec. simpl.
	τὸ τετυφός	τοῦ τετυφότος quint. simpl.
Part. Fut. 1.[47])	ὁ τύψων	τοῦ τύψοντος qnt. simpl.[48])
	ἡ τύψουσα	τῆς τυψούσης sec. simpl.
	τὸ τύψον	τοῦ τύψοντος quint. simpl.

45) autem] in Editt. 1538—1541. deest.

46) Perf.] sic latine scripsi, ut hoc nomen praecedenti et subsequenti lat. congruat; Editt. habent graecum: *παρακ.* s. parac.

47) Part. Fut. 1. 2.] Editt. 1522—1541. Fut. prim., sec.; Editt. 1542. sqq.: Part. *μέλλ. α'., β.*

48) simpl.] h. l. et in subseqq. ab Editt. 1538., 1541. abest.

Part. Fut. 2.[47])	ὁ τυπῶν	τοῦ τυποῦντος	quint. simpl.
	ἡ τυποῦσα	τῆς τυπούσης	sec. simpl.
	τὸ τυποῦν	τοῦ τυποῦντος	quint. simpl.
Part. Aor. 1.	ὁ τύψας	τοῦ τύψαντος	quint. simpl.
	ἡ τύψασα	τῆς τυψάσης	sec. simpl.
	τὸ τύψαν	τοῦ τύψαντος	quint. simpl.
Part. Aor. 2.	ὁ τυπών	τοῦ τυπόντος	quint. simpl.
	ἡ τυποῦσα	τῆς τυπούσης	sec. simpl.
	τὸ τυπόν	τοῦ τυπόντος	quint. simpl.

Curae sit puero in formandis participiis spectare verbi characterem, unde et ipsum deducitur, ut a *τύπτω τύπτων*, *πτ* praesentis character, *τύψων* a *τύψω*, *ψ* futuri character est, *ψας* enclisis aoristi. *τετυφώς*, *φ* praeteriti character est.

Passivorum ac Deponentium commune paradigma.

Τῶν ὁριστικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτομαι	τύπτῃ	τύπτεται
D.	τυπτόμεθον	τύπτεσθον	τύπτεσθον[49])
P.	τυπτόμεθα	τύπτεσθε[50])	τύπτονται.

Παρατατικός.

S.	ἐτυπτόμην	ἐτύπτου	ἐτύπτετο
D.	ἐτυπτόμεθον	ἐτύπτεσθον	ἐτυπτέσθην
P.	ἐτυπτόμεθα	ἐτύπτεσθε	ἐτύπτοντο.

Παρακείμενος.

S.	τέτυμμαι	τέτυψαι	τέτυπται
D.	τετύμμεθον	τέτυφθον	τέτυφθον
P.	τετύμμεθα	τέτυφθε[51])	τετυμμένοι εἰσί.

Ὑπερσυντελικός.

S.	ἐτετύμμην	ἐτέτυψο	ἐτέτυπτο
D.	ἐτετύμμεθον	ἐτέτυφθον	ἐτετύφθην
P.	ἐτετύμμεθα	ἐτέτυφθε	τετυμμένοι ἦσαν.

Ἀόριστος α'.

S.	ἐτύφθην	ἐτύφθης	ἐτύφθη
D.		ἐτύφθητον	ἐτυφθήτην
P.	ἐτύφθημεν	ἐτύφθητε	ἐτύφθησαν.

Ἀόριστος β'.

S.	ἐτύπην	ἐτύπης	ἐτύπη
D.		ἐτύπητον	ἐτυπήτην
P.	ἐτύπημεν	ἐτύπητε	ἐτύπησαν.

Μέλλων α'.

S.	τυφθήσομαι	τυφθήσῃ	τυφθήσεται
D.	τυφθησόμεθον	τυφθήσεσθον	τυφθήσεσθον
P.	τυφθησόμεθα	τυφθήσεσθε	τυφθήσονται.

49) τύπτεσθον] Ed. 1538. male: τύπτετον

50) τύπτεσθε] Ed. 1542. male: τύπτεσθαι

51) τέτυφθε] Ed. 1538. male: τέτυφε

Μέλλων β'.

S.	τυπήσομαι	τυπήσῃ	τυπήσεται
D.	τυπησόμεθον	τυπήσεσθον	τυπήσεσθον
P.	τυπησόμεθα	τυπήσεσθε	τυπήσονται.

Μετ' ὀλίγον μέλλων.

S.	τετύψομαι	τετύψῃ	τετύψεται
D.	τετυψόμεθον	τετύψεσθον	τετύψεσθον
P.	τετυψόμεθα	τετύψεσθε	τετύψονται.

Τῶν προσταχτικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτου	τυπτέσθω
D.	τύπτεσθον	τυπτέσθων
P.	τύπτεσθε	τυπτέσθωσαν.

Παρακείμενος.

S.	τέτυψο	τετύφθω
D.	τέτυφθον	τετύφθων
P.	τέτυφθε	τετύφθωσαν.

Ἀόριστος α'.

S.	τύφθητι	τυφθήτω
D.	τύφθητον	τυφθήτων
P.	τύφθητε	τυφθήτωσαν.

Ἀόριστος β'.

S.	τύπητι	τυπήτω
D.	τύπητον	τυπήτων
P.	τύπητε	τυπήτωσαν.

Τῶν εὐχτικῶν ἐνεστώς.

S.	τυπτοίμην	τύπτοιο	τύπτοιτο
D.	τυπτοίμεθον	τύπτοισθον	τυπτοίσθην
P.	τυπτοίμεθα	τύπτοισθε	τύπτοιντο.

Παρακείμενος.

S.	τετυμμένος	εἴην	εἴης	εἴη
D.	τετυμμένω		εἴητον	εἰήτην
P.	τετυμμένοι	εἴημεν	εἴητε	εἴησαν.

Ἀόριστος α'.

S.	τυφθείην	τυφθείης	τυφθείη
D.		τυφθείητον	τυφθειήτην
P.	τυφθείημεν	τυφθείητε	τυφθείησαν.

Ἀόριστος β'.

S.	τυπείην	τυπείης	τυπείη
D.		τυπείητον	τυπειήτην
P.	τυπείημεν	τυπείητε	τυπείησαν.

Μέλλων α'.

S.	τυφθησοίμην	τυφθήσοιο	τυφθήσοιτο
D.	τυφθησοίμεθον	τυφθήσοισθον	τυφθησοίσθην
P.	τυφθησοίμεθα	τυφθήσοισθε	τυφθήσοιντο.

Μέλλων β'.

S.	τυπησοίμην	τυπήσοιο	τυπήσοιτο
D.	τυπησοίμεθον	τυπήσοισθον	τυπησοίσθην
P.	τυπησοίμεθα	τυπήσοισθε	τυπήσοιντο.

Μετ᾽ ὀλίγον μέλλων.

S.	τετυψοίμην	τετύψοιο	τετύψοιτο
D.	τετυψοίμεθον	τετύψοισθον	τετυψοίσθην
P.	τετυψοίμεθα	τετύψοισθε	τετύψοιντο.

Τῶν ὑποτακτικῶν ἐνεστώς.

S.	ἐὰν τύπτωμαι	τύπτῃ	τύπτηται
D.	τυπτώμεθον	τύπτησθον	τύπτησθον
P.	τυπτώμεθα	τύπτησθε	τύπτωνται.

Παρακείμενος.

S.	ἐὰν τετυμμένος	ὦ	ᾖς	ᾖ
D.	τετυμμένω		ἦτον	ἦτον
P.	τετυμμένοι	ὦμεν	ἦτε	ὦσι

Ἀόριστος α΄.

S.	ἐὰν τυφθῶ	τυφθῇς	τυφθῇ
D.		τυφθῆτον	τυφθῆτον
P.	τυφθῶμεν	τυφθῆτε	τυφθῶσι.

Ἀόριστος β΄.

S.	ἐὰν τυπῶ	τυπῇς	τυπῇ
D.		τυπῆτον	τυπῆτον
P.	τυπῶμεν	τυπῆτε [52])	τυπῶσι.

Τῶν ἀπαρεμφάτων

Ἐνεστώς. τύπτεσθαι
Παρακείμενος. τετύφθαι
Ἀόριστος α΄. τυφθῆναι
Ἀόριστος β΄. τυπῆναι
Μέλλων α΄. τυφθήσεσθαι
Μέλλων β΄. τυπήσεσθαι
Μετ᾽ ὀλίγον μέλλων. τετύψεσθαι.

Annotationes in passivam coniugationem.

Indicativi praesens est *τύπτομαι*. Nam ut Latini activo r adiicimus formaturi passivum, ita *μαι* Graeci. Interim observet puer et hanc passivorum diphthongon longi quidem temporis pro brevi haberi, quod non *τυπτόμαι* iuxta regulam, sed *τύπτομαι* pronuntietur.

Τύπτῃ si solvas Ionice, *τύπτεαι* fiet. Ita licebit facias et reliquis secundis personis passivae diatheseos *η* finientibus. Idem fit in mediis verbis, ut Homerus [Od. I, 123.] *παρ᾽ ἄμμι φιλήσεαι*, pro *φιλήσῃ*; reliqua *κατ᾽ ἀναλογίαν* exequere.

Ἐτυπτόμην parataticon duabus literis superat activi parataticon, *μη*. Sic ergo formabis, omnibus literis activi imperfecti praeteriti manentibus, *ν* postremo *μη* antepones, *ἔτυπτον ἐτυπτόμην*, *ἔλεγον ἐλεγόμην*.

52) *τυπῆτε*] Ed 1538. male: *τυπῆτον*

Nolo schemate persequi, quibus nonnunquam apud poetas augmentum tollitur, aut litera quaepiam exciditur, ut *στεῦτο*. Il. Iliados [vs. 597.] in Thrace Thamyri, *στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν*, a *στεύομαι* paratat. *ἐστευόμην*, et tertia persona *ἐστεύετο*, tolle augmentum, et systole vocalem penultimam excide, fit *στεῦτο*. Hic oportet admoneri puerum semper activam fingat vocem, coniugaturus huius dispositionis verbum quodcunque. Ita enim facile tempora omnia et modos formabit.

τέτυμμαι unde?

Praeteritum perfectum est pass. ab activo. Regula[53]). Quaecunque est activi praeteriti terminatio *φα*, *κα*, *χα*, eam in *μαι* vertito, et habebis passivum paracειmenon. Est ergo a *τύπτω τέτυφα*, hinc *φα* in *μαι* verso fit *τέτυμμαι*.

Porro quî fit, ut et alterum *μ* adiiciatur?

In causa est, quod oportet penultimas passivi praeteriti longas esse, quare ante ultimam hanc *τοῦ μαι* inflexionem variant verba.

Prima regula.

Primae coniugationis omnia *τοῦ μαι μ* anteponunt, *γέγραφα γέγραμμαι*. Nota quae vocalem mutant, *στρέφω ἔστραμμαι*, *τρέπω τέτραμμαι*.

Secunda.

Secundae coniugationis omnia *γ* adiiciunt *τῷ μαι*, *λέλεχα λέλεγμαι*.

Tertia.

Omnia tertiae coniugationis *σ* adponunt, ut *πέπεικα πέπεισμαι*.

Quarta.

Coniugationis quartae, quae in *κα* praeteritum activum faciunt, *σ τῷ μαι* addunt, ut *πέφρακα πέφρασμαι*. Quorum vero activo praeterito *χα* est, per *γ* passivum formant[54]), *ὤρυχα ὤρυγμαι*.

Quinta.

In *ρω* et *λω* quintae coniugationis *ρ* et *λ* retinent, ut *ἔσπαρμαι* ab *ἔσπαρκα*, *ἔψαλμαι* ab *ἔψαλκα*.

53) Praeteritum — Regula.] sic Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542. sqq. haec omissa sunt.

54) formant] Editt. 1522 — 1541. format

Νω variat. Aut enim anteit thematis characterem syllaba brevis, ut *κρίνω*, nec extenditur praeteritum passivum contra supra positam regulam, ut *κέκριμαι*. Aut anteit longa, tum fiet et passivum praeteritum longum, *φαίνω πέφαγκα πέφαμμαι*, *κάμνω κεκάμημαι*, aliunde petitum. Sic caetera pleraque, quae *μ* ante *ω* habent. Aliunde enim ea praeterita sibi adsciscunt, et in sextam coniugationem deflectunt, ut *νέμω*, *νενέμηκα*, *νενέμημαι* [55]).

Sexta.

In sexta coniugatione, si praeteritum activum *κα* longa penultimat, nihil adde *τῷ μαι*, ut *πεποίηκα* [56]) *πεποίημαι*, *πεπολίτευκα πεπολίτευμαι*. Excipe *ἤκουκα* [57]) *ἤκουσμαι*. Sin brevi penultimat, *σ* adde, ut *μέμυκα μέμυσμαι*, *τετέλεκα τετέλεσμαι*.

Et haec de prima persona praeteriti passivi, in quo formando versabor diutius, quod ex eo longe plurima verbalia nomina oriantur.

Τέτυψαι unde?

Secunda persona paracειmeni passivi characteristicam futuri sibi adserit per omnes coniugationes, ut

γέγραψαι	*πέπεισαι*	*ἤκουσαι*
λέλεξαι	*πέφρασαι*	*πεποίησαι.*

Quinta coniugatio variat. Nam [58]) quae *λω* aut *ρω* desinunt, *λ* et *ρ* servant, ac *σαι* addunt. *ἔψαλμαι ἔψαλσαι*, *ἔσπαρμαι ἔσπαρσαι*.

Quae *νω* finiunt, quorum praeterita activa longa penultimant, *ν* servant [59]), ut *φαίνω πέφαγκα*, *πέφαμμαι πέφανσαι*. Reliqua *ν* tollunt, *κέκρικα κέκρισαι* [60]).

τέτυπται unde?

Tertia persona paracειm. passivi *ται* desinit.

Prima Coniugatio *π* ante *ται* statuit, *γέγραπται*.

Secunda Coniugatio *κται* facit, *λέλεκται*.

Tertia Coniugatio *σται*, ut *πέπισται*.

Quarta, Verbis *σω* futurum habentibus, *σται* facit, ut *πέφρασται*. *ξω* vero *κται* dat, ut *ὤρυκται*, ut apud Homerum [Il. IX, 67.], *παρὰ τάφρον ὀρυκτήν*. Nam verbale *ὀρυκτός* ab *ὤρυκται* est.

In Quinta *λω* et *ρω*, *λ* et *ρ* retinent, *ἔψαλται*, *ἔσπαρται*. *Νω* praeteriti activi longa penultima, *ν* retinet, ut *πέφανται*. Sic Theocritus [Id. VI, 18 sq.] *ἦ γὰρ ἔρωτι Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται*, id est, Quae minime sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti. *πέφανται καλά*, id est, visa sunt pulchra, singulare quidem est, non plurale, ex regula in examine superiori posita: Supposito neutro plurali datur appositum singulare.

Brevis tollit *ν*, *κέκριται*.

Sexta, Verbis *κα* penultima longa praeteritum activum facientibus, solo *ται* finit, ut *πεποίηκα πεποίηται*, *πεπολίτευται*. Nota *ἤκουσται*. Faciunt *σται*, quibus activo praeterito penultima fuit brevis, *μέμυκα μέμυσται*. Nota *λέλυται* longum. Reliquae personae *ἀναλογικῶς* formentur iuxta cuiusque coniugationis characteristicas, *τετύμμεθον*, *λελέγμεθον*, *τέτυφθον*, *λέλεχθον*. Viden' quantae oporteat curae tibi characterem esse?

Tertia persona pluralis e participio fit, ut *τετυμμένοι εἰσί*; exceptis quae in *μαι* purum praeteritum faciunt. Ea enim singulari tertiae *ν* apponunt in penultima, ut *πεποίηται πεποίηνται* [61]).

Est autem et Ionica quaedam tertia pluralis, qua vulgo utimur [62]), ut apud Homerum [Il. II, 25.], *ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται*. Sic *τετύφαται*, *λελέχαται* [63]) etc.

55) Sic caetera — *νενέμημαι*.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522 — 1541. haec hoc quidem loco desunt (conf. seq. nota 60.). In Camerarii Editt. haec leguntur sic mutata: Sic — habent, Quasi aliunde enim — deflectunt, assumto *η* ut diximus, ut *νέμω*, *νενέμηκα*, *νενέμημαι*, veluti esset *νεμέω*.

56) *πεποίηκα*] Ed. 1538. typ. err.: *πεποίκα*

57) *ἤκουκα*] sic Editt. 1522., 1541., 1557.; Ed. 1538. *ἤκουσα*; Editt. 1542., 1545., 1548. *ἤκουα* [at *ἤκουα* non in usu est, sed *ἤκοα*, Att. *ἀκήκοα*, Dor. *ἄκουκα*, et ap. scriptores posterioris aetatis *ἤκουκα*; *ἤκουσα* aor. 1. est.].

58) Nam] in Editt. 1522 — 1541. deest.

59) servant] in Ed. 1538. omiss.

60) Editt. 1522 — 1541. h. l. addunt haecce: Nondum, inquies, quidquam de *μω* desinentibus. Aliunde vero ea sibi praeterita adsciscunt, in sextam coniugationem deflectunt, ut *νέμω νενέμηκα νενέμημαι νενέμησαι*. (conf. praeced. nota 55.).

61) ut *τετυμμένοι* — *πεποίηνται*] ab Editt. 1522 — 1541. absunt.

62) Est autem — utimur] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541.: sed est Ionica quaedam qua vulgo utimur *τετύφαται* (Ed. 1538. err. typ.: *τετύφατε*).

63) Sic *τετ. λελ.*] haec h. l. in Editt. 1522 — 1511 desunt.

ἐτετύμμην unde?

Plusquamperfectum a perfecto, auctum ut supra de plusquamperfecto statuimus. *αι* paracειmeni in *ην* vertitur, ut *ἐτετύμμην*. Singulae plusquamperfecti personae a perfecti characteribus petuntur.

ἐτύφθην unde?

Aoriston primum, initio iuxta regulas superiores augetur, *θην* desinit, nec fine supra activi thema crescit, *τύπτω τύφθην*, *ε* adde *ἐτύφθην*, atqui ante *θην* variant *συζυγίαι*.

Prima ante *θην* aoristi *φ* locat, *γράφω ἐγράφθην*.

Secunda *χ* adiicit, *λέγω ἐλέχθην*, *τρώγω ἐτρώχθην*.

Multus est huius temporis, ut prorsum aoristorum omnium usus. Discat puer observare, et regulam sedulus volvat. Saepenumero in sacris usurpatur, ut [Luc. 22, 66.] *συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον*. *συνάγω*, hinc *συνάγομαι* congregor, *συνηγόμην*, *συνῆγμαι*, *συνήχθην* etc.

Tertia *σ* addit, *πείθω ἐπείσθην*.

In Quarta, quibus *σω* futurum est activum, *σ* dabis aoristis passivis, *φράζω*, *φράσω*, *ἐφράσθην*.

Quibus *ξω* futurum est, aoriston passivum per *χ* facies, *ὀρύσσω ὀρύξω ὠρύχθην*, *στενάζω στενάξω ἐστενάχθην*.

In Quinta, ab *λω*, *ρω*, *λ* et *ρ* manent, ut *ἐστάλθην*, *ἐσπάρθην*.

In *νω*, cuius praeteritum activum longa penultimat, *ν* manet, ut *φαίνω πέφαγκα ἐφάνθην*, *μωραίνω μεμώραγκα ἐμωράνθην*, ut ad Rom. 1. [vs. 22.] *φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν*, id est, Cum se sapientes crederent, stulti facti sunt.

Supra meminimus, ut varient vocales. Id et huc referas. Sin *νω* brevi penultimat in praeterito, *ν* abiicitur [64]), ut *κέκρικα ἐκρίθην*. De poeticis schematibus nihil praecipio, diligens per sese puer venabitur, adiutus regula analogica, ut apud Callimachum in Delo [vs. 209.]: *ἀπὸ δ' ἐκλίνθη βίος ἔμπαλιν ὤμοις.* [65]) *ἐκλίνθη* pro *ἐκλίθη* [66]).

Sexta Coniugatio verbis *κα* penultima longa praeteritum activum facientibus, *κα* in *θην* mutat, ut *πεποίηκα ἐποιήθην*, *πιστεύω πεπίστευκα ἐπιστεύθην*. Ut ad Rom. 3. [vs. 2.], *ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ*. Commissa sunt eis oracula Dei.

Quae brevi praeterito penultimant, *σ* addunt, ut *μύω μέμυκα ἐμύσθην*. Tolle *ἠκούσθην*. *εὑρέθην* ab *εὕρημαι*. Frequens est *ἐῤῥέθη*, id est, dictum est. Sic autem [67]) deducito *ῥῶ ῥήσω ἔῤῥηκα*. Scis enim ex superioribus, quomodo a *ρ* incipientia augeantur. *ἔῤῥημαι* praeteritum passivum. *ἐῤῥήθην* aoriston regulare, pro quo [68]) *ἐῤῥέθην* utimur.

Ἐτύπην unde?

Aoriston secundum est, ab activi [69]) forma, *ον* activi in passivi characterem *ην* mutato, *ἔτυπον ἐτύπην*.

Τυφθήσομαι unde?

Futurum primum passivum ab aoristo primo passivo formatur, cuius characterem, ut vides, tenet. Hoc itaque futurum post aoristos locavimus, quoniam ab illis derivatur. Activum futurum suos anteit aoristos, quoniam hi ex eo futuro fiunt. Vides hic aliter solere, ut *ἐτύφθην*, tolle augmentum, et *ν* in *σομαι* transfer, fit [70]) *τυφθήσομαι*. Sic [70]) *ἐλέχθην λεχθήσομαι*.

Τυπήσομαι unde?

Futurum secundum secundi aoristi charactere constat, ut *ἐλέγην* [71]) *λεγήσομαι*.

Τετύψομαι unde?

Paulo post futurum, quid significet, supra commonui. Fit autem [72]) a secunda persona paracειmeni passivi, *αι* in *ομαι* variata, ut *λέλεξαι λελέξομαι*.

Indicativi Passivorum *ΤΥΠΟΙ*, quibus omnia facile tempora et modos reliquos formabis.

	I.	II.	III. [73])
Praesens	*γράφομαι*	*πλέκομαι*	*πείθομαι*
Imperf. [74])	*ἐγραφόμην*	*ἐπλεκόμην*	*ἐπειθόμην*

64) *ν* abiicitur] in Editt. 1522—1541. desunt.
65) Ed. Ernesti habet *ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις*.
66) *ἐκλίνθη* pro *ἐκλίθη*] in Editt. 1522—1541. haec verbis Callimachi praecedunt.

67) autem] in Editt. 1522—1541. deest.
68) quo] sic Editt. 1512. sqq.; Editt. 1522—1541. eo
69) activi] sic Ed. 1538.; Editt. 1522., 1541., 1542. sqq. activo
70) fit . . . Sic] in Editt. 1522—1541. desunt.
71) ut *ἐλέγην*] in iisd. Editt. absunt.
72) Fit autem] in iisd. Editt. non leguntur.
73) I. II. III. IIII. V. VI.] hi numeri in Editt. 1522—1541. desunt.
74) Imperf. etc.] pro his lat. nominibus, quae Editt. 1522—1541. habent, in Editt. 1542. sqq. graeca temporum nomina h. l. et in seqq. exhibentur.

	I.	II.	III.
Perf.	γέγραμμαι	πέπλεγμαι	πέπεισμαι
Plusqmpf.	ἐγεγράμμην	ἐπεπλέγμην	ἐπεπείσμην
Aor. a.	ἐγράφθην	ἐπλέχθην	ἐπείσθην
Aor. b.	ἐγράφην	ἐπλάκην	ἐπίθην[75]
Fut. a.	γραφθήσομαι	πλεχθήσομαι	πεισθήσομαι
Fut. b.	γραφήσομαι	πλακήσομαι	πιθήσομαι[76]
Paulo p. f.	γεγράψομαι	πεπλέξομαι	πεπείσομαι.

	IIII.	IIII.[73]
Praesens	βασανίζομαι	ἀλλάττομαι
Imperf.	ἐβασανιζόμην	ἠλλαττόμην
Perf.	βεβασάνισμαι	ἤλλαγμαι
Plusqmpf.	ἐβεβασανίσμην	ἠλλάγμην
Aor. a.	ἐβασανίσθην	ἠλλάχθην
Aor. b.	ἐβασανίδην	ἠλλάγην
Fut. a.	βασανισθήσομαι	ἀλλαχθήσομαι
Fut. b.	βασανιδήσομαι	ἀλλαγήσομαι
Paulo p. f.	βεβασανίσομαι	ἠλλάξομαι.

	V.	VI.[73]
Praesens	φθείρομαι	χρίομαι
Imperf.	ἐφθειρόμην	ἐχριόμην
Perf.	ἔφθαρμαι	κέχρισμαι
Plusqmpf.	ἐφθάρμην	ἐκεχρίσμην
Aor. a.	ἐφθάρθην	ἐχρίσθην
Aor. b.	ἐφθάρην	
Fut. a.	φθαρθήσομαι	χρισθήσομαι
Fut. b.	φθαρήσομαι	
Paulo p. f.	ἐφθάρσομαι	κεχρίσομαι.

Rara sunt in puris verbis aorista et futura secunda[77]).

Τύπτου.

Imperativus est, *ου* in *εο* solvitur, ut *κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶν δὲ, γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε καὶ θυμοῦ*, id est, Imperare assuesce iis, ventri primum et somno, luxuique et irae. Philolai sunt in Pythagoricis institutis, et est *εἰθίζεο* pro *εἰθίζου*. Estque *ει* prima syllaba, ut hoc *παρέργως* admoneam, aucto tempore, cum pro verbi etymologia *ἐθίζομαι* dicatur. Quin et pro *τύπτου τύπτευ* Dorice, sed hoc supra [p. 76.] in *ὁμηρεῖσαι* Hesiodii examinis.

Τύφθητι.

Aoriston primum imperativi ab aoristo indicativi venit, *ἐτύφθη*, tolle augmentum, et adde *τι*, *τύφθητι*. Augmentum vero tolles, quod in hoc aoristo non sit praeteriti significatio, sed plane futuri. Matthaei 8. [vs. 2.], Domine si velis me mundare, sequitur [vs. 3.] *καθαρίσθητι* mundare, passivum imperativum est.

καθαρίζω	καθαρίζομαι	
	ἐκαθαρίσθην[77a])	Aor. a.
	καθαρίσθητι.	

Τύπηθι.

Aoriston secundum imperativi ab aoristo indicativo nascitur *ἐτύπη*, *τύπηθι*. Puer observa characterem *π* in hoc verbo, sic[78]) alium in aliis coniugationibus. Matthaei 5. [vs. 24.] *διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου*. Reconciliare fratri tuo. Sic deducito.

διαλλάττω, διαλλάττομαι	
διηλλάχθην	Aor. a. Ind.
διηλλάγην[79])	Aor. b. Ind. Hinc
διαλλάχθητι	Aor. a. Imperat.
διαλλάγηθι	Aor. b. Imperat.

Reliqua tempora modosque analogiae commendo, et facile tu cuiusque derivandi rationem tenebis, si character tibi[80]) curae sit. Unde enim *τέτυψο* nisi ab *ἐτέτυψο*? Unde *τυφθείην* nisi ab *ἐτύφθην*? Idem fac observes in aliis coniugationibus.

Participia Passiva

Duabus finiunt *ἐγκλίσεσιν*, *ος* et *εις*. *ος* flecte ut *λόγος*, varia *ος*, *η*, *ον*. Solum autem[81]) paracειmenon passivum augetur.

Part. Praes.	ὁ τυπτόμενος ἡ τυπτομένη τὸ τυπτόμενον	*πτ* praesentis[82]) character hoc praesentis participium indicat.
Part. Perf.	ὁ τετυμμένος ἡ τετυμμένη τὸ τετυμμένον	*μμ* praeteriti character[83]).
Aor. a.	ὁ τυφθείς τοῦ τυφθέντος ἡ τυφθεῖσα τῆς τυφθείσης τὸ τυφθέν τοῦ τυφθέντος	*φθ* aoristi character.

75) *ἐπίθην*] sic recte Editt. 1522—1541., 1545. sqq.; Ed. 1542. *ἐπείθην*.

76) *πιθήσομαι*] Ed. 1538. male: *πειθήσομαι*.

77) Rara — secunda] haec in Editt. 1522—1541. Aoristo b. *ἐφθάρην* adscripta sunt sic: Sunt enim rara puris (Ed. 1538. male: pueris) verbis aorist. et futura secunda.

77a) *ἐκαθαρίσθην*] h. l. et saepe etiam in seqq. Ed. 1538. pro *η* in terminationibus exhibet *ι*.

78) sic] in Ed. 1538. typ. err.: si

79) *διηλλάγην*] Ed. 1542. male: *διηλλάχην*

80) tibi] in Editt. 1522—1541. deest.

81) autem] in iisd. Editt. deest.

82) praesentis] Ed. 1538. typ. err.: praeteritis

83) *μμ* praeteriti character] in Ed. 1538. omissa sunt.

Aor. b.	ὁ τυπείς	τοῦ τυπέντος
	ἡ τυπεῖσα	τῆς τυπείσης
	τὸ τυπέν	τοῦ τυπέντος.
Fut. a.	ὁ τυφθησόμενος	φθήσομαι fut. primi
	ἡ τυφθησομένη	character.
	τὸ τυφθησόμενον.	
Fut. b.	ὁ τυπησόμενος	
	ἡ τυπησομένη	
	τὸ τυπησόμενον.	
Paulo p. f.	ὁ τετυψόμενος a τετύψομαι paulo post	
	ἡ τετυψομένη	futuro.
	τὸ τετυψόμενον.	

Medii verbi coniugatio.

Μέσων ὁριστικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτομαι	τύπτῃ	τύπτεται
D.	τυπτόμεθον	τύπτεσθον	τύπτεσθον
P.	τυπτόμεθα	τύπτεσθε	τύπτονται.

Παρατατικός.

S.	ἐτυπτόμην	ἐτύπτου	ἐτύπτετο
D.	ἐτυπτόμεθον	ἐτύπτεσθον	ἐτυπτέσθην
P.	ἐτυπτόμεθα	ἐτύπτεσθε	ἐτύπτοντο.

Παρακείμενος.

S.	τέτυπα	τέτυπας	τέτυπε
D.		τετύπατον	τετύπατον
P.	τετύπαμεν	τετύπατε	τετύπασι.

Ὑπερσυντελικός.

S.	ἐτετύπειν	ἐτετύπεις	ἐτετύπει
D.		ἐτετύπειτον	ἐτετυπείτην
P.	ἐτετύπειμεν	ἐτετύπειτε	ἐτετύπεισαν.

Ἀόριστος α΄.

S.	ἐτυψάμην	ἐτύψω	ἐτύψαιο
D.	ἐτυψάμεθον	ἐτύψασθον	ἐτυψάσθην
P.	ἐτυψάμεθα	ἐτύψασθε	ἐτύψαντο.

Ἀόριστος β΄.

S.	ἐτυπόμην	ἐτύπου	ἐτύπετο
D.	ἐτυπόμεθον	ἐτύπεσθον	ἐτυπέσθην
P.	ἐτυπόμεθα	ἐτύπεσθε	ἐτύποντο.

Μέλλων α΄.

S.	τύψομαι	τύψῃ	τύψεται
D.	τυψόμεθον	τύψεσθον	τύψεσθον
P.	τυψόμεθα	τύψεσθε	τύψονται.

Μέλλων β΄.

S.	τυποῦμαι	τυπῇ	τυπεῖται
D.	τυπούμεθον	τυπεῖσθον	τυπεῖσθον
P.	τυπούμεθα	τυπεῖσθε	τυποῦνται.

Μέσων προςτακτικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτου	τυπτέσθω
D.	τύπτεσθον	τυπτέσθων
P.	τύπτεσθε	τυπτέσθωσαν.

Παρακείμενος.

S.	τέτυπε	τετυπέτω
D.	τετύπετον	τετυπέτων
P.	τετύπετε	τετυπέτωσαν.

Ἀόριστος α΄.

S.	τύψαι	τυψάσθω
D.	τύψασθον	τυψάσθων
P.	τύψασθε	τυψάσθωσαν.

Ἀόριστος β΄.

S.	τυποῦ	τυπέσθω
D.	τύπεσθον	τυπέσθων
P.	τύπεσθε	τυπέσθωσαν.

Μέσων εὐκτικῶν ἐνεστώς.

S.	τυπτοίμην	τύπτοιο	τύπτοιτο
D.	τυπτοίμεθον	τύπτοισθον	τυπτοίσθην
P.	τυπτοίμεθα	τύπτοισθε	τύπτοιντο.

Παρακείμενος.

S.	τετύποιμι	τετύποις	τετύποι
D.		τετύποιτον	τετυποίτην
P.	τετύποιμεν	τετύποιτε	τετύποιεν.

Ἀόριστος α΄.

S.	τυψαίμην	τύψαιο	τύψαιτο
D.	τυψαίμεθον	τύψαισθον	τυψαίσθην
P.	τυψαίμεθα	τύψαισθε	τύψαιντο.

Ἀόριστος β΄.

S.	τυποίμην	τύποιο	τύποιτο
D.	τυποίμεθον	τύποισθον	τυποίσθην
P.	τυποίμεθα	τύποισθε	τύποιντο[84]).

Μέλλων α΄[85]).

S.	τυψοίμην	τύψοιο	τύψοιτο
D.	τυψοίμεθον	τύψοισθον	τυψοίσθην
P.	τυψοίμεθα	τύψοισθε	τύψοιντο.

Μέλλων β΄[85]).

S.	τυποίμην	τυποῖο	τυποῖτο
D.	τυποίμεθον	τυποῖσθον	τυποίσθην
P.	τυποίμεθα	τυποῖσθε	τυποῖντο.

Μέσων ὑποτακτικῶν ἐνεστώς.

S.	ἐὰν τύπτωμαι	τύπτῃ	τύπτηται
D.	τυπτώμεθον	τύπτησθον	τύπτησθον
P.	τυπτώμεθα	τύπτησθε	τύπτωνται.

Παρακείμενος.

S.	ἐὰν τετύπω	τετύπῃς	τετύπῃ
D.		τετύπητον	τετύπητον
P.	τετύπωμεν	τετύπητε	τετύπωσι.

---

84) *τύποισθε τύποιντο*] sic recte Editt. 1522., 1557.; Editt. 1538—1548. *τυποῖσθε τυποῖντο*

85) Hae formae Opt. Fut. 1. et 2. in Editt. 1522—1541. desunt.

Ἀόριστος α'.

S. ἐὰν τύψωμαι	τύψῃ	τύψηται
D. τυψώμεθον	τύψησθον	τύψησθον
P. τυψώμεθα	τύψησθε	τύψωνται.

Ἀόριστος β'.

S. ἐὰν τύπωμαι	τύπῃ	τύπηται
D. τυπώμεθον	τύπησθον	τύπησθον
P. τυπώμεθα	τύπησθε	τύπωνται.

Μέσων ἀπαρεμφάτων

Ἐνεστώς. τύπτεσθαι

Παρακείμενος. τετυπέναι

Ἀόριστος α'. τύψασθαι

Ἀόριστος β'. τυπέσθαι

Μέλλων α'. τύψεσθαι

Μέλλων β'. τυπεῖσθαι.

Fortasse puero difficile est internoscere hos infinitivos a passivis, characterem igitur[86]) sequatur indicativi, ut aoristus indicativi passivorum *ἐτύφθην* est, hinc[87]) passivum infinitivum *τυφθῆναι*, aoriston indicativum medium est *ἐτυψάμην*, hinc[87]) medium infinitivum[88]) *τύψασθαι.*

Indicativi Mediorum Verborum notio.

Supra te puer admonui, non esse eadem media verba, et deponentia seu communia. Deponentia analogiam passivorum sequuntur ubique prorsum, ut *μάχομαι*, praeterito *μεμάχεσμαι*, id quod esse passivae vocis agnoscis, deinde quae formandi ratio passivis est, eadem et deponentibus est, afficta, si lubet, voce activa, perinde ac e superioribus accepisti.

Media verba sic vocantur, quod et active et passive significent, et coniugando partim voce activa, partim passiva varientur. Plura ad hanc rem in constructionibus nobilis Grammaticus Apollonius. Observabis ergo praeterita voce activa efferri, aorista, futura et praesentia voce passiva. Omnia autem modorum omnium praesentia, item indicativi paratati con, mutuatur medium a passivis, *τύπτομαι ἐτυπτόμην.*

τέτυπα unde?

Paracειmenon medium, ab activi paracειmeni indicativo formatur, sola characteristica praeteriti mutata. Caeterum et augmentum et enclisis medii praeteriti cum activo convenit, ut *λέλεχα λέλογα*[88a]), *πέφρακα πέφραδα.*

Quae vero est medii praeteriti characteristica? Ea, quae futurum activum secundum format, id quod regulis supra duabus egi.

Prima.

Medii praeteriti character a praesenti indicativo activi sumitur. Ergo quae unam consonantem et non duplicem ante *ω* habent, eandem faciunt praeteritum medium, ut

ᾄδω ᾖδα

λείβω λέλοιβα

πείθω πέποιθα. Obiter admoneo, quibus verbis *ε* in futuri penultima est, id solere in *ο* transire in medio praeterito.

λέξω λέλογα

σπείρω σπερῶ ἔσπορα

πείσω[89]) πέποιθα

τρέψω τέτροπα

ἀνέθω ἀνέσω ἤνοθα. Unde sunt qui trahunt[90]) *ἐπενήνοθε* apud Homerum Il. Iliados [vs. 219.] in Thersite: *ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.* Rarus autem deflorui capillus, ut sit e tribus compositum verbum *ἐπὶ*, *ἐν* et *ἀνέθω.*

Viden' ita et *ει* diphthongon variari? Sic et[91]) *εἴδω οἶδα*, *εἴκω οἶκα*, unde est *ἔοικα* Atticum, nemini non frequens praeteritum[92]).

In hunc modum et *αι* in *η* transit, ut *φαίνω πέφηνα*, *μαίνω μέμηνα* etc.[93]).

Secunda.

Sin duae consonantes praecesserint *ω*, altera atque ea, quae coniugationi est genuina, manet, ut *τύπτω τέτυπα*[94]), *κόπτω κέκοπα*, *καλύπτω* autem *κεκάλυβα*, *β* pro *π* usurpat. Ita et pauculis aliis fit, quae thematis consonantem in *ἀντίστοιχον* suam mutant, ut *βλέπτω βέβλαβα*, *σκάπτω ἔσκαφα*, etc. manetque eadem haec litera etiam in aoristo et futuro secundo[95]).

---

86) igitur] in Editt. 1522—1541. deest.

87) hinc] sic utroque loco Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. fit

88) medium infinitivum] sic scripsi; Editt. 1518., 1538—1548. habent: passivum; Ed. 1522.: medium; Ed. 1557.: infinitivum.

88a) *λέλογα*] sic recte Editt. 1522., 1557.; Editt. 1518., 1538—1548. *λέλεγα*

89) *πείσω*] hoc Fut. Editt. 1541., 1542. sqq. exhibent: Editt. 1522., 1538. habent Praes. *πείθω*

90) Unde sunt qui trahunt] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Sunt qui inde trahunt

91) Sic et] in Editt. 1522—1541. desunt.

92) Viden' ita — praeteritum.] haec in Editt. 1522—1541. illis verbis: „Unde sunt qui — et *ἀνέθω.*" praecedunt.

93) *μαίνω* — etc.] ab Editt. 1522—1541. absunt.

94) ut *τύπτω τέτυπα*,] in Editt. 1522—1541. desunt; in Ed. 1538. post *κέκοπα* male additum est: *ἐτυψάμην*

95) quae thematis — secundo] in iisd. Editt. desunt.

Sin una duplex, *ζ* vel *σσ*, praecesserit *ω*, ea[96]), quae *ξ* futurum faciunt, *γ* habent pro medii praeteriti charactere, ut *κράξω κέκραγα.* Quae *σ* futurum habent, *δ* medio praeterito impartiuntur, ut *φράζω φράσω πέφραδα.* Nam *ζ* praesentis in *σδ* solvitur, ergo a praesenti *δ* petitur.

In verbis puris rara sunt praeterita media, ut et indefinita et futura secunda, sed tamen quae habent illa, in *α* purum faciunt, ut *ἀκούω, ἀκούομαι ἤκουα*; *δαίω, δαίομαι δέδηα*[97]).

ἐτυψάμην unde?[98])

Medium aoriston primum est ab *ἔτυψα*, addita[99]) *μην*, scilicet, ut inflexionem passivis similem habeat[100]). Sic *ἐτυπόμην* ab *ἔτυπον*, *τύψομαι* a *τύψω*. Nec enim multi laboris videre propiores activis esse mediorum quam passivorum characteres. Esto curae tibi[1]), quod cum circumflexa verba, quae ante *ῶ* consonantem non habent, secundis aoristis ac secundis futuris activorum careant, item praeterito medio carere[2]), caeterum aoristos medios primos tantum, et futura priora tantum media formare. Tale aoriston circumflexi verbi est apud Theocrit. in Idyllio IX.[3]). Versiculos, quoniam festivi sunt admodum, subiicio integros.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
ἴρηκες δ' ἴρηξιν, ἐμὶν δ' ἁ μῶσα καὶ ᾠδά.
Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος, οὔτε γὰρ ὕπνος,
οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις
ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν μῶσαι φίλαι· οὓς γὰρ ὁρῶσαι[4])
γαθεῦσιν, τὼς δ' οὔτι[4]) *ποτῷ δηλήσατο Κίρκα.*

Cicada cicadae chara, formicae formica,
Accipitres accipitribus, mihi vero Musa et cantio.
Qua mihi omnis sit plena domus; neque enim somnus
Neque ver subitum suavius, neque apibus
Flores, quam mihi Musae sunt charae; illae quos tuentur,
Ii gaudent, eos neque potione laeserit Circe.

Δηλήσατο aoriston medium est, abiecto augmento, id quod saepe fit, non in poematis tantum, sed in soluta quoque oratione. *ἐδηλησάμην ἐδηλήσω ἐδηλήσατο.* Hinc *δηλήσατο* offenderit, ut *ἄν* particulam interponas. Est enim sententia: Quibus benignae Musae sunt, qui amore studiorum tenentur, solis a Circae venenis, id est, a foeda lue voluptatum esse immunibus licere. Adnotet hic puer (*παρέργως* agam) variationes Doricas, *γηθοῦσιν* commune fuerat, *γαθεῦσιν* Doricum est, *τὼς* pro *τοὺς*, *μῶσαι* pro *μοῦσαι.*

ΤΥΠΟΙ Indicativorum Mediorum.

	I. Coniug.	II.	III.[5])
Praesens	*κόπτομαι*	*λέγομαι*	*πείθομαι*
Imperf.[6])	*ἐκοπτόμην*	*ἐλεγόμην*	*ἐπειθόμην*
Perf.	*κέκοπα*	*λέλογα*	*πέποιθα*
Plusqmpf.	*ἐκεκόπειν*	*ἐλελόγειν*	*ἐπεποίθειν*
Aor. a.	*ἐκοψάμην*	*ἐλεξάμην*	*ἐπεισάμην*
Aor. b.	*ἐκοπόμην*	*ἐλεγόμην*	*ἐπιθόμην*
Fut. a.	*κόψομαι*	*λέξομαι*	*πείσομαι*
Fut. b.	*κοποῦμαι*	*λεγοῦμαι*	*πιθοῦμαι.*

	IIII.	IIII.	V.[5])
Praesens	*κράζομαι*	*φράζομαι*	*στέλλομαι*
Imperf.	*ἐκραζόμην*	*ἐφραζόμην*	*ἐστελλόμην*
Perf.	*κέκραγα*	*πέφραδα*	*ἔστολα*
Plusqmpf.	*ἐκεκράγειν*	*ἐπεφράδειν*	*ἐστόλειν*
Aor. a.	*ἐκραξάμην*	*ἐφρασάμην*	*ἐστειλάμην*
Aor. b.	*ἐκραγόμην*	*ἐφραδόμην*	*ἐσταλόμην*
Fut. a.	*κράξομαι*	*φράσομαι*	*στελοῦμαι*
Fut. b.	*κραγοῦμαι*	*φραδοῦμαι.*	*σταλοῦμαι.*

	VI.[5])
Praesens	*ἀκούομαι*
Imperf.	*ἠκουόμην*
Perf.	*ἤκουα* Attice *ἀκήκοα*
Plusqmpf.	*ἠκούειν*
Aor. a.	*ἠκουσάμην*
Fut. a.	*ἀκούσομαι*

Reliqua tempora purorum verborum rara sunt.

Ex his indicativi formulis facile et aliorum modorum tempora formabis, ut a *λέλογα* fac Im-

96) praecesserit *ω*, ea.] in iisd. Editt. desunt.

97) In verbis — *δέδηα.*] ab iisd. Editt. absunt.

98) unde?] in iisd. Editt. non legitur.

99) addita] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. adde

100) habeat.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. facias.

1) curae tibi] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. tibi curae

2) carere] in Ed. 1538. excidit.

3) Idyll. IX. s. Θ.] sic recte Ed. 1557.; leguntur enim versus seqq. in Idyll. IX. vss. 31 — 36.; Editt. 1522 — 1548. male: Idyll. I.

4) *ὁρῶσαι γαθεῦσιν, τὼς δ' οὔτι*] sic Editt. omnes huius Gramm.; Theocr. ed. Kiessl. vs. 35 sq. habet: *ὁρεῦντι Γαθεῦσαι, τώςδ' οὔ τι*

5) I. Coniug. II. III. IIII. V. VI.] hae inscriptiones in Editt. 1522 — 1541. desunt.

6) Pro his lat. nominibus, quae Editt. 1522 — 1541. exhibent, in Editt. 1542. sqq. graeca leguntur.

perativo λέλογε. Optativo λελόγοιμι. Subiunctivo λελόγω. Infinitivo λελογέναι. Sic de similibus.

Participia Media.

Part. praes.	ὁ τυπτόμενος, νου ἡ τυπτομένη, νης τὸ τυπτόμενον, νου.
Praeteritum	τετυπώς, πότος τετυπυῖα, πυίας τετυπός, πότος.
Aor. a.	ὁ τυψάμενος ἡ τυψαμένη τὸ τυψάμενον.
Aor b.	ὁ τυπόμενος.
Fut. a.	τυψόμενος.
Fut. b.	τυπούμενος.

Formaturus ea non est ut anxie labores, vides χαρακτῆρα τύψομαι, fac ἔγκλιτον terminationem τυψόμενος. Sic de aliis [7]). Atque haec est simplicis encliseos ratio. Iam et circumflexa persequar, eaque paucis, quod in eandem superioris formulae regulam cogi posse videantur.

De circumflexis verbis.

E sexta coniugatione nascuntur circumflexa verba, quae sic vocamus, quod contracta syllaba, elisa vocali inflectatur, ποιέω ποιῶ.

Coniugationes tres sunt. Prima ex έω ῶ facit. Secunda ex άω ῶ facit. Tertia ex όω ῶ facit. Subeunt enclises superiorum paucis variatis. Nam sola praesentia et paratatica contrahi possunt, de praeteritis, aoristis, futuris prorsum positas regulas sequere. Praesentia et paratatica variantur sic [8]):

In prima coniugatione.

εω	εει	εο	εε	εου	εοι	εη
ῶ	ει	ου	ει	ου	οι	η.

Exemplum.

ποιέω	ποιῶ	ποιέεις	ποιεῖς
ἐλεέω	ἐλεῶ	ἐλεέεις	ἐλεεῖς.

In secunda coniugatione.

αω	αει	αε	αο	αου	αοι	αη
ῶ	ᾳ	α	ω	ω	ῳ	η.

Exemplum.

βοάω	βοῶ	βοάεις	βοᾷς
ὁράω	ὁρῶ	ὁράεις	ὁρᾷς.

In tertia coniugatione.

οω	οει	οε	οο	οου	οη	οοι
ῶ	οι	ου	ου	ου	οι	οι.

Exemplum.

χρυσόω	χρυσῶ	χρυσόεις	χρυσοῖς
ἀργυρόω	ἀργυρῶ	ἀργυρόεις	ἀργυροῖς.

Iam qui volet integras declinandi formulas, Guarini [9]) Erotemata requirat. Mihi satius visum est adsuefacere in omni coniugatione puerum ad unum παράδειγμα τοῦ τύπτω, videlicet quando et futura, et praeterita, et aorista ἀπαθῆ sunt, et prorsum in regulas formandi τὸ τύπτω cadunt. Nisi quod et illud hoc loco monendum, ea, quae ε vel α ante ω habent, solere eandem vocalem in praeteritis et futuris in η mutare, ut ποιέω ποιῶ ποιήσω πεποίηκα. βοάω βοῶ βοήσω βεβόηκα, rursus quae in όω desinunt, ο in ω convertere, ut χρυσόω χρυσῶ χρυσώσω κεχρύσωκα etc. Exceptis paucis quibusdam, ut τελέω, ῶ, τελέσω. καλέω, ῶ, καλέσω. γελάω, ῶ, γελάσω. ὀμόω, ῶ, ὀμόσω etc. quae usus docebit.

Iam neque hoc praetereundum, verba circumflexa propria ac regularia praeterita Optativi et Coniunctivi habere. Optativi hoc modo:

S.	πεποιήμην	πεποιῇο	πεποιῆτο
D.	πεποιήμεθον	πεποιῆσθον	πεποιήσθην
P.	πεποιήμεθα	πεποιῆσθε	πεποιῆντο.

Coniunctive autem sic:

S.	ἐὰν πεποιῶμαι	πεποιῇ	πεποιῆται
D.	ἐὰν πεποιώμεθον	πεποιῆσθον	πεποιῆσθον
P.	ἐὰν πεποιώμεθα	πεποιῆσθε	πεποιῶνται.

Sic caetera quoque [10]).

De verbis in μι.

E [11]) sexta coniugatione pura videlicet μι terminatio nascitur. Coniugationes in μι quatuor sunt.

Prima a prima circumflexorum fit, έω, ῶ in η mutato, et μι addito, ut τιθέω τιθῶ τίθημι.

7) Participia Media — Sic de aliis.] haec in Editt. 1522—1541. non h. l. leguntur, sed illis, quae inscripta sunt: „Indicativi Mediorum Verborum notio." (vide p. 113.) proxime praecedunt.

8) sic] Ed. 1538. sicut

9) Guarini] sic omnes Editt. excepta Ed. 1538., quae habet: Guariani

10) Nisi quod et illud — caetera quoque] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

11) E] sic Editt. 1541., 1542. sqq.; Editt. 1522., 1538. A

Secunda, a secunda circumflexorum *άω*, *ᾶ* in *η* mutato, et *μι* addito, *ἱστάω ἱστῶ ἵστημι*.

Tertia, a tertia circumflexorum *όω*, *ῶ* in *ω* mutato, et *μι* adiecto, ut *διδόω διδῶ δίδωμι*.

Quarta, a pura barytonorum [12]) *ύω*, *ω* in *μι* mutato, ut *ζευγνύω ζεύγνυμι*.

Quae verba paulo aliter quam *ω* desinentia flectuntur, quamquam magna parte iisdem characteristicis, ut *τύπτω τύπτεις*, *δίδωμι δίδως*, *ἀκούω ἤκουκα*, *δίδωμι δέδωκα*. Id volo diligens puer animadvertat, ut, quam res patitur, in unum *τὸ τύπτω παράδειγμα* referat aptissime verborum variationes.

Deinde suum cuique in *μι* coniugationi *παράδειγμα* datur. Mihi sat videtur uno egisse, ne pueri paradigmatum turba sese obrui horreant. Iam et unius enclisis omnibus serviet, solo charactere distinctivo coniugationis mutato, ut infra dicam.

Coniuga.

Ὁριστικῶν ἐνεργητικῶν ἐνεστώς.

S. *δίδωμι*	*δίδως*	*δίδωσι*
D.	*δίδοτον*	*δίδοτον*
P. *δίδομεν*	*δίδοτε*	*δίδουσι.*

Sic *τίθημι τίθης τίθησι*, solo *ω* variato, quod formativa tertiae coniugationis est, ut *η* ex *ε* primae, *η* ex *α* secundae.

Παρατατικός.

S. *ἐδίδων*	*ἐδίδως*	*ἐδίδω*
D.	*ἐδίδοτον*	*ἐδιδότην*
P. *ἐδίδομεν*	*ἐδίδοτε*	*ἐδίδωσαν.*

Παρακείμενος.

S. *δέδωκα*	*δέδωκας*	*δέδωκε*
D.	*δεδώκατον*	*δεδώκατον*
P. *δεδώκαμεν*	*δεδώκατε*	*δεδώκασι.*

Vides *κ* praeteriti characterem e sexta coniugatione barytona [13]) regularem. Item vocalem longam, quam caetera quoque servant, praeter *ἵστημι*, quod *ἕστακα* facit differentiae causa, et *τίθημι*, quod *τέθεικα*, Boeotica dialecto [14]).

12) barytonorum] sic scripsi; omnes Editt. habent: varytonorum

13) barytona] sic Editt. 1522., 1538.; Editt. 1541., 1542. varytona

14) Item vocalem — dialecto.] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

Ὑπερσυντελικός.

S. *ἐδεδώκειν*	*ἐδεδώκεις*	*ἐδεδώκει*
D.	*ἐδεδώκειτον*	*ἐδεδωκείτην*
P. *ἐδεδώκειμεν*	*ἐδεδώκειτε*	*ἐδεδώκεισαν.*

Ἀόριστος α΄.

S. *ἔδωκα*	*ἔδωκας*	*ἔδωκε*
D.	*ἐδώκατον*	*ἐδωκάτην*
P. *ἐδώκαμεν*	*ἐδώκατε*	*ἔδωκαν.*

Aoristus hic characterem praeteriti recipit, non, ut supra solebant verba, futuri. Sic et *ἔθηκα* a *τίθημι* [15]). Hesiodus [Opp. et D. 289 sq. ed. Goettl.] *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι*. Et *ἧκα* ab *ἵημι*. Item *εἶπα* et *ἤνεγκα* ex gravitonis. Haec enim quinque a grammaticis notantur. Caetera ut *ἔστησα*, *ἔζευξα*, a futuro pro communi regula formantur [16]).

Ἀόριστος β΄.

S. *ἔδων*	*ἔδως*	*ἔδω*
D.	*ἔδοτον*	*ἐδότην*
P. *ἔδομεν*	*ἔδοτε*	*ἔδοσαν.*

Sic et *ἔθεμεν*, *ετε*, *εσαν*. Caetera vocalem longam in plurali retinent, ut *ἔστημεν*, *ητε*, *ησαν*. *ἔγνωμεν*, *ωτε*, *ωσαν* [17]).

Μέλλων.

S. *δώσω*	*δώσεις*	*δώσει*
D.	*δώσετον*	*δώσετον*
P. *δώσομεν*	*δώσετε*	*δώσουσι.*

Προστακτικῶν ἐνεστώς.

S. *δίδοθι*	*διδότω* [18])
D. *δίδοτον*	*διδότων*
P. *δίδοτε*	*διδότωσαν.*

Παρακείμενος.

S. *δέδωκε*	*δεδωκέτω*
D. *δεδώκετον*	*δεδωκέτων*
P. *δεδώκετε*	*δεδωκέτωσαν.*

Ἀόριστος α΄.

S. *δῶκον*	*δωκάτω*
D. *δώκατον*	*δωκάτων*
P. *δώκατε*	*δωκάτωσαν.*

15) a *τίθημι*] in Editt. 1522—1541. desunt.

16) Et *ἧκα* — formantur.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: Sed *ἔστησα* ab *ἵστημι* a futuro pro communi regula fit, *ἔζευξα* item variat.

17) Sic et *ἔθεμεν* — *ωσαν*.] haec ab Editt. 1522—1541. absunt.

18) In Editt. 1522—1541. his apposita sunt haecce: Sic *γνῶθι* a *γνῶμι*, sed (Ed. 1538. err. typ.: sex) extensa syllaba.

Ἀόριστος β'.

S.	δόϑι ἢ δός	δότω
D.	δότον	δότων
P.	δότε	δότωσαν.

Sic ϑές et ἕς quoque. Caetera vocalem longam retinent, στῆϑι, γνῶϑι [19]).

Τῶν εὐκτικῶν ἐνεστώς.

S.	διδοίην	διδοίης	διδοίη
D.		διδοίητον	διδοιήτην
P.	διδοίημεν	διδοίητε	διδοίησαν καὶ διδοῖεν Attice [20]).

Παρακείμενος.

S.	δεδώκοιμι	δεδώκοις	δεδώκοι
D.		δεδώκοιτον	δεδωκοίτην
P.	δεδώκοιμεν	δεδώκοιτε	δεδώκοιεν.

Ἀόριστος α'.

S.	δώκαιμι	δώκαις	δώκαι
D.		δώκαιτον	δωκαίτην
P.	δώκαιμεν	δώκαιτε	δώκαιεν.

Ἀόριστος β'.

S.	δοίην	δοίης	δοίη
D.		δοίητον	δοιήτην
P.	δοίημεν	δοίητε	δοίησαν καὶ δοῖεν

Attice [21]). Haec propria diphthongus οι haud raro in impropriam transit, ut δῴην.

Μέλλων.

S.	δώσοιμι	δώσοις	δώσοι
D.		δώσοιτον	δωσοίτην
P.	δώσοιμεν	δώσοιτε	δώσοιεν.

Ὑποτακτικῶν ἐνεστώς.

S.	ἐὰν διδῶ	διδῷς	διδῷ
D.		διδῶτον	διδῶτον
P.	διδῶμεν	διδῶτε	διδῶσι.

Παρακείμενος.

S.	ἐὰν δεδώκω	δεδώκῃς	δεδώκῃ
D.		δεδώκητον	δεδώκητον
P.	δεδώκωμεν	δεδώκητε	δεδώκωσι.

Ἀόριστος α'.

S.	ἐὰν δώκω	δώκῃς	δώκῃ
D.		δώκητον	δώκητον
P.	δώκωμεν	δώκητε	δώκωσι.

Ἀόριστος β'.

S.	ἐὰν δῶ	δῷς	δῷ
D.		δῶτον	δῶτον
P.	δῶμεν	δῶτε	δῶσι.

19) Sic ϑές — tantum.] in Editt. 1522 — 1541. desunt. Ed. 1542. post: „γνῶϑι," addit: ἢ tantum. (haec in Camerarii Editt. recte omissa sunt.)

20) Attice.] in Editt. 1522 — 1541. deest.

21) δοίησαν — Attice.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. δοῖεν καὶ δοίησαν.

Quo tempore usus Hesiodus in vulgato versiculo [Opp. et D. 354. ed. Goettl.], ut eum obiter explicem, *καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.* Et da ei qui dederit, et ne da ei qui non dederit. *Δόμεν* infinitivum aoriston secundum est, Ionice ex *δοῦναι* factum *δόμεναι*, *αι* autem recisa fit *δόμεν*. Estque usus infinitivi pro imperativo familiaris Graeciae.

Ἀπαρεμφάτων

Ἐνεστώς. δίδοναι

Παρακείμενος. δεδωκέναι

Ἀόριστος α'. δῶκαι

Ἀόριστος β'. δοῦναι cum diphth. ut ϑεῖναι, quo fiat penult. longa. Nam caetera vocalem indicativi servant, ut στῆναι, γνῶναι, etc. [22]).

Μέλλων. δώσειν.

Participia Activa.

Praesens.	ὁ διδούς	τοῦ διδόντος
	ἡ διδοῦσα	τῆς διδούσης
	τὸ διδόν	τοῦ διδόντος.
Praeterit.	ὁ δεδωκώς	τοῦ δεδωκότος
	ἡ δεδωκυῖα	τῆς δεδωκυίας
	τὸ δεδωκός	τοῦ δεδωκότος
Aorist.	ὁ δούς	τοῦ δόντος
	ἡ δοῦσα	τῆς δούσης
	τὸ δόν	τοῦ δόντος.
Fut.	ὁ δώσων	τοῦ δώσοντος
	ἡ δώσουσα	τῆς δωσούσης
	τὸ δῶσον [23]).	τοῦ δώσοντος.

Activam verborum in μι formulam passiva sequitur. Ad unum autem *δίδομαι* adsuescas, et reliqua coniugare, ita ut [24]) habeas rationem sui cuiusque characteris, ut *δίδομαι δίδοσαι* [25]). Sic *τίϑεμαι τίϑεσαι.* Nam ut ω activi *δίδωμι* [25]) in ο passivi *δίδομαι* vertitur: ita η activi *τίϑημι* in ε passivi *τίϑεμαι*, η activi *ἵστημι* in α passivi *ἵσταμαι*, sic deinceps.

Ὁριστικῶν παϑητικῶν ἐνεστώς.

S.	δίδομαι	δίδοσαι	δίδοται
D.	διδόμεϑον	δίδοσϑον	δίδοσϑον
P.	διδόμεϑα	δίδοσϑε	δίδονται.

22) cum diphth. etc.] in Editt. 1522 — 1541. desunt.

23) δῶσον] sic Editt. 1522 — 1541. et Camerarii Editt.; Ed. 1542. δώσον

24) Ad unum autem δ. adsuescas et reliqua coniugare, ita ut] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. Ad unum δ. adsuescas, reliqua secundum hoc verbum ita coniugaturus, ut.

25) δίδοσαι. . . . δίδωμι] Ed. 1538. typ. err.: δίδομι. . . . δίδομαι

Παρατατικός.

S. ἐδιδόμην	ἐδίδοσο, ἐδίδου	ἐδίδοτο
D. ἐδιδόμεθον	ἐδίδοσθον	ἐδιδόσθην
P. ἐδιδόμεθα	ἐδίδοσθε	ἐδίδοντο.

Παρακείμενος.

S. δέδομαι	δέδοσαι	δέδοται
D. δεδόμεθον	δέδοσθον	δέδοσθον
P. δεδόμεθα	δέδοσθε	δέδονται καὶ δεδόαται.

Sic caetera, brevi penultima praeter τέθειμαι, quod diphthongum activi servat[26]).

Ὑπερσυντελικός.

S. ἐδεδόμην	ἐδέδοσο	ἐδέδοτο
D. ἐδεδόμεθον	ἐδέδοσθον	ἐδεδόσθην
P. ἐδεδόμεθα	ἐδέδοσθε	ἐδέδοντο καὶ ἐδεδόατο.

Ἀόριστος α΄.

S. ἐδόθην	ἐδόθης	ἐδόθη. Sic ἐτέθην
D.	ἐδόθητον	ἐδοθήτην
P. ἐδόθημεν	ἐδόθητε	ἐδόθησαν.

Secundum aoristum passiva non habent[27]).

Μέλλων.

S. δοθήσομαι	δοθήσῃ	δοθήσεται
D. δοθησόμεθον	δοθήσεσθον	δοθήσεσθον
P. δοθησόμεθα	δοθήσεσθε	δοθήσονται.

Μετ' ὀλίγον μέλλων.

S. δεδόσομαι	δεδόσῃ	δεδόσεται
D. δεδοσόμεθον	δεδόσεσθον	δεδόσεσθον
P. δεδοσόμεθα	δεδόσεσθε	δεδόσονται.

Προστακτικῶν παθητικῶν ἐνεστώς.

S. δίδοσο καὶ δίδου διδόσθω. Sic τίθεσο.
D. δίδοσθον διδόσθων
P. δίδοσθε διδόσθωσαν.

Παρακείμενος.

S. δέδοσο	δεδόσθω	Nota τέθεισο per ει ut supra[28]).
D. δέδοσθον	δεδόσθων	
P. δέδοσθε	δεδόσθωσαν.	

Ἀόριστος α΄.

S. δόθητι	δοθήτω
D. δόθητον	δοθήτων
P. δόθητε	δοθήτωσαν.

26) Sic caetera — servat] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

27) Secundum — habent] haec in iisd. Editt. desunt.

28) Nota — supra.] haec h. l. apposita ab iisd. Editt. absunt.

Τῶν εὐκτικῶν παθητικῶν ἐνεστώς.

S. διδοίμην	διδοῖο	διδοῖτο
D. διδοίμεθον	διδοῖσθον	διδοίσθην
P. διδοίμεθα	διδοῖσθε	διδοῖντο.

Invenias tamen et ἵσταιο, δύναιο, κρέμαιο, antepenultima acuta, sed hoc in secundo solum ordine[29]).

Παρακείμενος.

S. δεδοίμην	δεδοῖο	δεδοῖτο
D. δεδοίμεθον	δεδοῖσθον	δεδοίσθην
P. δεδοίμεθα	δεδοῖσθε	δεδοῖντο.

Ἀόριστος α΄.

S. δοθείην	δοθείης	δοθείη
D.	δοθείητον	δοθειήτην
P. δοθείημεν	δοθείητε	δοθείησαν καὶ δοθεῖεν.

Μέλλων.

S. δοθησοίμην	δοθήσοιο	δοθήσοιτο
D. δοθησοίμεθον	δοθήσοισθον	δοθησοίσθην
P. δοθησοίμεθα	δοθήσοισθε	δοθήσοιντο.

Μετ' ὀλίγον μέλλων.

S. δεδοσοίμην	δεδόσοιο	δεδόσοιτο
D. δεδοσοίμεθον	δεδόσοισθον	δεδοσοίσθην
P. δεδοσοίμεθα	δεδόσοισθε	δεδόσοιντο.

Ὑποτακτικῶν παθητικῶν ἐνεστώς.

S. ἐὰν διδῶμαι	διδῷ	διδῶται
D. διδώμεθον	διδῶσθον	διδῶσθον
P. διδώμεθα	διδῶσθε	διδῶνται.

Sic τιθῶμαι τιθῇ.

Παρακείμενος.

S. ἐὰν δεδῶμαι	δεδῷ	δεδῶται
D. δεδώμεθον	δεδῶσθον	δεδῶσθον
P. δεδώμεθα	δεδῶσθε	δεδῶνται.

Ἀόριστος α΄.

S. ἐὰν δοθῶ	δοθῇς	δοθῇ
D.	δοθῆτον	δοθῆτον
P. δοθῶμεν	δοθῆτε	δοθῶσι.

Ἀπαρεμφάτων παθητικῶν

Ἐνεστώς. δίδοσθαι *Παρακείμενος.* δεδόσθαι
Ἀόριστος. δοθῆναι *Μέλλων.* δοθήσεσθαι.
Μετ' ὀλίγον μέλλων. δεδόσεσθαι.

Participia Passiva.

Praesens. { ὁ διδόμενος, νου
ἡ διδομένη, νης
τὸ διδόμενον, νου.

29) Invenias — ordine.] haec in iisd. Editt. desunt.

Praeter. { ὁ δεδομένος, νου / ἡ δεδομένη, νης / τὸ δεδομένον, νου.

Aorist. { ὁ δοθείς, θέντος / ἡ δοθεῖσα, σης / τὸ δοθέν, θέντος.

Futur. { ὁ δοθησόμενος, νου / ἡ δοθησομένη, νης / τὸ δοθησόμενον, νου.

Paul. post fut. { ὁ δεδοσόμενος, νου / ἡ δεδοσομένη, νης / τὸ δεδοσόμενον, νου.

Superest medii verbi formula eorum, quae μι desinunt. Huius item praesentia et paratatica adsciscimus e passiva coniugatione.

Mediorum indicativorum Ἐνεστώς.

S. δίδομαι δίδοσαι δίδοται, perinde ut supra.

Παρακείμενος.

S. ἐδιδόμην, ut supra: cum praesentis tum paratatici formulam e passivis pete [30]). Deinde quia purorum verborum media praeterita pauca formantur, ut supra in mediis diximus, eadem [31]) et his verbis in μι desunt.

Ἀόριστος α'.

S. ἐδωκάμην ἐδώκω ἐδώκατο.

ut ἐτυψάμην, sed hic ἄχρηστος est, ut et in caeteris modis [32]).

Ἀόριστος β'.

S. ἐδόμην [33])	ἔδοσο καὶ ἔδου	ἔδοτο. Sic ἐθέμην
D. ἐδόμεθον	ἔδοσθον	ἐδόσθην
P. ἐδόμεθα	ἔδοσθε	ἔδοντο.

Μέλλων.

S. δώσομαι	δώσῃ	δώσεται
D. δωσόμεθον	δώσεσθον	δώσεσθον
P. δωσόμεθα	δώσεσθε	δώσονται.

Προστακτικῶν μέσων ἐνεστώς.

S. δίδοσο καὶ δίδου διδόσθω, ut in passivis.

Ἀόριστος.

S. δόσο καὶ δοῦ	δόσθω	Sic θέσο θοῦ.
D. δόσθον	δόσθων	
P. δόσθε	δόσθωσαν	

Εὐκτικῶν μέσων ἐνεστώς.

S. διδοίμην ut in passivis.

Ἀόριστος.

S. δοίμην	δοῖο	δοῖτο Sic θείμην
D. δοίμεθον	δοῖσθον	δοίσθην
P. δοίμεθα	δοῖσθε	δοῖντο.

Μέλλων.

S. δωσοίμην	δώσοιο	δώσοιτο Sic θησοίμην
D. δωσοίμεθον	δώσοισθον	δωσοίσθην
P. δωσοίμεθα	δώσοισθε	δώσοιντο.

Ὑποτακτικῶν μέσων ἐνεστώς.

S. ἐὰν διδῶμαι ut in passivis.

Ἀόριστος.

S. ἐὰν δῶμαι	δῷ	δῶται Sic θῶμαι θῇ
D. δώμεθον	δῶσθον	δῶσθον
P. δώμεθα	δῶσθε	δῶνται.

Ἀπαρεμφάτων μέσων

Ἐνεστώς. δίδοσθαι

Ἀόριστος. δόσθαι

Μέλλων. δώσεσθαι.

Participia media.

Praesens ὁ διδόμενος

Aoriston ὁ δόμενος

Futurum ὁ δωσόμενος.

Atque haec est formula regularis et analogica coniugationis μι. Puero exempla experiundi causa obiiciantur, ut [Hom. Od. I, 320 sq.] τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ θῆκε μένος καὶ θάρσος, id est, Telemacho in animo Pallas posuit ardorem ac audaciam. Dic θῆκε unde? a τίθημι, aoriston ἔθηκα ἔθηκας ἔθηκε. Poeta augmentum sustulit; sic δῶκεν et pleraque alia. In Horariis Graeculis, quid enim non et ista proferam? quippe ludicra puerorum, in hymno: Quem terra, legitur: γαστρὸς εἰςέδυ κυβωτόν. Ventris subiit arculam. Dic εἰςέδυ unde? Compositum est ab εἰς et δύω. Hinc δῦμι, sicut a ζευγνύω ζεύγνυμι. Coniuga ut δίδωμι, sed suo charactere, scilicet υ. Est εἰςέδυ aoriston secundum indicativi activi, εἰς praepositio, ε augmentum sequens praepositionem. Nam verbum, non praepositionem augeri oportet, ut supra. Δυ verbi radix, ut δω, ἔδων ἔδως ἔδω. Sic εἰςέδυν εἰςέδυς εἰςέδυ.

Sunt autem et [34]) anomalae verborum μι coniugationes, eorum scilicet, quae ab ἵημι et

30) Παρακείμ. — pete.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. pete cum praesentis tum paratatici formulam e passivis. ἐδιδόμην ut supra.

31) eadem] in Editt. 1522—1541. deest.

32) Ἀόρ. α'. — modis.] haec ab iisd. Editt. absunt.

33) ἐδόμην] Ed. 1541. male: ἐὰν ἐδόμην

34) autem et] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. aliae (In Camerarii Editt. inter „εἰςέδυ" et „Sunt autem et" insertum est additamentum, quod fere duas pagg. explet.)

εἶμι[35]) sunt. Res est multi negotii, et ego in libro constructionum aliquid eius attingam.

Praesens *ἵημι ἵης ἵησι*, id est, Mitto seu iaculor, sicut *τίθημι*. Hinc et *ἀφίημι*, unde *ἄφες*.

Paratat. *ἵην ἵης ἵη*.

Parac. *εἶκα* etc.

Aoriston *ἧκα*. Sic saepe leges *ἀφῖκα* dimisi, ab *ἀπὸ* et *ἧκα*, o elisa, et π in φ versa ob sequentem adspirationem. Attici etiam ε praeponunt, hinc *ξυνέηκα*.

Aoriston b.	*ἧν*	*ἧς*	*ἧ*
		ἕτον	*ἕτην*
	ἕμεν	*ἕτε*	*ἕσαν*.

Odyss. δ. [vs. 681.] *τίπτε δέ σε πρόεσαν μνηστῆρες*.

Futurum *ἥσω ἥσεις ἥσει* etc.

Προστακτ. ἀόριστ. β'. *ἕς ἕτω*, ut *θές θέτω*.

Εἶμι, Eo.

Praes.	*εἶμι*	*εἶς* et *εἶ*	*εἶσι*	ut apud Theo-
		ἴτον	*ἴτον*[36])	critum[37]) *εἰ μὴ*
	ἴμεν	*ἴτε*	*ἴσι*	*ἄπει τουτῶθεν*.
			et Ionice	
			ἴασι[38]).	

Praesens *εἶμι*, eo.

Praeteritum perfectum[39]) *εἶα*, et apud Homerum *ἤϊα*.

Plusquamperfectum[39]) *ἤκειν* et *ἤειν*.

Aoriston a. *εἶσα*, hinc *εἶσαν* tertia persona pluralis, et poetice *ἤϊσαν*[40]).

Aoriston b. *ἴον ἴες* etc.

Futurum[39]) *εἴσω*.

Imperativo *ἴθι*, i,[41]) hinc *ἄπιθι*, abi, ut *ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι*, Aut bibe aut abi, *πίθι* ex *πίε* factum est schematicῶς. Sic *ἴθι* ex *ἴε*, et *ἄπιθι* compositum est ex *ἀπὸ* et *ἴθι*, *πίθι* simplex est[42]).

Aoriston b. *ἴε*, et per metathesin *εἶ*. Hinc *ἔξει* apud Aristophan. *ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών*, pro *ἔξελθε*.

Optativo *εἴην εἴης εἴη*, ut *ἀλλὰ καὶ εἴη εἰπεῖν Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν*, hoc est, Eat, ut dicat Agamemnoni etc.

Infinitivo *ἴναι*, a quo *ἴμεναι* Ionicum, et *ἴμεν* per apocopen. Item *εἶναι* per diphthongum, quod ab *ἱέναι* ab *ἵημι* descendit, per metathesin factum volunt; hinc *ἀπεῖναι*, *παρεῖναι* etc.[43]).

Εἰμί substantivum.

Ὁριστικοῦ ἐνεστώς[44]).

S. *εἰμί*	*εἶ καὶ εἶς*	*ἐστί*
D.	*ἐστόν*	*ἐστόν*
P. *ἐσμέν*	*ἐστέ*	*εἰσί*, *ἐντί* Doric.

Theocritus in Odoeporica [Idyll. V, 109.] *Μὴ μεῦ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος, ἐντὶ γὰρ ἆβαι*, id est, Ne laedite vites meas, sunt enim tenerae. *μὴ λωβάσησθε* pro *λωβήσησθε* coniunctivum aoriston medium. *ἀμπέλος* systole pro *ἀμπέλως* Dorico accusativo, ab *ἀμπέλους*, *ἐντί* pro *εἰσί*.

Παρατατικὸς καὶ Παρακείμενος.

S. *ἦν*	*ἦς*	*ἦ* et Attice *ἔην* *ἔης* etc.
D.	*ἦτον*	*ἤτην*
P. *ἦμεν*	*ἦτε*	*ἦσαν*.

Μέλλων.

S. *ἔσομαι* *ἔσῃ* et	*ἔσεαι* et *ἔσσεαι*	*ἔσεται καὶ ἔσται*
D. *ἐσόμεθον*	*ἔσεσθον*	*ἔσεσθον*
P. *ἐσόμεθα*	*ἔσεσθε*	*ἔσονται*.

Προστακτικοῦ ἐνεστώς[45]).

S.	*ἴσθι*[46]) *ἔσο*	*ἔστω*
D.	*ἔστον*	*ἔστων*
P.	*ἔστε*	*ἔστωσαν*.

Εὐκτικοῦ ἐνεστώς[45]).

S. *εἴην*	*εἴης*	*εἴη*
D.	*εἴητον*	*εἰήτην*
P. *εἴημεν*	*εἴητε*	*εἴησαν*.

35) *εἶμι*] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. *ἵημι*

36) *ἴτον*] sic hoc alterum scripsi; Editt. 1542—1557. male: *ἴτην*

37) Theocr. Idyll. IV, 48.

38) Attici autem ε praeponunt — et Ionice *ἴασι*.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

39) Pro his tribus latinis nominibus temporum, quae Editt. 1522—1541. habent, in Editt. 1542. sqq. leguntur graeca: *παρακ.*, *ὑπερσυν.*, *μέλλων*.

40) hinc *εἶσαν* — *ἤϊσαν*] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

41) i,] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: id est, *εἶ*.

42) *ἴθι*, *πίθι* simplex est] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. *ἴθι* ab *εἶ* et *πίθι* bibe simplex est.

43) Aoriston b. *ἴε* — *παρεῖναι* etc.] in Editt. 1522—1541. desunt.

44) *Εἰμί* — *ἐνεστώς*.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. De Verbo Substantivo *εἰμί*. Indicativi Praesens.

45) Horum 4 graecorum nominum loco Editt. 1522—1541. habent latina: Imperativum Praesens. — Optativum Praesens. — Coniunctivum Praesens. — Infinitivum.

46) *ἴσθι*] sic recte Editt. 1522., 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. *ἔσθι*

Μέλλων.

S. ἐσοίμην	ἔσοιο	ἔσοιτο
D. ἐσοίμεθον	ἔσοισθον	ἐσοίσθην
P. ἐσοίμεθα	ἔσοισθε	ἔσοιντο.

Ὑποτακτικοῦ ἐνεστώς.

S. ἐὰν ὦ	ἦς	ἦ
D. —	ἦτον	ἦτον
P. ὦμεν	ἦτε	ὦσι.

Ἀπαρέμφατον.

Praesens εἶναι, id quod dialectis variatur. Dores ἔμεναι et ἔμμεναι faciunt, ut supra e τύπτειν τυπτέμεναι et Iones ex ἔμεναι ἔμεν, ut apud Homerum Iliados ι. [47]) φὰς ἔμεν ἀπτόλεμον καὶ ἀνάλκιδα, et verso ε in η, ἦμεν. Theocritus [Idyll. II, 41.], ἀπάρθενον ἦμεν.

Futurum ἔσεσθαι.

Participia.

Praesens	ὁ ὤν	τοῦ ὄντος
	ἡ οὖσα	τῆς οὔσης
	τὸ ὄν	τοῦ ὄντος.
Fut.	ὁ ἐσόμενος	νου
	ἡ ἐσομένη	νης
	τὸ ἐσόμενον	νου.

Φημί, Dico. Praesens [48]).

S. φημί	φής, unde φάς,	φησί
D.	φατόν	φατόν
P. φαμέν	φατέ	φασί.

Futurum φήσω etc.
Aoriston a. ἔφησα.
Aoriston b. ἔφην, et aphaeresi φῆν etc.
Infinitivum φάναι.

Congeriem verborum anomalorum et impersonalium libro Constructionum adiiciam, ideo haec satis duco paucis hoc attigisse loco. Participia inter verba reposuimus. Supersunt e verbis nomina verbalia.

De nomine verbali.

Verbale nomen est quod a verbi modo statim deflectitur. A praeteritis autem verbalium formae cadunt medio et passivo. Sed formando augmenta concidito.

A medio sunt substantiva, ut a τύπτω τέτυπα, fit τύπος dempto augmento [49]), et facta nominis terminatione, λέγω λέλογα λόγος, στέλλω ἔστολα orno, στολή stola vestis. Item στέλλω ἔστολα mitto, στόλος classis, ἐπιστέλλω ἐπέστολα ἐπιστολή, ἀποστέλλω ἀπέστολα ἀπόστολος legatus, στρέφω ἔστροφα στροφή.

Adnotet hic puer accentus varietatem. Ος desinentia communem regulam sequuntur, η fines acuit pro derivatorum more. Exempla congerat, quo ditior linguae fiat.

A passivi praeteriti prima persona, fiunt maxime substantiva neutra in μα, τύπτω τέτυμμαι, tolle augmentum et fac nominis terminationem τύμμα, quod pro flagro, nempe a τύπτω apud Theocritum [Idyll. IV, 55.] legitur, ὅσσιχόν ἐστι τὸ τύμμα καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει. Quantillum est flagrum et tantum virum domat, in proverbii speciem dicitur, ἁλίκον pro ἡλίκον et δαμάσδει pro δαμάζει, sicut pro συρίζειν συρίσδειν, solvitur enim ζ in σδ.

πράττω	πέπραγμαι	πρᾶγμα
σκώπτω	ἔσκωμμαι	σκῶμμα
γράφω	γέγραμμαι	γράμμα.

Sunt et aliae terminationes hinc deflecti solitae, ut ὀσμός ab ὄζειν, ψαλμός ab ἔψαλμαι, λελόγισμαι λογισμός. Simplicia omnia fines acuunt.

φράζομαι πέφρασμαι φράσμων regulare fuerat, sed repetita est thematis litera. Nam ζ in σδ liquitur. Itaque δ posterius characteris sibi ius arrogat, et dicitur φράδμων consultor, συμφράδμων apud Homerum [Il. II, 372.].

νοῶ	νενόημαι	νόημων
φιλῶ	πεφίλημαι	φιλήμων.

A praeteriti passivi secunda persona maxime in ις foeminina verbalia cadunt, ut

ποιῶ	πεποίησαι	ποίησις poësis
μορφῶ	μεμόρφωσαι	μόρφωσις
αἱροῦμαι	ἥρησαι	η in ε αἵρεσις
λέγω	λέλεξαι	λέξις.

A praeteriti passivi tertia persona plura sunt verbalia, quam numerari queant, τος adiectiva, παρακαλῶ παρακέκληται, tolle augmentum, et fac nominis terminationem παράκλητος. Simplicia omnia fines acuunt, composita tonum transferunt.

Cum adnotarem τοῦ παράκλητος tonum, venit in mentem magni cuiusdam disputatoris, qui nuper cum Haganoae essemus, Dii boni, quo

47) ι.] sic recte Editt. 1522—1541. 1557; Editt. 1542—1548. male: α. Legitur enim hic versus Il. IX, 35.

48) Pro his, Editt. 1522—1541. habent inscriptionem: Verbum φημί praesens.

49) dempto augmento] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. augmento dempto

supercilio pro concione falsi, dein et impietatis criminabatur pronuntiantem Latino more paraclétus, oblitus opinor Grammaticae, dum intensiones formarum argutatur, quas mirum ut ridicule plebi vulgabat.

χρίω	κέχρισται	χριστός
διαλέγομαι	διαλέλεκται	διάλεκτος,

unde διαλεκτικός.

Sunt hinc substantiva, si τος in τρον vertas, plurima, ἀμφιβέβλησται ἀμφίβληστον, interpone ρ, ἀμφίβληστρον[50]). Sic πληκτός πλῆκτρον, καλύπτω κεκάλυπται καλύπτρα. Et ἀλάβαστρον huius formae est, sed ἀναλογικῶς[51]).

Sunt et verbalia in τήρ, ut σωτήρ a σέσωται et similia. Et in της, ut πεποίηται ποιητής, ἔψαλται ψάλτης. Sic συκοφάντης a σῦκος ficus, et φαίνω φαίνομαι. Praeterito πέφαμμαι πέφανσαι πέφανται. Hinc φάντης augmento resecto συκοφάντης dictus, ut Plutarchus Chaeronensis in Solone scribit: Οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσαιτο παντελῶς ἀπιθάνως τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο, καὶ παρὰ τὸ φαίνειν τὸν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας κληθῆναι συκοφάντας. Id si non falso interpreteris, aliter leges in iis Plutarchi vitis, quae nescio a quibus versae, passim mendosissime manibus volvuntur studiosorum.

Finis de Verbis[52]).

De Pronomine.

Pronominis varius multusque usus apud Graecos est, ut Priscianus Latinus autor commeminit, et ego in Constructionibus, ne quid desit φιλέλληνι, conabor. Hic praeter flexum nihil tractabo. Id unum pueri observent, esse eis pro possessivo primitivi usum, ut πατήρ μου pater mei, pro pater meus. Gellio longa est de hac re disputatio. Pronominum alia prima sunt, alia possessiva, alia demonstrativa, alia relativa, alia composita.

Prima, Ἐγώ, Ego.

S. ἐγώ, et adscita γε, ἔγωγε
ἐμοῦ, et ε ablata μου, et ἐμέο ἐμοῖο ἐμεῦ

	ἐμοί		μοι	
	ἐμέ		με	
D.	νῶϊ		νώ	
	νῶϊν		νῷν	
P.	ἡμέες		ἡμεῖς	ἄμμες
	ἡμέων	ἡμῶν	ἡμείων	ἀμμέων
	ἡμῖν	ἅμιν	ἄμμιν	Hom.[53]) παρ' ἄμμι
	ἡμέας	ἡμᾶς	ἄμμε	φιλήσεαι.

Σύ, Tu.

S.	Σύ Dorice τύ	
	σοῦ	σέο σεῖο σεῦ, ita Dorice τεῦ
	σοί	τοί
	σέ	τύ.

Hic Doricus accusativus est apud Theocr., ut obiter admoneam, in Cyclope [Idyll. IX, 5.] γινώσκεν δ' οἶμαι τὺ καλῶς, ἰατρὸν ἐόντα. id est, Dignoscere vero arbitror te recte medicum existentem. γινώσκεν infinitivum pro γινώσκειν, ἐόντα pro ὄντα.

	σύ			
D.	σφῶϊ		σφώ	
	σφῶϊν		σφῷν	
P.	ὑμέες	ὑμεῖς	ὕμμες	
	ὑμέων	ὑμῶν	ὑμείων	ὑμμέων
	ὑμῖν	ὕμμιν		
	ὑμέας	ὑμᾶς		
	ὑμεῖς.			

Ὅς Οὗ, Sui.

S.	ὅς		
	οὗ	ἕο	εἷο
	οἷ	ἕοι	
	ἕ	ἕθεν.	
D.	σφωέ καὶ	σφέ	
	σφωΐν	σφίν	
P.	σφέες	σφεῖς	σφές
	σφέων	σφῶν	σφείων
	σφισί		
	σφέας	σφᾶς.	

Possessiva, Meus.

ἐμός	σός	ἑός
ἐμή	σή	ἑή
ἐμόν	σόν	ἑόν.

Declina ut adiectiva nominum. Sic νωΐτερος, σφωΐτερος, ἡμέτερος, σφέτερος σφετέρα σφέτερον.

Demonstrativa duo.

Masc. S. οὗτος Huic pronomini προσχηματίζεται τὸ ι
τούτου ut οὑτοσί, τουτουΐ

50) ἀμφιβέβλησται — ἀμφίβληστρον.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. ἀμφίβληστρον ἀμφιβέβλησται ἀμφίβληστον, interpone ρ,

51) ἀναλογικῶς.] sic Editt. 1522., 1542—1557.; Editt. 1538., 1541. ἀνομαλῶς.

52) Haec subscriptio in Ed. 1538. deest.

53) Hom. Od. I, 123.

τούτῳ
τοῦτον
D. τούτω
τούτοιν
P. οὗτοι
τούτων
τούτοις
τούτους
Foem. S. αὕτη Illa, ab αὐτή ipsa, tono internosces.
ταύτης προσχημάτιζε, ut αὐτηΐ
ταύτῃ
ταύτην
Dual. ταύτα
ταύταιν
Plur. αὗται
τούτων
ταύταις
ταύτας

Neutr. S. τοῦτο	D. τούτω	P. ταῦτα
τούτου	τούτοιν	τούτων
τούτῳ		τούτοις
τοῦτο		ταῦτα.

ἐκεῖνος Ut adiectiva nominum fle-
ἐκείνη cte. Saepe ἐκεῖνος, ε au-
ἐκεῖνο fertur κεῖνος.

Relativum unum.

Αὐτός αὐτή αὐτό Ipse, flecte ut nominis adiectiva. Viden' et tenue *αὐ* esse, et in posteriorem syllabam tonum ferri? Quod si *αὑ* asperum videris, tonumque in fine, ut *αὑτοῦ*, scias esse compositum pronomen reciprocum ab *ἑαυτοῦ* sui ipsius. Nota *μίν* pro *αὐτόν*.

Composita tria.

Ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἑαυτοῦ. Mei ipsius, Tui ipsius, Sui ipsius; nominativis carent. Varia sic:

ἐμαυτοῦ	ἐμαυτῆς	ἐμαυτοῦ	plur. carent et rectis.
ἐμαυτῷ	ἐμαυτῇ	ἐμαυτῷ	
ἐμαυτόν	ἐμαυτήν	ἐμαυτό	
σαυτοῦ	σαυτῆς	σαυτοῦ	plur. rectisque carent.
σαυτῷ	σαυτῇ	σαυτῷ	
σαυτόν	σαυτήν	σαυτό	
ἑαυτοῦ	ἑαυτῆς	ἑαυτοῦ	horum sequuntur pluralia.
ἑαυτῷ	ἑαυτῇ	ἑαυτῷ	
ἑαυτόν	ἑαυτήν	ἑαυτό	
ἑαυτῶν καὶ	σφῶν	αὑτῶν	Affinge foem. et neutra.
ἑαυτοῖς καὶ	σφίσιν	αὑτοῖς	
ἑαυτοὺς καὶ	σφᾶς	αὑτούς	

De Adverbio.

Hactenus partes, quae declinabiles vocantur, compendio tractavi. Supersunt indeclinabiles, Adverbium, Praepositio, Coniunctio. Interiectionem Graeci sub Adverbio comprehendunt. Quid enim aliud est Interiectio quam verbi *σχετλιαστικοῦ* nota, et quasi declaratio? Adverbium igitur est, quoniam verbi nota.

Adverbium *ἐπίῤῥημα*, quod verbo adiectum ipsum definit. Id significationibus adverbii fit. Accidit ergo adverbio significatio. Nam alia sunt loci, ut *ἐνταῦθα* hic. Alia temporis, ut *σήμερον* hodie. Alia qualitatis, ut *ἡδέως* iucunde etc. Variationes significationum, quandoquidem proprie ad idiomata pertinent, superfluum videbatur hic omnes recensere. Sed de localibus attingam paucula, quo gratum pueris faciam.

Adverbia localia aut sunt genuina *τοῖς ἀκλίτοις*, ut *ἐκεῖ*, *ἔξω*, aut a nominibus trahuntur; *τῶν γνησίων* facilis notio est, quoniam definita sunt numero, quid significent, in locone, an de loco, anne ad locum. Quae a nominibus trahuntur, sic discernimus.

θι desinentia in loco significant, ut *ἀγρόθι* in agro. Ideo *ἀγρόθι* penultimam acuit, quia ab *ἀγρός* acutae ultimae cadit. Tenes enim regulam, haud fere excedere tonum syllaba, quae recti acuti finis est. Tu faxis pariter et de aliis indices. *ἄλλοθι* antepenultimam acuit, quia *ἄλλος* primam, non ultimam. Sic de aliis. *Ἀθήνησι* in Athenis; desinunt enim *σι*, quae a pluralibus[54]) nominibus cadunt, similia dativis suis.

σε ad locum, *ἀγρόσε* et *ἀγρόνδε*, ut sit nominis aliqua in eo species, sic *Ἀθήναζε*; nam pro *σε*, *ζε* faciunt huiuscemodi pluralium *παράγωγα*.

θεν de loco, *Ἀθήνηθεν* ex Athenis, *οὐρανόθεν* e coelo.

Accidunt adverbio item compositio, ut *πάλαι πρόπαλαι*, et comparatio, *σοφῶς σοφώτερον σοφώτατον:*

De Praepositione.

Simillima adverbio praepositio *πρόθεσις* est. Nam et pleraque adverbia Graecorum, casibus nominum construuntur, ut *χωρὶς τούτων* etc., quod nos praepositionem facimus, praeter haec:

54) pluralibus] Editt. 1538., 1541. male: pluribus

ἄχρι σκελῶν, Crurum tenus, Graeca consructio. Idque hoc loco a Graecis dissidemus, qui nullum adverbium regere casum dicimus, et praepositiones incerto numero deputamus, ut pridie Calendas, Pridie quoque praepositionem patiamur. Graeci vero definitas numero praepositiones habent, omnes decem et octo sunt.

Quare quid inter adverbium et praepositionem intersit, fortasse dubitas. Sed huius loci non est haec tractare. Praepositiones tibi ordine recensebo, et nonnihil constructionum τῶν προθέσεων attingam, praelusurus iis, quae alio mihi opere scribentur. Vix enim alia pars Graeci sermonis liberius vagatur. Nos vel hoc faciemus modo, ut puerum sollicitum in observanda notandaque praepositionum syntaxi reddamus.

Accidunt praepositioni Tonus et Casus. Quae tonis insigniuntur, acutae sunt posteriori syllaba, ἀπό, ὑπό, περί. Perinde ac Latinorum προθέσεις, contrà Troiam sita Tenedos. Transferunt tonum in priorem syllabam, si casum sequantur, εἰρήνης πέρι. Sic et Latinis in more est, Italiam cóntra etc.

Tenues omnes sunt a vocali coeptae, praeter ὑπό et ὑπέρ. Omnia enim ab υ incipientia aspera sunt.

Casus tres habet praepositio, genitivum, dativum et accusativum. Praeponi casui solet, ut apud Latinos ἀναλογικῶς. Caeterum ornatus loco habetur, et in soluta oratione praepositionem casu antevorti, ut Διονύσου μὲν πέρι πολλὸς λόγος, Ἡρακλέους δὲ οὐ πολλός. De Baccho mentio crebra, de Hercule infrequens, ut ille in fluentem luxu Graeciam dixit.

Omnes praepositiones Graecorum apponi, componique possunt. Sunt autem aliae monosyllabae, aliae disyllabae.

De constructione et significantia monosyllabarum.

Ἐν, *in* significat cum ablativo constructum, soli dativo ξυντάσσεται, ut ἐν οἴκῳ. Pro ἐν ἐνί faciunt, ut ἐνὶ θυμῷ, Homerus. Ἐν ᾅδου, ἐξ ᾅδου non sunt huius ordinis, Atticae eclipses, qualis haec Livii est: ad Murtiae, aut [55]) Terentii: ad Dianae. Composita non *in* ablativi modo, sed et *in* accusativi significat, ἐμβάλλω iniicio.

Εἰς et ἐς Attice, *in* accusativo constructum significat, solum accusativum exigit, εἰς ὕδωρ γράφω. In aquam scribo. Motum ad inanima significat. Ne dicito: ἴθι εἰς πατέρα. Vade ad patrem, sed ἴθι εἰς ἀγοράν, in forum. Itaque localibus familiaris est, ut ἐς κόρακας, Ad corvos, qui locus suppliciorum in Thessalis fuit, unde factum est verbum σκορακίζειν, τῷ σ σχηματικῶς addito, quod profligare, eiicere, damnare significat. Interpres Psal. 26. [27, 9.], eo usus est, βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσῃς με, quo Hebraismum commodius redderet, non est enim uti nos legimus sine emphasi: Adiutor meus esto, ne derelinquas me [56]), sed ne odio persequere, ne profliga me, אַל־תִּטְּשֵׁנִי quale et hoc est, timor Dei odit malum, excutit, propulsat etc. Composita *in* accusativi significationem habet, εἰςάλλομαι insilio.

Ἐξ, quae et ἐκ dicitur, *ex* significat, soli genitivo construitur, ἐξ ἁμάξης, e plaustro. Locum, tempus causamque notat, ἐξ ἡδονῆς τὸ δυςτυχεῖν. E voluptate miseria. Composita auget, φάγω, ἐκφάγω edo, exedo. Sic τήκω liquefacio, ἐκτήκω tabefacio, ut Psalm. 38. [39, 12.] καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Et tabefecisti ceu araneam animam eius. Quo loco miror, cur Hieronymus, posuisti, mutarit, cum Hebraeis sit וַתֶּמֶס quando quod sequitur, pro animam eius, desiderabilia eius non incommode reddidit, est enim illic חֲמוּדוֹ et ni fallor apte quadret sententiae. Est enim psalmus hic confessio eius, quod a Domino correptus vindicem agnoscit, et poenam fert. Ergo inquit, corripuisti me, et tabefecisti desideria mea, id est, contudisti effrenem vim et gliscentem concupiscentiae meae ardorem.

Alioqui ἐξ composita ἔξω quoque significat, ut ἐκβάλλω eiicio, extra iacio, ἔκφρων desipiens.

Σύν, ξύν, *cum* copulativam significat, libet enim cum Prisciano loqui, dativo construitur, auxilia, coniunctionemque designans, ξὺν χάρισιν, cum Gratiis. Idem et composita potest, ξυμβάλλω, σύμβολα.

Πρός, constructione variat significationem. Genitivo iuncta *ab* notat, exitum a persona, πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθά, id est, a Deo bona. Est et iurandi nota, πρὸς χαρίτων. Per Gratias.

---

55) aut] Ed. 1538. typ. errore: ad

56) Lectio enim recepta, ad quam haec spectant, est: μὴ ἐγκαταλίπῃς με.

Perinde ac si Latine dicas: per te, per, qui te talem genuere parentes. Item *coram*, πρὸς τῶν ἐπισκόπων, coram Episcopis. Et officium, οὐ πρὸς φιλοσόφου φιληδονεῖν. Non est philosophi voluptati indulgere. Quanquam Demosthenes in oratione contra Aeschinem et πρὸς ἐμὲ hac significatione usurpat: ad me pertinens. Est et iunctura casus, qui passivo construitur, Σωκράτης φιλεῖται πρὸς δαίμονος.

Dativo, *supra*, ut πρὸς τούτοις[57]). Et *prope*, *erga*, πρὸς ἅπασιν, Demosthenes.

Accusativo iuncta, tum demum propriae significationis est, ut Manuel Moscopulus grammaticus omnium, ni fallor, qui superiore seculo literas instaurarunt, idem longe diligentissimus ac doctissimus, inquit: ὅτε δὲ ἡ πρὸς τὰ ἑαυτῆς σημαίνει, καὶ οὐ λαμβάνεται ἀντὶ ἑτέρας, μετ᾽ αἰτιατικῆς ξυντάσσεται. Motum ad personam significat, ἴθι πρὸς τὸν ἄρχοντα, id est, ad magistratum. Nec ad solas personas, sed ad inanimata, πρὸς περίπατον, Plato. *Adversum* significat, Γότθοι πολεμοῦσι πρὸς Ῥωμαίους, Gotthi bellum cum Romanis gerunt. Tale est πρὸς κάρα κάριζε. Neque vero motum significat solum, sed et quietem, id est, esse aliquid in loco, habetque emphasin, *apud*. Lucianus in Cycno: σειρῆνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς, Sirenas esse apud eos. Et πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις, Apud novercae tumulum ploras. Imitationem signat, ut πρὸς μύρτον ᾄδειν, πρὸς κλεψύδραν λέγειν. Est e Graecis quispiam non ignobilis autor, qui magni mysterii loco πρὸς imitationem ac similitudinem designare putat apud Iohannem [1, 1.]: ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Et verbum erat apud Deum, verbum patris, εἰκόνα esse non spiritum. Composita *ad* valet, quam equidem significationem propriam τῇ πρὸς arbitror, προσκαλῶ, advoco.

Πρό, *ante*, Genitivi solius est, loci temporisque nota, Prisciano teste, πρὸ πύλης, ante portam. Composita *prae* significat, προβάλλω, praepono, πρόβλημα. Nonnunquam ἀντὶ significat, γῆν πρὸ γῆς, terram pro terra.

De disyllabarum constructione.

Παρά genitivo, dativo et accusativo construitur, sed alia significatione. Genitivo idem quod πρὸς signans exitum a persona, βοήθειά μου παρὰ κυρίου. Auxilium meum a domino. Sic Plato in Phaedro: παρὰ Λυσίου, ὦ Σώκρατες.

Hac item praepositione passivum verbum casui aptatur, ut adversus imperitum Lucianus: ξυλλαβὼν τὰ τοῦ Θουκυδίδου ὅσα παρὰ τοῦ Δημοσθένους, καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μετεγγεγραμμένα εὑρέθη. Nactus Thucydidae opera, eaque quae a Demosthene octies descripta sunt etc. Significat et *supra* genitivi syntaxi, ut θεὸς τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν ὑπεροχή, παρὰ τῶν ἐγγυτάτων. id est, Deus, maximi numerorum excessus supra proximos numeros est. Athenagorae verba sunt in oratione, qua legatus ad Antoninos Caesares circiter annum salutis instauratae centesimum et septuagesimum dogmata Christiani nominis tutatus est. Quo loco unum Deum asserit e philosophorum decretis. Hanc ὑπογραφὴν Dei, familiarem scholae Pythagoricae e Philolao testem unitatis Dei allegat prorsus αἰνιγματώδη. Quamobrem, quo studiosis elegantioris philosophiae gratum faciam, scrupum solvam. Idque vel maxime oblectandi Francisci Stadiani amici nostri summi gratia, cui, ut est philosophiae omnis novae ac veteris probe peritus, ad haec Theologicas literas τὸν νοῦν κατασκευασάμενος sancte complexus, ea Pythagorae sententia mire probari solet. Est autem summa rei. Deus excessus est, quo maximus numerus, denarius videlicet, proximum nonarium superat, vincit nonarium unitate denarius. Deus igitur unitas est, atque adeo denarii unitas, perfectissimi numeri, id est, naturae omnes omnium perfectionum gradus complexae. Supra proximos numeros, sunt creaturae quaedam εἰκόνες Dei, καὶ θεοτυπίαι, quae nobis ceu methodum praebent cognoscendi Dei. Quare sapiens vir Pythagoras ὑπογραφὴν Dei e proximis denario numeris, id est, e simillimis divinae naturae spiritibus traxit. Tempero mihi, ne longius extra septa evehar, ut dici solet, quod, si quis mihi continget lector studiosus mysteriorum philosophiae, haec pro ingenio suo uberius agat.

Dativo παρά construitur, *prope* vel *iuxta* significans, παρὰ τῷ κυρίῳ ἔλεος, Apud Dominum misericordia. Locorum ac personarum est, Aristoteles in Eudemiis moralibus παρὰ τῷ θεῷ dixit, pro: a Deo.

Accusativo motum ad rem signans, παρ᾽ αὐτὸν ἴωμεν, ad ipsum eamus. In Parmenide Platonis παρὰ πότον βακχεύειν, Insanire ad po-

57) ut πρὸς τούτοις] in Editt. 1522—1541. desunt.

cula, παρὰ πάντα τὸν χρόνον, Demosthenes, Circa omne tempus. Et hac constructione *prope* significat, Homerus [Il. IX, 67.], παρὰ τάφρον ὀρυκτήν. Iuxta fossam. Causam idem notat, ut παρὰ τὸ εὖ ζῆν τὸ κλέος, Gloria est, eo quod bene vivatur. Item *circa*, παρὰ τὰ ἀδικήματα. Demosthenes. Item *praeter*, παρὰ πρέπον, praeter decorem. Composita aut minuit, ut παράσημος ῥήτωρ, malae monetae, id est, adulterinus orator, apud Demosthenem. Aut *prope* seu *iuxta* significat, ut παρακολουθεῖν, prope sequi seu subsequi, assiduum adesse. Ita Simplicius magni nominis Peripateticus in praefatione sua in Categorias, ἐπιμελέστερον δὲ, ὡς οἷός τε ἦν, τοῖς Ἰαμβλίχου παρακολουθῶν ἀπεγραψάμην, καὶ αὐτῇ πολλαχοῦ τῇ λέξει τοῦ φιλοσόφου χρησάμενος, id est, Qua vero potui diligentia, Iamblichi commentariis inhians, eos transscripsi etc. In quam sententiam accipiendum videtur, quod est apud Lucam cap. 1. [vs. 3.] παρακολουθηκότι inhiare τοῖς αὐτόπταις narrantibus solito, e quibus rem omnem didici etc. Congere acervos compositorum a παρά, spectaturus duplicem eam significationem, minuendi, aut *prope* seu *iuxta*. Minuit παραδειγματίζω, prope significat, παρεμβάλλω, prope infodio. Graeci hoc verbo significant id, quod Latini dicimus vallum ducere, vallo munire, vallare. Psal. 33. [34, 8.], παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Nostri verterunt: Immittet angelus Domini in gyro timentium eum, et eripiet eos. Quanto praestabat, vallabit aut vallo muniet, quando id et Graeca et Hebraica sonant חֹנֶה et παρεμβαλεῖ. Nam futurum est hoc παρεμβάλλω παρεμβαλῶ, ut a ψάλλω ψαλῶ. Et nescio, quorsum nostri huius versiculi interpretes. Chrysostomus in nobili illa Panegyri de angelis, ad coelestium spirituum munia refert, sic inquiens: δι' ἀγγέλων τοῖς ἀξίοις ἐκ πειρασμῶν λύτρωσις, παρεμβαλεῖ γάρ φησιν ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς.

Ἀνά *per* loci aut temporis, accusativi solius est, ἀνὰ ὅλον χρόνον, per omne tempus. Schematicῶs genitivo, ut ἀνὰ μέσων ὀρέων, per medios montes.

Composita significat, quod *re* Latinis solet, ἀναμάθω redisco. Cave putes ab ἀνὰ composita esse, quae privandi significantia usurpamus, ab ἀ, si sequentis dictionis initium vocale fuerit, ν interposita, ut ἀνάργυρος ἄνευ τοῦ ἀργυρίου.

Διά genitivo iuncta *per*, instrumentum signat, διὰ πείρας συχνῆς, per frequens studium. Est et cum locum tempusve notat, διὰ δακτυλίου δεῖσε ἑλκυσθῆναι, per annulum, apud Aristophanem.

Accusativo *propter*, διὰ φόβον, propter timorem. Homerus superioris constructionis significantiam hoc casu extulit [Il. X, 41.], νύκτα δι' ἀμβροσίην.

Composita *dis* significat, διαρτᾶν, dividere, διαψάλλειν, per vices psallere, διάψαλμα, vicissitudo psallendi.

Κατά, genitivo iuncta, accusandi nota, λόγος τοῦ Πορφυρίου κατὰ χριστιανῶν, Contra Christianos. Et progressum de re quapiam indicat, κατ' αἰγίλιπος πέτρης, apud Homerum [Il. IX, 15.] de excelsa rupe, et κατ' Οὐλύμποιο καρήνων, de Olympi vertice. Odyss. 1. [vs. 102.] Propemodum tale est, κατὰ πετρῶν σπείρω. In petras semino.

Accusativo *secundum* signat, κατὰ τύπον, secundum typum, κατὰ ῥάβδον, apud Isocratem, ad virgulam, κατὰ ῥάβδον ἔφρασε, Ad virgulam pronuntiavit, id est, sartum carmen cecinit. Temporis item nota est, ut καθ' ἡμᾶς ἔνδοξος ἀνήρ ἐστιν Ἰωάννης ὁ καπνίων.

Composita aut *deorsum* significat, ut καταβαίνω, descendo. Sic καταλέγω, ordine dico, et quasi deduco deputoque dicendo. Homerus [Il. IX, 115.] οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας. Unde fit κατάλογος. Ita fit, ut κατὰ propemodum *dis* significationem obtineat, ut apud Theocritum eidyllio X. [vs. 55.] μὴ 'πιτάμῃς τὴν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον, Ne incidas manum dissecans cuminum. Paroemiacon est, unde et avaros κυμινοπρίστας, cuminisecas Aristoteles quarto Moralium nuncupat. Aut vitiat infamatque compositionem perinde ac παρά, ut καταψηφίζεσθαι, apud Demosthenem, damnari.

Μετά genitivo constructa idem potest quod σύν, autore Prisciano. ἡδὺς μετὰ φίλων βίος, Suavis cum amicis vita. Saepe hac significatione dativum patitur ut σύν, μετὰ πρώτοισι, Homerus [Il. V, 536. et al.].

Accusativo *post* designat, μετὰ τὰ φυσικά, id est, post naturalia.

Composita aut *cum*, μετέχω participo, μέτοικος inquilinus. Aut *trans*, μέτωπον, trans faciem, frons.

Ἀντί ***pro***, retribuendi vim habet, *ἀντὶ ἀγαθῶν κακὰ, ἀντ' εὐεργεσίας σκόρπιον*. Genitivo soli construitur.

Composita ***contra*** significat, ut *στρέφω*, verto, *ἀντιστρέφω* contraverto.

Περί genitivo iuncta, ***de***, memorativa particula est, ut appellat Priscianus eam, *περὶ τῶν ἀγώνων*. De agonibus. Et *περὶ σοῦ μάχομαι*, Pro te pugno. Quo casu et ***prae***, excellentiae nota est, ut Homerus [Il. IX, 38.] *σκήπτρῳ μέν τοι δῶκε τετιμῆσθαι περὶ πάντων*, Sceptro dedit honorari te prae omnibus.

Dativo ***pro***, usum, commodum notat. Homerus Odyss. VII. [vs. 110 sq.] *περὶ γάρ σφισι δῶκεν Ἀθήνη ἔργα ἐπίστασθαι περικαλλέα καὶ φρένας ἐσθλάς*, de mulieribus Phaeacum, Pro eis dedit Minerva opera scire egregia, et bonam habere mentem.

Accusativo ***circa***, locum, causam, tempus, *περὶ τείχη, περὶ πολιτείαν, περὶ ὥραν ἕκτην*, circa horam sextam, ut Actuum 10. [vs. 9.]. Quin et cum accusativo excellere designat, *ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν*. Qui superat mentes hominum. De Ulysse Odyss. I. [vs. 66.] Una ex praepositionibus omnibus *περί* tralato tono, adverbiascit, ut apud Homerum Iliados IX.[58]) [vs. 53.] *Τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσι*. Tydide, admodum in bello strenuus es, *πέρι* egregie, eximie.

Composita ***circum*** significat, ut *περιπατέω*, obambulo.

Item excellentiam, ut *περικαλλής* admodum venustus, *περίειμι* antecello, praesto, quae significatio *ἀναλογικῶς* genitivum exigit. Aristophanes per accusativum extulit, ut *περιφρονῶ τὸν ἥλιον*.

Ἐπί, genitivo iuncta ***circa*** significat, ut Demosthenes: *ἐμοὶ δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρώτερον γεγενημένων*. Mihi vero quam superioribus certaminibus expertus sum benevolentiam, et nunc indulgere etc. Item tempus, id quod mirum in modum frequens est, *ἐπὶ Κρόνου*, Regnante Saturno, Temporibus Saturni.

Dativo ***propter*** et ***super***. Propter, *ἐπὶ ἀγαθῷ πατρὶ ἐπαινηθεὶς υἱός*. Super, *ἐπὶ κρηπῖδι τεῖχος*, Super fundamento murus. Item ***in*** ablativi, *ἐπὶ βιβλίῳ*, In libro.

Accusativo, motus ad rem exponitur, ut *ἐπὶ νῆας*, In naves. ***Adversum*** seu ***contra*** [Psalm. 142, 4.], *ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου*. Anxiatus est adversum me spiritus meus. Demosthenes *ἐπὶ τοῦτο*, propterea etc.

Composita accusativi ***in*** seu ***super*** significat, *ἐπιγράφω*, inscribo.

Ἀμφί, prorsum idem quod *περί* construendo significandoque potest. ***Pro*** saepe significat, ut *περί*, [Hom. Od. I, 48.] *Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ*, Pro Ulysse angor.

Composita ***circum*** significat, *ἀμφιβάλλω* circumiicio. Hinc *ἀμφίβολον, ἀμφιβολία*.

Ἀπό genitivi solius est, motum a loco, re, persona, circumstantia. Nec motum modo, sed et absentiam significat, *ἀπὸ πατρίδος*, a patria, *ἀπὸ τῆς ἴσης οὐσίας*, ex aequis viribus.

Composita iisdem significationibus usurpatur, *ἀπογράφειν* describere, ab alio exemplari scribere. Historicum verbum, pro censum agere. Describi orbem in Luca [2, 1. 3. 5.] legimus, pro censum orbis agi.

Ὑπό genitivo ***sub***, occulendi nota[59]), *ὑπὸ κόλπου*, sub sinu. Causam quoque notat, *ὑπὸ νόσου*, a morbo, qua constructione proprium verbis passivis est. Sunt enim passivorum praepositiones tres, *πρός, παρά* et *ὑπό*. Moscopulus proprium esse verbis ait, quae vim quandam victi, superati, illusi designant. Plutarch. in Isocrate: *εἰς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους*, Comoedia lusum est ab Aristophane in tibias etc. Caeterum generaliter omnium esse passivorum *ὑπὸ* scias.

Dativo ***sub***, situs, non occulendi nota, ut *ὑπὸ δένδρῳ*, sub arbore.

Accusativo eadem significatio manet, quanquam ***subter*** potius videtur, ut *ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες*, Subter terram habitantes.

Ὑπέρ genitivi, ***pro*** significat, auxilii nota, et defensionis [Rom. 5, 8.], *ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν*, pro nobis Christus est mortuus. Item causae sive argumenti, *ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς*, De asini umbra.

Accusativo ***supra***, *ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ*, Supra hominem sapit, *ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ ἐσκαμμένα*, extra septa, *ἐσκαμμένα* participium

58) IX.] sic recte Editt. 1511., 1545. sqq.; Editt. 1522., 1538., 1542. male: primo.

59) nota] in Editt. 1522—1511. deest.

praeteritum ab *ἔσκαμμαι* praeterito verbi *σκάπτομαι* fodior.

Hae sunt Graecorum praepositiones in hunc modum paucis expositae pro varietate constructionum; longe plurimi idiotismi a me in Constructionum volumine conscribentur.

Finis Praepositionum[60]).

De Coniunctione.

Συνδεσμός ἐστι μέρος λόγου ἄκλιτον συνδέον τὰ ἄλλα μέρη τοῦ λόγου εἰς διάνοιαν μετὰ τάξεως, hoc est, Coniunctio est pars orationis indeclinabilis, coniungens alias partes orationis in sententiam cum ordine.

Accidit autem Coniunctioni *σχῆμα*. Figura simplex, ut *ἐπεί*. Composita, ut *ἐπειδή*.

Coniunctionum aliquae sunt *συμπλεκτικοί*, id est, copulativae, ut *μέν* quidem, *δέ* autem, *τε* que, *καί* et, *ἀλλά* sed, *ἀτάρ* sed, *αὐτάρ* sed[61]), *ὅτι* quod.

Aliquae autem *διαζευτικοί*, id est, disiunctivae, ut *ἤ* vel, *ἤτοι* sive, *ἠέ* sive.

Aliquae autem *συναπτικοί*, id est, continuativae, ut *εἰ* si, *εἴπερ*, *εἴδη*, *εἰδήπερ* siquidem.

Aliquae autem *παρασυναπτικοί*, id est, subiunctivae, ut *ἐπεί*, *ἐπείπερ* quoniam, *ἐπειδή*, *ἐπειδήπερ* postquam.

Aliquae autem *αἰτιολογικοί*, id est, causales, ut *ἵνα* ut, *ὅπως* ut, *ὄφρα* ut, *γάρ* enim, *ὅτι* quod, *διότι* quia, *καθότι* quoniam, *ἕνεκα* causa, *οὕνεκα* quia.

Aliquae autem *ἀπορηματικοί*, id est, dubitativae, ut *ἄρα* an, *εἶτα* postea, *μῶν* num, *μή* an.

Aliquae autem *συλλογιστικοί*, id est, collectivae sive rationales, ut *ἄρα* ergo, *ἀλλά* sed, *ἀλλαμήν* verum, *οὖν* igitur, *τοίνυν* igitur, *τοιγάρτοι* itaque, *τοιγαροῦν* ergo.

Aliquae autem *παραπληρωματικοί*, id est, repletivae, ut *δή* iam, *ῥά* nempe, *θήν* quidem, *νύ* certe[62]), *ποῦ*, *τοί*, *αὖ*, *οὖν*, *πέρ*, *πώ*[63]), *μήν*[64]), *δῆτα*, *γέ* quidem. At *γέ* non solum repletiva est, sed etiam diminutiva et causalis.

Aliquae autem *δυνητικοί*, id est, potestatis, ut *ἄν*, *κέ*, *κέν*, si, sive, utique. Inveniuntur etiam apud poetas repletivae.

Aliquae autem *διακριτικοί* sive *ἐπιλεκτικοί*, id est, discretivae sive electivae, ut *ἤ* quam.

Aliquae autem *ἐλαττωτικοί*, id est, extenuativae sive diminutivae, ut *γοῦν* saltem, *γέ* saltem.

Aliquae autem *ἐναντιωματικοί*, id est, adversativae, ut *ὅμως* tamen, *καίτοι* etsi, *καίπερ* quamquam, *ἔμπης* tamen, *εἰκαί* etsi.

Finis Coniunctionum[65]).

THERSITA
e secundo Iliados Homericae
[vss. 212 — 220.].

(Hanc inscriptionem in Editt. omnibus huius Grammaticae subsequuntur: 1. Textus graecus huius loci; 2. eius Interpretatio latina Melanthonis; 3. eiusdem Scholion; 4. eius Examen. Hoc loco non solum textum gr., sed etiam interpretationem lat. et scholion omitto, quod utrumque iam in huius Corp. Vol. XVIII. p. 124—126. attuli, et tantum Mel. Examen huius loci illic consilio omissum (conf. p. 126. nota 11.) h. l. exhibeo, numeris versuum, ad quos singula spectant, adscriptis.)

Examen.

(Vs. 212.) *Θερσίτης* unde? In propriis nominibus negat Herodianus quaerendas etymologias, nisi fabularibus illis, quae non temere a poetis confinguntur. Quis enim dubitet Achaten frustra a Virgilio, Pyrgopolinicen casu a Plauto nominatum? Quare de etymo nominis Thersita dicendum est. *Θερσίτης* a *θάρσος* dicitur, quod confidentiam prope ac temeritatem significat, id quod vides quam apte quadret. Ut enim modestiae virtutum omnium elementa tribuunt philosophi, ita contra temeritati vitiorum omnium *πρῶτα*, et ni fallor, haec vel aptissima est linguae concitandae. Reliqua alias. Declina *Θερσίτης* ut *Ἀγχίσης*.

μοῦνος, pro *μόνος* Ionice, augendi syllabae gratia, ut upilio, pro opilio.

ἀμετροεπής, *ἀ* sine, *μέτρον*[66]) mensura, *ἔπος* sermo, futilis, loquaculus, sine indicio ac

60) Finis Praepositionum.] sic Ed. 1512.; Ed. 1522. Finis de praepositione; Ed. 1511. Finis praepositionis; in Editt. 1518., 1538., 1545. sqq. haec subscriptio omissa est.

61) sed] in Ed. 1538. deest.

62) *νύ* certe] sic Editt. 1518., 1522., 1511—1557.; Ed. 1538. *νή* certe.

63) *πώ*] sic Ed. 1538.; Editt. 1511—1557. *πῶ*; Editt. 1518., 1522. *πρό*.

64) *μήν*] Ed. 1538. *μή*

65) Haec subscriptio, quam Editt. 1542. sqq. exhibent, in Editt. 1518—1541. deest.

66) *μέτρον*] Ed. 1538. typ. errore: *ἀμέτρον*

modo multa effutire solitus. Vanus enim est, qui orationem ratione non metitur, qui liberam ac vagam linguam non cohibet iudicio. Recte Hesiodus [Opp. et D. 719 sq. Ed. Goettl.], multam esse linguae gratiam iudicat, si modo cohibeatur:

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

ἀμετροεπής cuius generis? Communis. Declina ut *ἀληθής* primae contractorum, qua flectuntur omnia paene adiectiva in *ης* derivaticia.

ἐκολῴα[67]) Verbum, cuius temporis? Praeteritum imperfectum est indicativi modi, coniugationis secundae contractorum, *κολῳάω* ut *βοάω*, *ἐκολῴαον*, et contractim *ἐκολῴων*. *ἐκολῴαες*, et contractim *ἐκολῴας*. *ἐκολῴαε*, et contractim *ἐκολῴα*. Caeterum verbum *ὀνοματοποιὸν* est.

(Vs. 213.) *ἔπεα*. Sunt qui ab *ἕπεσθαι* trahunt, ut nos sermonem a sequendo. *ἔπος* declin. primae contractorum, ut *χάος*. Deinceps qui volet oratione exequatur, cur *ἀμετροεπῆ* poeta, deinde *ἔπεα ἄκοσμά τε καὶ πολλὰ*[68]) dixerit, excutiat.

(Vs. 214.) *ἐριζέμεναι* pro *ἐρίζειν*. Vide supra in formatione infinitivi *τύπτειν*. Hic vero belle poeta factiosum designat, bonis infensum, cum optimatibus contendentem.

(Vs. 215.) *εἴσαιτο* unde? Medium praeteritum aoriston optativi, ut *τυψαίμην*. Thema verbi *εἴσαιτο* est *εἴδω*, unde et *τὸ ᾔδη* est, id est, novit, quod supra secundi versiculi expositione praeterii, nam hic agetur.

Flecte *εἴσαιτο* et *ᾔδη*[69]).

εἴδω		*τύπτω*	Ex activis quaedam raro usurpantur, surrogunturque eis media.
εἶδον		*ἔτυπτον*	
εἶκα	ut	*τέτυφα*	
εἴσω		*τύψω*	
εἶσα		*ἔτυψα.*	

Media.

Praesens *εἴδομαι* ut *τύπτομαι*.
Praeteritum imperfectum[70]) *εἰδόμην* ut *ἐτυπτόμην*.

Praeteritum perfectum *εἶδα*. Formatur enim per praesentis characterem, sicut supra in regulis vidisti. Hinc fit diphthongi temperamento *ᾖδα*.

Praeteritum plusquamperfectum *εἴδειν*[71]), et diphthongi temperamento *ᾔδειν*. Vides ergo primae syllabae variationem, posterior syllaba dialectis variat. Nam pro *ἐτετύφειν* regulari praeterito plusquamperfecto dicunt Iones *ἐτετύφεα*. Sic ergo pro *εἴδειν* vel *ᾔδειν* est *ᾔδεα*. Flecte sic *ᾔδεα ᾔδεες ᾔδεε*. Ex hac tertia persona *ᾔδεε* fit crasi *ᾔδη*. Nam *εε* in *η* mutari in declinationibus nominum contractorum vidisti, *τείχεε τείχη*. Adnotabis et hoc, quandoquidem *ει* in *η* cum subscriptione transit, primam verbi *ᾔδη* subscribi, posteriorem non. Nam *εε* non mutatur nisi in solum *η*.

Futurum *εἴσομαι*.

Aorist. a. *εἰσάμην*. Reliqua ex his forma *κατὰ τὴν ἀναλογίαν*, et in optativi aoristo habebis *εἰσαίμην*.

Haec tibi verbi huius coniugatio multis certe locis proderit. In primo Iliados [vs. 70.] verbum *ᾔδη* invenies, ut innumera alia loca praeteream,
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.
α etiam cognationem habet cum *ω* et *ε*, *πρᾶτος πρῶτος*, *λαώς λεώς.*

Quae quia pueris insolentia et nova sunt, non male fecerit Magister, si docuerit sane, ut aiunt, *σαφέστερον καὶ ἀμαθέστερον*, vel nostrae linguae vernaculis exemplis, Ich sprach, Ich las, Sprechen, Lesen, Ich sprich, Lis.

Demonstrandum etiam pueris est, quo pacto vocales coëant, ac diphthongi efficiantur. Quarum propriae seu naturales sunt Sex.

αι αυ ει ευ οι ου.

Impropriae item Sex.

ᾳ ῃ ῳ ηυ ωυ υι. Quae facticiae sunt et Grammaticorum commentum, praeter fortassis *υι.*

Consonantium differentias multas faciunt Grammatici. Pueri discant illarum, quae Mutae appellantur, diversam vim, et quae sit inter has affinitas.

Mutae sunt novem

Tres tenues *κ π τ.*

Tres mediae *γ β δ.*

Tres asperae *χ φ ϑ.*

Harum omnium quoad fieri potest exactam pronuntiationem docebit pueros praeceptor, non superstitiosam tamen, sed quam maxime simplicem. Ita fiet, ut, quod de veneranda antiquitate est reliquum, nova barbarie non contaminetur, et hoc studio nostro aliquo certe usque a sordibus linguae expurgentur.

Mutarum in se transitiones ad affinitatem pertinent, et minime sunt negligendae. Exempla passim obvia sunt. Interim nostro vernaculo indicabit, Schreiben, schrifft. *β. φ.*

Talia quaepiam de literis pueris tradere, sat fuerit, neque enim tam *τέχνης ἐπίδειξιν* studebit facere sanus paedagogus, quam rudes pueros instituere, profectiorum paulo aetas alia studia poscit.

Abbreviaturas, quas nominant, non curavimus adiici. Nam eas earumque rationem demonstrari interim dum lectione exercentur pueri, multo fuerit satius quam praescriptis formulis discere.

Literarum figuras et vim statim ubi puer percepit, lectioni danda est opera, ut quas per se didicit, in turba possit agnoscere, et cui rei inventae sunt, quibus coniunctionibus, quid valeant intelligere. Ea scientia usu exercenda est simul atque confirmanda. Ubi in primis bonus Praeceptor cavebit, ne quid foedum aut ineptum pueris, unde lectionem auspicentur, proponat, ut animorum puritas, quod ad mores iuxta ac literas attinet, custodiatur. A Sacris rectissime principium ducetur, velut annotare est visum, si cui forte hac in re pium studium utile videbitur.

EXERCITIA LECTIONIS.

[I.]

Ex Matthaeo Cap. V.

(*Lectionis exercitium sic inscriptum non solum Cap. V., sed etiam Cap. VI. et Cap. VII. 1—14. Ev. Matthaei graece continet.*)

[II.]

Paulus Apostolus Romanis.

(*Particula sic inscripta complectitur epistolae Pauli ad Romanos Cap. XII. et XIII. integra, exceptis verbis extremis versiculi 14. capitis XIII. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας, quae h. l. sunt omissa.*)

[III.]

Capita sacrosanctae fidei.

Δεῦτε φίλοι παῖδες θείων ἀδαήμονες ἔργων
ὧντε κακῆς ἀπάτης κόσμου φρένες ἠερέθονται.
αἰεὶ γὰρ θνητοῖς θυμῷ φίλον αἴσυλα ῥέζειν
τῶν δ' ἀπὸ οὐρανίων μάθετ' ἄσματα θέσκελα μύθων.
ὔμμε γάρ ἐστι μάλιστα δέον ταῦτ' εἰδέν' ἅπαντα,
οἷσιν ἐνὶ ζωὴν εὑρήσετε αἰὲν ἐοῦσαν
οὓςτε θεὸς φιλέει καὶ κήδεται ἔξοχα ἄλλων,
τὸν δ' ἄρ' ἀμειβόμενοι σφετερῷ τὰ δὲ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ
πατρὸς ἐφημοσύνῃ θείας γνωρίσματα βουλῆς,
ἧςτε ἀπ' ἐκγεγάασθ' ὑμέων φίλα τέκνα γονήων,
ἧςτε ἀπ' ἐν ζωοῖσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδεσθε.

Πρῶτον δ' οὖν γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ὕπερθος[1])
τούςτε κατειβομένους ποταμοὺς, καὶ κῦμα θαλάσσης
ἀνθρώπων τε γένος, καὶ θηρία γαῖαν ἔχοντες,
αἰθέρος οἰωνούς τε καὶ ὕδατος ἰχθύες ἐντὸς
ᾧ ἔπε' ἀιδίῳ θεός ἐστιν ὁ πάντα τελέσσας,

καὶ νῦν ποιηθέντα μόνος τάδε πάντα διοικεῖ[2]).
οὐδ' αὔτως τε ἐᾷ χωρεῖν εἰκῆτε φέρεσθαι
ἢ ἄλλους τινὰς ἰθύνειν, νῆ' ὡς ἐνὶ πόντῳ
μαψιδίως ἐφορῶν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο
αὐτὸς δ' αἰὲν ἐφειστήκει, αὐτός τε κυβερνᾷ
οἴακα χερσὶν ἔχων, οὐδὲ γλυκὺν ὄμμασιν ὕπνον
δεξάμενος ποτ' ἀπειρηκὼς, δύναται γὰρ ἅπαντα.
οὐδ' ἄρα χαλκείου πτύχες οὐρανοῦ ἐννέα πᾶσαι
ἣν ὁδὸν ἐξάνυον προκυλινδόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
εἰ μὴ ὁ τοῦ, τε νόος καὶ χεὶρ κρατερ' ἦγε ποιητοῦ.
οὐδ' ἐνὶ γῆς ἐρατοῖς ἄνθη καὶ λήια κόλποις
θῆλεν ἂν ἐμμαπέως, εἰ μὴ θεὸς ἦν ὁ φυτεύσας.

Ἀλλ' ὁ δὲ πάντα κρατῶν θεὸς ἄμβροτα μήδεα εἰδὼς[3])
οὐ δηλήμων ἐστὶ, φίλον τέκος, ἀλλ' ἐλεήμων,
οὐχ ὀλετὴρ οὐχ ὠμηστὴς, πιστὸς δὲ καὶ ἐσθλός.
ταῦτ' ἄρα τοι ξύνες, ἠδέ τε ᾧ ἐνὶ κάτθεο θυμῷ
μηδέ τ' ἄχος μελέτω σῇσι φρεσι μηδέ τι τάρβος.

Τῶν καὶ ἑὸν φίλον υἱὸν ἀπ' οὐλύμποιο καρήνων[4])
σοὶ ἀγαθὰ φρονέων προέηκεν μάρτυρα εἶναι.
ὃς καί σ' οὐ κακὸν ὀσσόμενος πατρὶ δ' ἧκε πιθήσας
παρθενικῆς ἱερὴν κατὰ γαστέρ' ἀμύμονος ἐςδύς.
ἡ δ' ὑποκυσσαμένη τέκεν ἀθανάτου θεοῦ υἱὸν

1) Huic vs. in margine adscriptum est: Creatio.
2) In marg. huic vs. appositum est: Regnum.
3) Huic vs. in marg. adscriptum est: Gratia.
4) Huic vs. et subseqq. in marg. adscripta sunt haecce: Iesus Christus servator secundum Dei patris voluntatem.

πνεύματος ἐξ ἁγίου πατρὸς μεγάλοι' ἰότητι
οὐδέ τιν' ἣ θέμις ἐστὶ βροτῶν, ποτὲ ἀνδρὶ μιγεῖσα.
ἀλλ' ἐπεὶ οὖν προφόωσδ' ἦγεν θεὸς ὃν φίλον υἱὸν
μητὴρ μὲν καλέσασκεν Ἰησοῦν πατρὸς ἐφετμῇ
τὸν πάντων σωτῆρα βροτῶν τὸν χριστὸν ἀληθῆ
ὧς ἄρα θειότοκος γόνος Ἑβραίων ἐπὶ γαῖαν,
θνητὸν ἔχων δέμας ἠδὲ φυὴν ἀλλ' ὥςπερ[5]) οἱ ἡμεῖς,
ἀγγελιῶν πατρὸς μεμνημένος αἰὲν, ἐφοίτα
ἀρνύμενος ψυχὰς μερόπων, ζωῆς τε χατίζων
ἡμετέρας, ἔχε γὰρ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ,
τῷ καὶ ἵνα ῥύσῃ ὑπεμείνατο κῆρα μέλαιναν,
σταυρωθείς τε ἑὸν βίον ὤλεσεν, ὥςτε σαῶσαι
ἀνθρώπων θνητὸν δειλῶν γένος ἐξ ἀίδαο
οἷ καταβησόμενος δῆσ' αὐτὸν καὶ θεράποντα
ἀργάλεον μόρον ἠδ' ἐχθρὸν πάντεσσι βροτοῖσι,
δῆσε δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς τά τε τεῦχε' ἐσύλα
καὶ ξίφε' ἠδ' ἰοὺς στιβαρῆς κατέαξε χέρεσσι
τάς τ' ἀνόμους πράξεις, ἀσεβῆ καὶ ἀτάσθαλα ἔργα
τοῖς πάρος ἀνθρώπων ἀκόρεστως φῦλ' ὀλέκοντο.
οὕτως ἀνθρώπων τε φονεὺς καὶ δεῖμ' ἀιδωνεὺς
καὶ θάνατος, πρὸς τοῦδ' ἐδάμη[6]) βιῇ ἀμεγάρτῳ,
αὐτοῦ δ' ὄττι τάφῳ ἐνὶ νεκροῦ σῶμα τριταίου
κρύπτ' ἐχθροῖς μέγα χάρμα. φίλοισι δὲ πένθος ἄλαστον,
ἀμφότεροι γὰρ ἔφαν τὸν δ' οὔπω ἐσμὲν ἰδῆσαι,
ἐκ τότ' ἄρ' οὖν θανάτου πυλέων στυγνοῦ τ' ἀχέροντος
ζωὸς ἀνέστη ἐὼν, καὶ γὰρ θεὸς αὐτὸν ἔγειρε
ἡμῶν θ' ἡγεῖσθαι χ' ἡμῖν βασιλευέμεν αἰεὶ,
τῷ καὶ ἀπ' αἰθερίων ᾧ πατρὶ παρημένος ἑδρῶν
πάντα κατασκοπιᾷ τε καὶ αὐτῷ πάντα μέμηλε.

Ἤτοι γοῦν, φίλε παῖ, οὕτω σ' ἀγαπῶντα δίωκε,[7])
ἠδ' ἐφέπου καλέοντι, σὲ δ' αὖ ὅδε[8]) πάντα διδάξει
ἅττα σε χρὴ πράττειν, σφετερῶν γὰρ ἀπ' ἤνδανεν ἔργων
οὐδείς πω κτίστῃ πάντων ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
ἀλλ' ὅδε[8]) τούς γ' ἐθέλει, καὶ ἐφέλκει καὶ μεταπλάττει
εἰς κραδίην ὃν πνεῦμα βαλὼν θεῖον θ' ἅγιόν τε.
τοῦ δ' ἀπὸ θαρσυνόμεσθα μένος τ' ἔχομεν φρεσὶ ἠΰ,
ἠδ' αὐτὸν τολμῶμεν, ἁμαρτωλοί περ ἐόντες,[9])
ἡμετέρων πατέρα κράξαντες. τέκνα καλέσσαι,
αὐτοῦ γάρ τ' ἔσμεν λαός τ' ἔθνος τ' ἀγαπητὸν

5) ὥςπερ] sic scripsi; Ed. 1525. ὥπερ
6) τοῦδ' ἐδάμη] sic scripsi; Ed. 1525. τοῦ δεδάμῃ
7) Huic vs. in marg. apposita sunt verba: Spiritus Sanctus
8) ὅδε] sic scripsi; Ed. 1525. ὁ δὲ et ὁδὲ
9) In marg. h. l. legitur: Ecclesia.

αὐτὸς ὅσ᾽ εἰς ἀγέλην πρόβατ᾽ εἰς Θ᾽ ἓν πῶϋ ἔκλεισεν,
τὺ μόνον αὐτοῦ μεῖνον ἀκουσάμενος Θεοῦ ὄσσαν.
οὐδ᾽ ἅλιον τοῦτ᾽ ἔσσετ᾽ ἔπος πότε γ᾽ ὅ,ττι κεν εἴπῃ.
ἐξ ἄρα σοῦ βαλὲ πάντα φόβον καὶ τάρβεα Θυμοῦ,
καὶ μοῦνον πίστευε λόγῳ, Θεὸς ὅντιν᾽ ἐνίσπῃ
κεῖνος δ᾽ οὐ μὲν ἄνευθεν ἐὼν ἀλλ᾽ ἄγχι παραστὰς
πάντοσ᾽ ὅπου φύλακός κε δέῃ[10]), σεῦ κήδε᾽ ἀπωθεῖ.
ὃς γὰρ καὶ πετεινὰ δι᾽ ἤερος αὐγαλέοιο,
σμικρὰ ἥτ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα ποτώμενα αἰὲν ἀλᾶται,
στρουθία τε, ψαρούς τε, κολοιούς τε, κόρακάς τε,
ὥςτε τροφὴν εὑρεῖν, παρέχει, καὶ τέκν᾽ ἀτιτάλλειν.
μηδέ τις ἰξευτὴς μάλα περ πεπνυμένος ἐλθὼν
τοῖγε Θεοῦ ἀέκοντος ἀπ᾽ αἰθέρος εἶχε κατασπᾶν
τῶν δ᾽ ἓν ἀτιμότατον Θεὸς ἣν χεῖρ᾽ ὅτταν ὑπερσχῇ.
ἀλλ᾽ ὅγ᾽ ὑμᾶς φιλέει, ἐλθεῖν τε πρὸς αὐτὸν ἀνώγει.
ἠνὶ δὲ καὶ ὅσσοις, λειμῶνες τηλεθόωσι
καλοὶ μυδαλεοὶ Θέρεος ζαθεῇ ὑπὸ αἴγλῃ
ἄνθεσι, τοῖς τε ἰοῖς καὶ εὐόδμοισι σελίνοις
καὶ μαλάχαις τε ῥόδοις τε καὶ εὐθαλεῖ οὔλῳ ἀνήθῳ,
τίς δ᾽ ἄρα πω βασιλεὺς ὃς ἐν ἀνθρώποισι κέκασται[11])
πλούτῳ καὶ δυνάμει, τοῖσιν γανόωσιν ἄνακτες,
τῶν δ᾽ ἕν᾽ ἴσην ἐσθῆτ᾽ ἐπιειμένος ἐν Θρόνῳ ἧσθο;
καὶ τὰ δέ που Θέρεος γαίας φθίνοντος ἂν οὖδας
πάντα μαραίνονται, τάγε μὴ βροτοὶ ἔφθαν ἄραντες
ὣς τὰ δὲ φύλλα Θεὸς κοσμεῖ ὠμενηνὰ ἔοντα.
τῆς δ᾽ ἔτι σεῖο τριχῶν κεφαλῆς Θεὸς οἶδεν ἀριθμὸν
καί σοι ἀεὶ παραμέμβλωκεν[12]) νύκτας τε καὶ ἦμαρ.
τίπτ᾽ οὖν ἠὲ μόρον, κακὸν ἠέ τι ἄλλο δέδοικας,
τοιοῦτον πάσαις ἐνὶ πομπὸν ὁδοῖσι κιχήσας;
Θάρσεο. ζήσεις γὰρ καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι,
οὐδὲ μελαγχλαίνου πεδάαν κῆρες Θανάτοιο
τοσσοῦτον καὶ δυνήσονθ᾽ ὡς μὴ δεσμὸν ἀλύξαι.
Ἤτοι γὰρ χρόνος ἔσθ᾽ ὅτ᾽ ἑὴν ἐς σάρκα ἕκαστος
δύσσεται ἐκ νεκρῶν ζωὸς, κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.
ἐσθλ᾽ ἵν᾽ ἐγερθέντες βίον ἄφθιτον αἰὲν ἔχωσι
νικηταὶ κόσμον τ᾽ ἀΐδος τ᾽ ἐρέβευς τε μόρου τε
οὐκ οἶοι, διὰ δὲ χριστὸν Θεοῦ υἱὸν Ἰησοῦν,
τοὺς δὲ κακοὺς νὺξ κυκλώσει, ἔρεβος τε σκότος τε
αὐτὸς δ᾽ ὦ φίλοι, αἶτε κρινεῖ οὕτως ὁ φιλήσας,
αἴθερος ἐκ προφανεὶς νεφέων πυροέντος ὁμίχλης,
χερσὶ κεραυνὸν ἔχων, σὺν πλήθεϊ οὐρανιώνων,
ἔνθα διακριθέντας[13]) ἑὸν ποτὶ δῶμα κατάξει

10) *δέῃ,*] sic scripsi; Ed. 1525. *δέη* (*ι* subscriptum etiam permultis aliis locis in hac Ed. omissum est)

11) *κέκασται*] sic scripsi; Ed. 1525. habet *κέκαστι*

12) *παραμέμβλωκεν*] sic scripsi; Ed. 1525. *παρμέμβλωκεν*

13) *διακριθέντας*] sic scripsi; Ed. 1525. *διακριθέντες*

αὐτῷ πιστεύσαντας, ἑῷ τ᾽ ἔπει ἐμβατέοντας,
δειδίσσων ἐχθροὺς, κακίαν τ᾽ ἀπὸ πᾶσαν ἀμύνων.
τῶν δὲ μετ᾽ οὐ τέλος οὐδὲ χαρᾶς ἔστ᾽ οὐδὲ πόνοιο[14])
οἱ δ᾽ ἀγαθ᾽ ἕξουσιν τιμὴν καὶ δόξαν ὀπίσσω,
ὅττ᾽ εὐεργεσίῃσι γέρας καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
οἱ δ᾽ ἀσεβῆς κλαύσουσι κακῶν ἕνεχ᾽ ὅσσα ἔωργαν,
οὐδέ τι πανσωλὴ ἀχέων ἔσετ᾽ οὐδ᾽ ἀλεωρή.
Ταῦτ᾽ ἐνὶ βάλλεο φρεσσὶ τεῇς, καὶ μή ποτε λήθη
σεῦ ἀπὸ αἱρείτω. μηδ᾽ αὖ περὶ τῶν δ᾽ ἀπορήσεις,
μῦσος γὰρ δεινὸν ψεῦδος φάσκειν Θεοῦ αὐδὴν
τοῦτό γε μὴν ἔσετ᾽ οὔθ᾽ ἅλιόν γ᾽ ἔπος οὐδ᾽ ἀτέλεστον.

Finis.

Ita quidem sacrae lectioni principio operam dare fuerit optimum, sed non in ea tantum versari puerum cogemus, quem literis instituendum susceperimus, sed ipsam adeo infantiam in locis ex veteribus autoribus iudicio excerptis balbutire patiemur. Si quis autem est, qui pueros a profanorum scriptorum lectione arcendos plane censet, is vehementer errat, siquidem in iis, quae pueris proposuerimus, nihil impium, scelestum, obscoenum traditum scriptumve extiterit. Sed iam diu eorum, qui bonas literas pietati morumque castitati officere opinantur, explosa sententia est. Fidelis igitur paedagogus etiam studio hoc sibi habebit, in gentilium, ut appellant, autorum elegantibus et sanctis monumentis, sibi creditos pueros a teneris quoque, ut aiunt, unguiculis exercere, ut, maxime si nihil aliud inde quam legere ac scribere discant, ipsa profecto bonorum scriptorum nomina ea adeo aetate noscere et admirari consuescant, praeter quam quod sic nihil auribus adhaerebit, quod postmodum magna cura sit eradendum. Collegimus et hic locos quosdam, ut, cui hac institutione uti placuisset, in promptu haberet, qua ratione id faceret.

[IV.]

Locus Homeri ex Iliad. σ.

(*Hic locus complectitur Hom. Il. XVIII, vss.* 468—608., *duobus versibus* 604. *et* 605.
τερπόμενοι· μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο Θεῖος ἀοιδὸς,
φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ᾽ αὐτοὺς,
in unum contractis sic:
τερπόμενοι· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ᾽ αὐτοὺς,)

14) Huic vs. in marg. adscripta sunt verba: Vita aeterna.

[V.]

Circe apud Homerum. Odyss. *κ*. Animi libido.

(Hic locus exhibet Hom. Od. X, vss. 230—213.)

[VI.]

Hesiodi *ἔργοις*. Locus paraeneticus. Virtus.

(Hic locus continet Hesiodi Opp. et D. vss. 287—297. Ed. Goettling.)

[VII.]

Typhoeus apud Hesiodum *Θεογονίᾳ*. Improborum *ὑποτύπωσις*.

(Hic locus complectitur Hesiodi Theogoniae vss. 820—885.)

[VIII.]

Sophocles Aiace *μαστιγηφόρῳ*. Pictura vitae humanae.

(Hic locus continet Sophoclis Aiacis vss. 125—133. Ed. Brunck.)

[IX.]

Euripides *Μηδείᾳ*.

(Hic locus complectitur Euripidis Medeae vss. 1224—1230. Ed. Barnes.)

[X.]

Demosthenes *ἐν τῷ περὶ στεφάνου ἢ ὑπὲρ Κτησιφῶντος*.

Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος[15]*), κἂν ἐν οἰκίσκῳ τίς αὐτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, φέρειν δ' ὅτι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως.*

(Hic locus legitur in Demosthenis Oratt. ed. Reiske p. 258.; in Ed. Dindorf. Vol. I. p. 189. lin. 21—25.)

[XI.]

Plato *θεαιτήτῳ*. Curiositas.

Θαλῆν ἀστρονομοῦντα καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ περὶ[16]*) πόδας λανθάνοι αὐτόν.*

(Hic locus invenitur in Platonis Opp. ed. H Steph. Vol. I. p. 174, A.)

[XII.]

Plato *συμποσίῳ*. Indocti.

Οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν, οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι. αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν, μὴ δὲ[17]*) φρόνιμον, δοκεῖν αὐτῷ εἶναι ἱκανόν.*

(Hic locus exstat in Plat. Opp. eiusd. Ed. Vol. III. p. 204, A.).

[XIII.]

Herodotus *Πολυμνίᾳ*. Superbi.

Ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα[18]*) κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδ' ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέ*[19]*) μιν κνίζει, ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα ἀεὶ τὰ μέγιστα*[20]*) καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἐπισκήπτει*[21]*) βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.*

(Hic locus legitur in Herodoti lib. VII. cap. 10. §. 5. Ed. Reizii.).

[XIV.]

Χάριτες ἢ Ἱέρων Θεοκρίτου εἰδύλλιον ἑκκαιδέκατον. Literarum Encomium.

(Hoc Theocriti Idyll. XVI. Χάριτες ἢ Ἱέρων inscriptum h. l. integrum exhibetur. Ad vs. 11., qui in hoc textu sic legitur: ψυχροῖς ἐν γονάτεσι καὶ μίμοντι βαλᾶσαι, in huius Institutionis fine adnotatur correctio: In eidyllio Theocriti hunc versum sic lege: *ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι, κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι). Hoc Idyllium subsequuntur haecce:*

Non autem ferre Paedagogus oscitantem vel otiosam lectionem, sed eam et accuratam et plenam exigere debet, quam maxime praestare puerilis aetas potest. Itaque interim literas formare, et propriis manibus ducere, ipsorumque inter se nexus, et ut breviter dicam, scribere pueros docebit. Nec est verendum, ne duplici labore nimium graventur. Nam haec, id est, lectionem et scriptionem, si coniunxeris, plane alterius alterum habebit allevationem, et perfectius ac foelicius efficiet.

Τῇ παιδείᾳ.

Οὔπω ἐγὼ πρόλιπον θνητοὺς θεὰ, οὐδ' ὅτ' ἀραίας
ἀθάνατ' ἐκ γαίας σὺν ἅμα πάντες ἔβαν,
οὐδέ με ἱππομάχων ἀραβημιγῆ ἔθνεα Θρηϊκῶν
οὐκ ἀπέλασε Γοθῶν βαρβαρόφωνος Ἄρης.
ἀεὶ γάρ τ' ἐχόμην ἐνί που μέρει Ἑλλάδος, ἠδὲ
Ἰταλίας, δηϊοὺς ἔνθα μένουσ' ἔλαθον.
νῦν δ' ὅτε νικηθέντες ἐς ἔσχατα γῆς φύγον ἐχθροὶ
ἥκω Γερμανῶν λαὸν ἐς ὀψιμαθῶν
οἵ δέ με γηθήσαντες ἑὴν βασίλειαν ἔθηκαν,
οὐδὲν ἐγὼ Θρᾳκῶν οὐδὲ Γοθῶν ἀλέγω.

15) *ὁ θάνατος,*] sic Ed. 1525.; Ed. Dindorf. *θάνατος,*

16) *περὶ*] sic Ed. 1525.; Ed. H. Steph. *παρὰ*

17) *μὴ δὲ*] sic Ed. 1525; Ed. H. Steph. *μηδὲ*

18) *ὡς τὰ ὑπ. ζῶα*] sic Ed. 1525.; Ed. Reiz. *τὰ ὑπ. ζῶα ὡς*

19) *οὐδέ*] sic Ed. 1525.; Ed. Reiz. *οὐδέν*

20) *ἀεὶ τὰ μέγ.*] sic Ed. 1525.; Ed. Reiz. *τὰ μέγ. ἀεὶ*

21) *τοιαῦτα ἐπισκήπτει*] sic Ed. 1525.; Ed. Reiz. *τοιαῦτ' ἀποσκήπτει*

δεῦτ' οὖν Γερμανῶν παῖδες, κάμῆς ἀπὸ, πατρῶν
ἀντ' εὐεργεσίης, δῶρα λάβοιτε χερὸς
ὠκυγράφον κάλαμον τόν μοι πόρε μείλιχος Ἑρμῆς.
ὅπλα γάρ ἐστι δέον ταῦτα μαλ' ὔμμε φορεῖν,
παιδείας φίλα δῶρ', ὑμέας δ' εἰς ἀνέρας ἄξω
ἔσται ἐφ' ὧν χρυσέη δεύτερον αὖ γενεή[22]).

22) Hoc carmen in huius Corp. Vol. X., in quo Melanthonis carmina exhibentur, non invenitur.

Ab hac *Institutione puerili* Melanthonis omnino diversa est *Epitome*, quam Dresserus ex illius Grammatica graeca integra confecit sic inscriptam:

Melanthonis Grammaticae graecae Epitome, a Matth. Dressero. Lipsiae 1575. 8. *).

— — (Idem Index.) *Wittebergae* 1578. 8. **).

Melanchthonis Grammaticae graecae Epitome. Adiectae sunt anomala et syntaxis a M. Dressero. Witebergae 1587. 8. ***).

*) Haec Ed. in Biblioth. acad. Gotting. est.
**) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresdensi exstat.
***) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 25. affert.

XCVI. PHIL. MEL. GRAMMATICA LATINA.

Praeter Grammaticam graecam Melanthon etiam latinam conscripsit, primum vero non in hoc, ut ederetur, sed tantum in usum pueri cuiusdam, quem privatim erudiendum a. 1522. susceperat, Erasmi Ebneri *). Hanc Grammaticam latinam primum, invito auctore, Kilianus Goldstein **) edidit sic inscriptam:

Grammatica latina Philippi Melanchthonis. Haganoae M.D.XXV. 8. ***).

Huic libro Editor hanc praemisit praefationem:

Chilianus Goltstein Lectori S.

Cum tot passim extent latina grammatica, ex quibus ad percipienda haec prima sermonis elementa informari puer non incommode possit, nihil minus mihi permittere voluit Philip. Mel. quam ut publice omnibus invulgarentur haec sua grammatica, quae ille primum nequaquam in hoc conscripsit, ut ederentur, sed in usum tantum atque utilitatem puerorum quorundam, quos privatim erudiendos formandosque ad humanitatem suscepit. Verum ego, tametsi is usque huc acriter meo sit reluctatus tum desiderio, tum precibus, quibus apud illum sum insuper usus, minime tamen passus sum vel meo cum periculo, huius voluntatem diutius obstare utilitati puerorum atque commodo, quod scio equidem non mediocre ad illos rediturum esse, si huius institutione rei grammatices diligenter fundamentum iecerint, quo subsequentes deinde reliquae literarum disciplinae firmius ac fidelius subsistere possint. Accedit item, quod res omnis simplicissime ad huius aetatis captum et modulum accommodato certoque ordine traditur, sive quod sic est in docendo ubique autoris peculiare ingenium atque ratio, sive quod hoc in primis hic fieri decuit. Est enim valde vitiosa ac odiosa simul, haec anxia nimis et superstitiosa tradendarum artium curiositas, quae a recta, simplici et hac compendiaria docendi ratione longius recedit. Nam praeterquam quod ex ea paulo liberalius ingenium magno quodam taedio et molestia animi adficitur, pertenuem etiam institutionis huius omnis fructum sentit. Illud meo quidem iudicio multo rectius atque utilius, ut os tenerum pueri balbumque figuret praeceptor, primum ex pauculis aliquot simpliciter et nude propositis regulis, quibus mox deinde succedat assidua autorum lectio, auditio, stilus multus. Vehementer vesani videntur paedagogi, qui remorantur puerum, quo minus statim assuescat ad optimorum autorum lectionem, unde et natae sunt primum praeceptiones artium omnes, et certior omnino solidiorque dicendi facultas peti potest; sed nihilo saniores etiam illi, qui in minutioribus et puerilibus illis linguarum tradendis elementis, suum praetermittunt officium tam necessarium, dum interim infirmae huic atque rudi aetati eos autores proponunt, quibus illa nullo modo aut matura sit satis, aut idonea. Atque hoc illud est, cur plurimi saepe robustiores iam facti, desciscant a literarum cultu atque studio omni, quia hac prima et puerili institutione neglecti, desperant se deinceps posse ad frugem aliquam pervenire. Proinde confido prorsus Lector, cum haec et alia tecum animo reputes, te facile collaudaturum hoc factum meum, qui quantumvis reclamante etiam Philip. prodesse volui hac aeditione pueris, quorum pium plane est inservire studiis, quocunque id possis, saltem vel consilio, vel ratione, vel opera. Vale. Wittembergae Mense Ianuario. M.D.XXV.

---

*) Hic Erasmus Ebnerus, Hieronymi Ebneri patricii et senatoris Norimbergensis filius, qui undecim annos natus a. 1522. adiit Witebergam traditus disciplinae Melanthonis, primum servivit reipublicae Norimbergensi, cuius legatos Wormatiam ad colloquium a. 1540. (cuius historiam scripsit) comitatus est, postea Duci Brunsvicensi a consiliis et Praepositus Darmstadiensis fuit, mortuus est Helmstadii a. 1577. Conferantur Melanthonis de eo iudicia, quorum alterum a. 1523. Ge. Spalatino, alterum a. 1525. Hier. Baumgartnero scripsit, in huius Corp. Vol. I. p. 601. 737. et eiusdem litterae ad eum annis 1526. 1531. 1534. 1542. 1553. datae in huius Corp. Voll. I. p. 797. II. p. 513. 707. IV. p. 839. VIII. p. 61. — In huius discipuli usum hanc Grammaticam esse conscriptam ipse Melanthon refert in epistola ad Egenolphum, quam infra exhibebimus; conf. etiam Goldsteinii epistola illico afferenda, et K. v. Raumer Geschichte der Pädagogik Tom. I. p. 202—204., ubi de hac Gramm. disserit.

**) Kilianus Goldstein, Iuris utriusque Doctor, postea Syndicus Halis Saxon., natus est d. 25. Mart. 1499. in oppido Franconiae Kitzingen. In huius Corp. Vol. I—VIII. leguntur 19 epistolae a Mel. ad eum annis 1522—1555. datae.

***) Hanc Ed., quam ipse nondum vidi, Strobelius in l. Neue Beyträge zur Litt. bes. des XVI. Jahrh. Tom. III. Fasc. 2. p. 26 sqq., ubi Melanthonis Grammaticas lat. recenset, p. 26. et Panzerus in Annal. typogr. VII. p. 95. nr. 225. afferunt.

Hanc editionem principem subsecutae sunt haece:

Grammatica latina Philippi Melanchthonis. Wittembergae per Ioseph. Clug. 1526. 10 plagg. 8. *). Ex Indice editionis subsequentis Hagan. eiusdem anni, scil. ex verbis (a Strobelio l. l. p. 27. omissis): ***ab autore nuper aucta et recognita***, colligo, iam hanc Ed. Witeberg. ab auctore auctam et recognitam esse, atque haec verba a Strobelio etiam in huius Ed. Indice esse omissa (fortasse quoniam ipse eam non vidit).

Grammatica Latina Philippi Melanchthonis, ab autore nuper aucta et recognita. Eiusdem Dialectica. Item Rhetorica. Hulderichi Hutteni, de ratione componendorum Carminum, libellus. Haganoae, per Iohan. Secerium, Anno M.D.XXVI. Mense Martio. Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est. — (In fine:) *Haganoae per Iohan. Secerium. Anno. M.D.XXVI.* 19 3/4 plagg. litt. a—u (u 3/4 pl., 6 foll. cont.) sign., 158 foll. non num., 8. min. (fol. a 1ᵇ—2ᵃ Ioh. Secerii Epistola ad Iohannem Remboldum Hattensem; fol. a 2ᵇ—k 3ᵃ Mel. Grammatica latina; fol. k 3ᵇ—p 6ᵃ Mel. Compendiaria Dialectices ratio; fol. p 6ᵇ—t 4ᵇ Mel. Elementa Rhetorices; fol. t 5ᵃ—u 5ᵇ Hulderichi Hutteni, de arte versificatoria, carmen heroicum, subiunctâ Clausulâ; fol. u 6ᵃ Insigne typogr.: Clypeus, in quo Iani caput bifrons est; fol. u 6ᵇ vacat) **).

In Secerii Epist. nuncupatoria praeter alia leguntur haec: „At vero dum tot sint hodie Grammatici — qui delicatam, adeoque impuberem aetatem, latinae doceant elementa linguae, is qui cum optimus, tum brevissimus sit, deligendus est communi eruditissimorum omnium iudicio, seculique potissimum nostri ratione, id postulantibus. Quod utrumque Philippum praestitisse Melanchthonem unicum literarum decus, nemo est, modo vel parum Institutiones eius grammaticas degustarit, qui ignoret: unde et iuventuti proponendum optimo illum consilio duxerim. Porro Grammatica illa ipsa, superioribus diebus Norimbergae recognita, ac in plerisque locis aucta, mihi adlegavit, ut sub incudem ea revocata, de integro evolgarem. Cui tum, ut in aliis omnibus, oppido quam lubenter morem gessi. Adieci autem et eiusdem Dialectica ac Rhetorica, item Hutteni de ratione condendi Carminis libellum, ne quid vel in hac parte deesset Iuventuti."

Grammatica latina Philippi Melanchthonis ab auctore nuper aucta et recognita. Parisiis ex officina Roberti Stephani MDXXVI. Pridie Nonas Octobris. 8. ***).

Elementa Latinae Grammatices. Auctore Philippo Melan. Wittembergae. — (In fine:) *Wittembergae Ioseph Klug excudebat, Mense Maio, Anno salutis. M.D.XXVII.* 8.

Quamquam haec *Elementa Latinae Grammatices* a. 1527. cum *Grammaticae Latinae* Ed. Viteb. a. 1526. conferre non potui, quia neutram hucusque vidi; tamen non dubito, quin uterque liber omnino eadem contineat, quoniam seriores utriusque libri editiones, quas in manibus habeo, plane inter se congruunt. Melanthon ipse in epistola ad Egenolphum editionibus secundae aetatis adiuncta Grammaticam suam libellum *de Grammaticae elementis* collectum appellat.

Philippi Melanchthonis latina Grammatica. Parisiis ex Officina Roberti Stephani, MDXXVII. VII. Idus Septemb. 8.

— — (Idem Index ac Ed. Paris. a. 1527.) *Parisiis ex officina Roberti Stephani MDXXVIII. XII. Cal. Novembris.* 8.

— — (Idem Index) *Parisiis ex officina Roberti Stephani MDXXIX. XVI. Cal. Octobr.* 8.

Grammatica Latina Philippi Melanchthonis, ab authore nuper et aucta et recognita. Norembergae apud Io. Petreium, Anno M.D.XXIX. 8 3/4 plagg. litt. A—I (I 3/4 pl., 6 foll. cont.) sign., 70 foll. non num. 8. (fol. A 2. Chiliani Goltsteinii praefatio ad lectorem ex Ed. 1525. repetita; fol. A 3ᵃ—I 6ᵃ Mel. Grammatica lat.; fol. I 6ᵇ vacat) ****).

Elementa latinae grammatices recognita ab auctore Philippo Melanchthone. Lipsiae Nicol. Faber. 1532. 8. †).

Philippi Melanchthonis Grammatica latina, et Syntaxis, et de periodis et quantitate Syllabarum. Parisiis ex officina Roberti Stephani MDXXXII. IIII. Cal. Aug. 8. ††).

---

*) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 27. et Panzerus l. l. IX. p. 86. nr. 183. memorant. Ipse eam nondum vidi.

**) Haec Ed., quae ex Biblioth. acad. Vratislav. mihi ad manus est, a Strobelio l. l. p. 27. breviter sic affertur: *Gramm. lat. — Hagen. Io. Secer.* 1526. 8.

***) Hanc Ed. et quatuor subsequentes Panzerus affert l. l. VIII. p. 98. nr. 1530., XI. p. 539. nr. 191. b., VIII. p. 105. nr. 1607., et p. 114. nr. 1710.

****) Hanc Ed. a Strobelio l. l. p. 27. et Panzero l. l. VII. p. 476. nr. 263 allatam ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

†) Hanc Ed. Hirschius in Millenario I. p. 53. nr. 618. et Panzerus l. l. VII. p. 225. nr. 868. memorant.

††) Haec Ed. recensetur a Panzero l. l. VIII. p. 156. nr. 2142.

Grammatica latina Phil. Melanchthonis ab authore aucta et recognita. Friburgi Brisgoiae per Iohannem Fabrum. MDXXXI. 8. *).

Grammatices Latinae Elementa, ad pristinam brevitatem pueris accommodatiorem, redacta, vt olim sunt conscripta, et postea correcta ab autore Philippo Melanthone. Addita est eiusdem Syntaxis, Item de Prosodia et periodis libellus Lipsiae in officina typographica Nicolai Fabri. — (In fine Grammatices:) *Lipsiae ex officina typographica Nicolai Fabri.* Hanc Grammaticen sequitur Syntaxis cum hoc proprio Indice: *Syntaxis olim a Philippo Melanthone collecta Nunc locupletata, ut sit ad usum scholarum accommodatior. Cum Praefatione Philippi Melanthonis. Adiecti sunt in margine exemplorum loci. Lipsiae* **). Grammatica cont. 10 plagg. litt. A—K sign., 80 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. (fol. A 2. Chiliani Goltsteinii praefatio ad lectorem; fol. A 3ª—K 7ᵇ Grammatica lat., subiunctâ Clausulâ; fol. K 8. vacat). Numerum plagularum Syntaxeos eam ob causam definire nequeo, quod meum exemplum in huius partis fine inde a fol. O 6 mancum est. (fol. A 1ᵇ Andreae Vincleri praefatiuncula ad Lectorem; fol. A 2ª—6ᵇ Phil. Melanthonis epistola dedicatoria ad Iustum Ionam; inde a fol. A 7ª seqq. Syntaxis cum annotatt. marginall. etc.).

Grammatices Latina (sic) *elementa, a Philippo Melancht. authore iam pridem emendata et aucta. Syntaxis eiusdem adnexa. Item. De Periodis, et Prosodia. Tubingae Anno M. D. XLVI.* Hic Index figuris ligno incisis cinctus est. — (In fine:) *Tubingae, per Vlrichum. Morhardum. Anno. M. D. XLVI.* superimposito Insigni typogr., cui superscripta sunt verba: *In manu Domini sunt omnes fines terrae.* 12½ plagg. litt. A—N (N ½ pl.) sign., 100 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. (fol. A 1ᵇ—2ª Chiliani Goltsteinii epistola ad Lectorem; fol. A 2ᵇ—I 4ª Grammatices Lat. elementa, quibus in fine Eobani Hessi ad Lectorem Epigramma additum est; fol. I 4ᵇ—L 8ᵇ med. Syntaxis Phil. Melanchthonis (sine praefat.); fol. L 8ᵇ med. — M 2ª De Periodis; fol. M 2ᵇ—N 3ª med. Prosodia; fol. N 3ᵇ Insigne typogr.: Mundus a catena pendens, quam Dei manus e nubibus porrecta tenet, Clausulâ subscriptâ; ult. fol. album) ***).

Utrum haecce Ed.

Phil. Mel. elementa latinae grammaticae recognita ab auctore. Lips. 1542. ****)

cum Editt. praecedentibus, an sequentibus congruat, nescio, quia eam nondum vidi.

Hae Editt. Grammaticam latinam Melanthonis talem continent, qualem auctor ipse primum in Erasmi Ebneri usum conscripsit (sic Ed. princeps), deinde, postquam a Kil. Goldsteinio edita erat, auxit et recognovit (sic Editt., quae Ed. principem subsecutae sunt). In his igitur prima huius Grammatices aetas exhibetur. Omnes Editt., quas nunc deinceps enumerabimus, continent hanc Grammaticam ab aliis mutatam et auctam.

Secunda aetas huius Grammatices.

Haec aetas complectitur eas Editt., quae a Iacobo Micyllo, ipso Melanthone rogante, auctae et recognitae sunt, id quod non ex Indice harum Editt. intelligitur, sed ex Epistola Melanthonis ad Christianum Egenolphum, typographum Francofordiensem, Witebergae a. 1540. scripta et hisce Editt. adiuncta, quae in Selectarum Declamationum Melanthonis Ed. formae mai. (Argentorati 1541. 4.) p. 762—765. et Editt. formae min. Tom. II. p. 213 sqq. recusa est sic inscripta: „Praefatio Philippi Melanthonis in Micylli Grammaticam." atque in huius Corp. Vol. III. p. 1118—1121. †). Ex hac epistola iuvat hunc afferre locum, ex quo lector Melanthonis et de sua ipsius Grammatica et de hac Micylli recognitione eius iudicium cognoscat.

Honesto Viro Christiano Egenolpho Philippus Melanthon S. D.

Cum viderem versari passim in manibus puerorum libellum a me quondam ad usum Ebneri adolescentis, de Grammaticae elementis collectum, saepe optavi, ut eruditus aliquis ac prudens censor eum emendaret, et quaedam adiiceret a me non recte praetermissa, aut certe ut aederet Grammaticen aptiorem et utiliorem pueris. Quanquam enim extant Grammatici libri multorum, tamen plerique propter prolixitatem negliguntur. Valde autem probo Micylli eruditionem ac iudicium, et video eum ea virtute praeditum esse, ut scholasticas operas non fastidiat. Quare cum eum propter ingenii elegantiam, et multiplicem eruditionem, ac mores optimos amem et suspiciam, profecto ob hanc causam pluris etiam facio, quod non gravatim confert operam ad iuvanda puerilia studia, cum

*) Haec Ed. affertur a Strobelio l. l. p. 27. et Panzero l. l. VII p. 61. nr. 27.

**) Haec Ed. in meis libris est.

***) Hanc Ed. ex Biblioth. regia Stuttgard. in manibus habeo.

****) Haec Ed. in Biblioth. ducali Coburg. est.

†) Conf. etiam quae a Raumero Gesch. der Pädag. I p. 202 sq. de hac epistola referuntur.

alia posset scribere paritura ei plus admirationis apud exteros. Eaque in re et iudicium ipsius et voluntatem sentio laudandam esse. Videt quid conducat publicis studiis, et est iustitia nostri ordinis, hanc militiam non diffugere, ac iuvare discentes.

Cum igitur hanc Micylli voluntatem nossem, et scirem singularem eius in iudicando prudentiam esse, oravi eum, ut emendaret hunc Grammaticum libellum, qui meo titulo circumfertur. Etiam si mihi plus otii esset, tamen anteferrem Micylli censuram meae. Sciunt autem multi, quae mihi, non dicam occupationes, sed plane aerumnae scolastica negotia, quae et amo, et facio plurimi, saepe de manibus excutiant. Gaudeo igitur, mi Egenolphe, Micyllum hanc emendationem instituisse, ac adolescentes adhortor, ut et Micyllo et tibi agant gratias. In mea prima aeditione quaedam desiderabantur. Quanquam autem adiici illa prodest, tamen modus adhibendus est in locupletandis praeceptis, ne deterreantur adolescentes prolixitate. Sed hanc totam rem cum prudentiae tum fidei Micylli committo, qui quidem hunc laborem et Deo gratum esse existimet. etc. — — Vuitebergae Anno M. D. XL.

Praeterea conferenda est Praefatio, quam Camerarius suis Editt. praefixit, quae incipit ab hisce verbis: Hunc libellum primum compositum a Philippo Melanchthone, deinde multis in locis auctum et quasi reconcinnatum a Iacobo Micyllo, optimum visum fuit etiam apud nos proponi inter eos, de quibus ordinaria doctrina explicaretur etc.

Ex illa Melanthonis epistola elucet primam Micylli editionem *Francofurti apud Christ. Egenolphum* 1540. prodiisse verisimiliter sic inscriptam:

Grammatica Philippi Melanthonis Latina iam denuo recognita et plerisque in locis locupletata. Francofurti apud Christ. Egenolphum, 1540. 8.

quamquam huius Ed. in nullo libro, quem hucusque legi, mentio est facta.

Haec Micylli Ed. prima recusa esse videtur in hisce Editt.:

Grammatica latina. Norimb. per Io. Petreium, 1540. 8. *).

— — *Vratislav.* 1540. 8.

Phil. Melanthonis Grammatices latinae etymologia. Basileae 1540. 8. **).

Item repetita est in *Tomo V. Operum Phil. Melanthonis*, qui *Basileae a. M. D. XLI. mense Augusto* Fol. prodiit, p. 1—118. sic inscripta:

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina. (p. 1—75 med. Etymologia [sine hac inscriptione]; p. 75 med. — 107 med. De Syntaxi, cum Praefatione Phil. Mel. ad Iustum Ionam, filium Iusti Ionae Dr.; p. 107 med. — 108 med. De Periodis; p. 108 med. — 109 init. De Distinctionibus; p. 109 init. — 118 med. Prosodia. [Mel. epistola ad Egenolphum omissa]).

Praeterea in hisce Editt.:

Grammatica Philippi Melanthonis, Latina, iam denuo recognita, et plerisque in locis locupletata. Norimbergae apud Ioh. Petreium. M. D. XLII. 24 plagg. litt. aa—zz, Ⲁ Ⲁ sign., 192 foll. non num., 8. (fol. aa 1[b] Epigramma Eobani Hessi; fol. aa 2[a]—qq 6[b] Grammatica lat. [i. e. Etymologia]; fol. qq 7[a]—yy 5[a] De Syntaxi [sine praefat.]; fol. yy 5[b]—7[a] med. De Periodis; fol. yy 7[a] med. — 8[a] init. De Distinctionibus; fol. yy 8[a] p. init. — Ⲁ Ⲁ 5[b] De Prosodia; fol. Ⲁ Ⲁ 6[a]—8[a] Melanthonis epistola ad Christ. Egenolphum a. 1540. scripta; ult. pag. vacat) ***).

— — (Idem Index?) *Francof.* 1543. 8. ****).

— — (Idem Index ac Ed. Norimb. 1542. cum dedicat. ad Egenolphum) *Magdeburgi exc. Mich. Lotther.* 1544. 8. †).

Grammatices latinae Ph. Mel. elementa iam denuo emendata et aucta. Eiusdem Syntaxis, item de Periodis et Prosodia. Francof. Christ. Egenolph. 1545. 8. ††).

Grammatica Philippi Melanthonis Latina, iam denuo recognita, et plerisque in locis locupletata. His subiunctum est Insigne typogr.: Ara rotunda, in qua cor flammis cinctum est. *Cum Gratia et*

---

*) Sic brevissime Strobelius l. l. p. 27. hanc Ed. et subsequentem affert, quippe quas ipse non vidit, neque ego hucusque conspexi. Verisimillimum est, has Editt. non ad primam aetatem pertinere, sed ad hanc alteram, easque item illam Melanthonis ad Egenolphum epistolam continere.

**) Haec Ed., quam nondum vidi, in Biblioth. ducali Gothana est.

***) Hanc Ed. etiam a Strobelio l. l. p. 27. recensitam ex Biblioth. senat. Norimb in manibus habeo. Ex hac Ed. illum epistolae Melanthonis locum descripsi.

****) Haec Ed., quam nondum vidi, in Biblioth. acad. Tubing. est.

†) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 28. et Hirschio in Millenar. IV. p. 71. nr. 881. affertur.

††) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 28. et Hirschio l. l. IV. p. 73 sq. nr. 907. recensetur.

Priuilegio Caesareo, ac Regio. Franc. Apud Christianum Egenolphum. — (In fine:) *Francoforti, Apud Chr. Egenolphum Hadamarium. An.* 1546. quibus superimpositum est idem illud Insigne, quod hoc quidem loco circumscriptum est hisce verbis: *Pietas ad omnia Vtilis est.* 1. *Timoth.* 4. 30 plagg. litt. A — Z, a — g sign., 240 foll. non num., 8. min. (fol. A 2ᵃ — 4ᵃ Mel. Epistola ad Christ. Egenolphum, Typographum Francofordiensem; fol. A 4ᵇ — V 3ᵇ med. Grammatica lat.; fol. V 3ᵇ med. — e 4ᵃ init. De Syntaxi, cum praefatione; fol. e 4ᵃ med. — 6ᵃ med. De Periodis; fol. e 6ᵃ med. — 7ᵃ med. De Distinctionibus; fol. e 7ᵃ med. — g 7ᵇ Prosodia; fol. g 8ᵃ Clausula cum Insigni; fol. g 8ᵇ vacat) *).
— — (Idem Index) *Norimbergae apud Io. Petreium* 1548. 8. **).

Illae Editt. Francofurtanae repetitae sunt hisce:

Grammatica Philippi Melanthonis Latina, Iam denuo recognita, et plerisque in locis locupletata. His subiunctum est Insigne typogr.: Ara quadrata, in qua cor flammis cinctum est. *Cum Gratia et Priuilegio Caesareo, ac Regio. Franc. Apud Chr. Egenolphum Hadamarium.* — (In fine:) *Francoforti, Apud Chr. Egenolphum Hadamarium. Anno. M. D. LI.* superposito eodem illo Insigni h. l. sic circumscripto: *Pietas Ad omnia Vtilis est.* 1. *Timoth.* 4. 39 plagg. litt. A — Z, a — f sign., 232 foll. non num., 8. (fol. A 2ᵃ — 4ᵃ Mel. Epist. ad Chr. Egenolphum; fol. A 4ᵇ — T 6ᵃ Gramm. lat.; fol. T 6ᵇ — d 3ᵇ De Syntaxi, cum praefat.; fol. d 4ᵃ — 5ᵇ De Periodis; fol. d 6. De Distinctionibus; fol. d 7ᵃ — f 6ᵇ Prosodia; fol. f 7ᵃ Clausula cum Insigni; fol. f 7ᵇ — 8ᵇ vacant) ***).

Grammatica Philippi Melanthonis Latina. Iam olim quidem recognita et aucta, nouissime autem etiam cum Scholijs et Annotationibus aliorum collata, atque emendata. Cum Gratia et Priuilegio Caesareo. His verbis subiunctum est Insigne typogr.: Ara quadrata, in qua cor flammis cinctum est. *Franc. Apud Haeredes Chr. Egenolphi.* — (In fine:) *Francoforti, Apud haeredes Chr. Egen. Hadamarij. Anno. M. D. LIX.* 29¾ plagg. litt. A — Z, a — g (g ¾ pl., 6 foll. cont.) sign., 476 pagg. num. 8. (p. 3 — 7. Melanthonis Epist. ad Chr. Egenolphum a. 1540. scripta; p. 8 — 304. Grammatica lat.; p. 305 — 435. init. De Syntaxi, cum praefatione; p. 435 med. — 439 init. De Periodis; p. 439. med. — 441. init. De Distinctionibus; p. 442 — 476. Prosodia, subiunctâ Clausulâ).

Sequitur tertia huius Grammaticae aetas comprehendens Editiones, quae auctoris voluntate a Ioachimo Camerario, Phil. Bechio et Io. Baptista Schenkio adiuvantibus, recognitae et annotationibus recentibus locupletatae sunt ****). Ed. princeps huius aetatis a. 1550. †) prodiit sic inscripta:

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina, Iam denuo recognita et plerisque in locis locupletata, et auctoris voluntate edita. Accesserunt et annotationes recentes, de consilio Ioachimi Camerarii, utiles futurae tam Magistris quam Discipulis. Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. L. Cum Priuilegio quinquennij. 33½ plagg. litt. α, A (A ½ pl., 4 foll. cont.) — Z, a — k sign., 12 foll. non num., 507 pagg. num., ult. pag. vacat (fol. α 2ᵃ — A 2ᵃ cont. hasce epistolas: 1. Phil. Melanchthonis ad Ioach. Camerarium Prid. Iduum Octobris scriptam, 2. Ioach. Camerarii ad Ph. Melanchthonem XVII. Cal. Novembris scriptam, 3. et 4. Phil. Melanchthonis ad Ioach. Camerarium XV. Cal. Novembris et ad Valentinum Papam Chalcographum Lipsiensem eodem die scriptas [hae quatuor epistolae in huius Corp. Vol. VII. inter epistolas anni 1550. non inveniuntur, neque in Libro epistolas Ph. Melanchthonis ad Ioach. Camerarium scriptas continente, Lipsiae 1569. 8. edito exstant], 5. Ph. Melanchthonis ad Christ. Egenolphum, Typographum Francofordiensem a. 1540. scriptam ex Editt. secundae aetatis repetitam; fol. A 2ᵇ — 4ᵇ Ioach. Camerarii praefatio ad lectorem Lipsiae XIII. Cal. Octobr. 1550. scripta, eiusdemque admonitio, ne quis Caesareum Privilegium de hac sua Ed. sibi concessum laedat; pag. 1. [fol. B 1ᵃ] — 325. Grammatica lat. cum annotatt. marginall.; p. 326 — 465. med. De Syntaxi c. notis marg., praemissâ praefatione; p. 465. med. — 469. med. De Periodis c. nott. marg.; p. 469. extr. — 471. med. D. Distinctionibus c. nott. marg.; p. 471. extr. — 507. med. Prosodia c. nott. marg.; ult. pag. vacat) ††).

Epistolas illas quatuor in hoc Corp. omissas cum Camerarii praefatione et admonitione hic exhibere iuvat.

Philippus Melanchthon Ioachimo Camerario Pab. V. opt. amico S. cariss. S. D.

Facundus comes in via pro vehiculo est. Adiungito igitur Sadoletum cum Francicum iter suscipies, nisi venit ille istuc tardius, id quod de indicatione consilii tui verebamur. Huius dulcissimis sermonibus lenietur itineris

*) Hanc Ed., quam Strobelius l. l. p. 28. et Hirschius l. l. IV. p. 75. nr. 931. afferunt, ex Biblioth. senat Norimb. in manibus habeo.

**) Haec Ed a Strobelio l. l. p. 29. recensetur.

***) Hanc Ed. et subsequentem Strobelio ignotas ex Biblioth. acad. Heidelberg. in manibus habeo.

****) Conf. de his Editt. Raumer Gesch. d Pädagog. T I. p. 203.

†) Strobelius, quem haec Ed. fugit, l. l. p. 29. primo loco Editionem anni 1552. affert.

††) Hanc Ed. ex Biblioth. acad. Lipsiensi in manibus habeo.

molestia, cum per Turingiacum saltum et Nariscos tuos eundum erit. Etsi te quidem habiturum comitem Ballorhodum audimus, cum quo ita erunt multa, quae voles ac cupies loqui, et tantam de illius συνομιλήσει capies voluptatem, ut neque desideraturus aliam sublevationem, neque interpellationem ullam admissurus esse videaris: Verum in praefectura hunc fortasse relinquetis. At inde etiam qui vos prosequantur habebitis notos homines, et tui inprimis amantes. Venies etiam, ut opinor, ad praefectum Regio monti, cuius humanitas et suavitas atque profecto etiam sapientia, non reliquit locum alienis disputationibus. Nam illic, quo tendis, scio tibi tales curas, negotiorum tuorum occupationibus et carissimi tibi amici colloquiis penitus excussum iri. Sed tu habes Sadoletum, quem voluisti. Mihi quidem nuper istinc reverso domum, regustanti scriptum, placuit consilium operis et imitatio antiquitatis. Ac de utraque re vel potius de toto opere tuum iudicium ad nos perscribes. Casparem hoc tempore hinc expatiari, moleste ferebam, cum instaret ἀρχαιρεσία, in qua χειροτονία ipsius poterat me nova solicitudine liberare. Hanc epistolam si accipies ante iter tuum, fac rescribas nobis, priusquam proficiscaris, hoc mihi erit gratissimum. Etiam ex itinere velim φοιτᾶν πρὸς ἡμᾶς literas tuas, non solum ad levandam solicitudinem meam, quam relinquit nobis tua peregrinatio, sed ἵνα φοιτῶσ' ἂν εὐφραίνοιεν. Bene et feliciter vale cum familia universa. Prid. Iduum Octobris.

Ioachimus Camerarius Philippo Melanchthoni V. Clarissimo, S. D.

Haec scripsi, cum iam esset deponenda provincia, vel, si mavis, abeundum magistratu semestri nostro. accepi autem literas una cum libro a Caspare nostro tuas ad vesperam hesterni diei, quo tempore Caspar una cum Erasmo ad nos venit. ac tum quidem librum inspexi, sed quod cum gratissimis hospitibus colloqui de pluribus cuperem, et omnibus paene momentis interpellarer ab iis, quibus negotii aliquid coram me erat, legere nihil potui. Post coenam autem ad lucernam sane multas pagellas confeci, ac praeclarum mihi scriptum visum est, et consimile aliorum huius autoris hominis politissimi. etsi quaedam in summa diligentia eruditionis illius desidero. Concedatur enim hoc et nobis ut iudicium faciamus et de hominum et de scriptionum genere isto, vel si illa quasi divinitas suspicienda tantum est nobis, veluti ἐπιχθονίοις laudentur sane et pulcerrima esse perhibeantur universa, sed de his coram aliquando. Meum iter adhuc differtur, remorante nos Ballorhodo, qui primum terrore quodam narrationis illud retudit, nunc cessatione sua retardat. Constituimus tamen ad diem proximum XIIII. Cal. Novemb. illud nos ingressuros esse. Te vix putant huc venturum ad nuptias, futurum enim istic dictatorem, ut tu appellas. De libro scire cupio, cuius ille sit, ut pretium solvatur, nam volo eum retinere. Nunc ad te venio cum petitione parva illa quidem et facili, sed quam obtineri plurimum interest eius, cui nos hanc operam damus. Res autem haec est. Noster Papa, is vir quem de sermonibus nostris cognovisti, id est, pius, probus, diligens, ἀχρήματος, post editum a me permissu tuo Grammaticae Graecae libellum, etiam Latinum emittere parat, eum quem Micyllus noster verissimis a te ornatus laudibus, quondam dedit nobis aliquanto pleniorem. Hoc fieri te sciente et consentiente mirifice vult et laborat, et in hoc non tam successum omnem editionis situm esse, quam existimationem suam verti arbitratur. Confugit igitur ad me et intercessorem me sibi esse expetit. Quapropter te, mi Philippe, vehementer etiam atque etiam rogo *), primum ut in hac re Papae desiderio obsequaris, et mihi gratificeris, qui illi optime cupio, vel si tu aliter censeas, de hoc etiam me reddas certiorem. Vale mihi suavissime Philippe. Nostra familia peramanter te et tuos omnes salutat, Te vero officiosiss. G. Comes noster. Iterum vale, XVII. Calendas Novembris.

Philippus Melanchthon Ioachimo Camerario Paberg. V. opt. amico S. summo, S. D.

Sunt quidem scolastici magistratus opinione multorum neque dignitate praestantes, et laborum atque periculorum singularium expertes: Utque doctorum sapientia χολὴν οὐκ ἔχειν perhibetur: ita horum inter ipsos administratio lenis et placida et tuta esse creditur. Tu tamen profecto et sensisti nunc etiam quanta molestia sit ἐν τῷ ἄρχειν, et semestre tuum finitum esse valde laetaris. Atque essent fortasse in nostris πολιτεύμασιν facilia omnia, si non scolasticus ordo iniquitate quadam vel hominum vel temporum graviter laboraret. Experimur enim in dies magnas et difficiles adversationes, cum quibus nobis est luctandum, impari quidem apparatu, et admodum dissimilibus copiis. Nam quibus nos rebus instructi sumus, id est, humanitate et literis et mediocri eruditione ac doctrina, eae neque firmae satis ad protegendum, neque validae ad defendendum reperiuntur hoc tempore, quo animi hominum divitiarum et potentiae splendore capti, favoris et existimationis quasi viribus destitutas illas imbecilles et εὐνικήτους relinquunt. Nam quod sit adversariorum robur, quae et quam densa agmina, quae virorum armorumque instructio, nihil est necesse perscribi, praesertim ad te, quem certius omnia quam velles, non audiendo sed experiundo comperisse scio. Atque utinam esset inter eos modo concordia et animorum voluntatumque consensio, quorum unus ordo est καὶ μία τὶς οἷον συμμορία, neque in professione pulcerrima optimarum literarum et artium usurparentur alienissima studia pertinaciae et malevolentiae, ita enim melius vel cedendo vel dimicando, si opus esset, salutem possemus tueri, nam dignitatem quod speremus nihil est, quam prorsus amisimus. Dicit noster civis Demosthenes locupletem esse rempublicam eam, quae societate et fide et benevolentia augeatur, quibus nostrae fere communitates nequaquam abundant. Sed haec de quodam sensu miseriae nostrae copiosius disputavi quam debui. Et cogitandum nobis est, cum nostra delicta tam prioris quam quotidianae vitae mereri animadversio-

*) rogo,] Ed. 1550. typogr. errore: roga,

nem quandam in nos, tum certo quodam consilio connivere interdum Deum ad hominum audaciam et scelera, ut, quemadmodum dicit idem, cuius paulo ante memini, Demosthenes, sibi in consideratione summae dementiae Atheniensium saepe subiisse *φοβεῖσθαι, μή τι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ*, ita nos certo statuamus haec mala, quorum partim dolore, partim metu exercemur, non existere fortuito, sed certis de causis a Deo immitti generi humano, et permitti ut diabolus, autor calamitatum, saeviat aliquando in terris immanius. Ac cum nos cupiamus esse in eorum numero, qui Christi primum ipsius, deinde Apostolorum praeconio convocati fuere, et nunc etiam verbis illorum convocantur, qui est coetus Christianus et ecclesia Dei, non querelis et nos et alios defatigare, sed hoc agere et perficere debemus, ut veritatem colamus, et fidem Deo praestemus, et freti misericordia illius consistamus quisque loco suo, non solum fortiter, tanquam in acie pugnaturi, si necesse sit, sed perpessuri etiam quaecunque oblata fuerint, scientes Deum, qui propter filium nos benevolentia sua complexus fuit, non posse a nobis esse alienum: Et hunc conservaturum Christo suo proprium coetum, in quo ipsius caritas et merita, ac beneficia inaestimabilia perpetuo praedicentur, et laudetur ipse pater domini et liberatoris nostri Iesu Christi, cum sancto spiritu. Hic neque durare neque constitui sine scolasticis conventibus, et bonarum artium cultura potest: Quapropter idem Deus noster etiam harum curam geret, et perficiet, ut aliquas sedes habeant, in quibus exerceri atque tractari possint. Nam si quid est vitii in re, vel si qui docti aut a cognitione et honore Dei sese avertunt, aut ad veritatem oppugnandam convertunt, de iis iudicium relinquamus *τῷ μόνῳ ἀληθεῖ κριτῇ*, quem neque fraus ullius fallere neque improbitas effugere poterit, nostrum vero quisque veluti in acie ac castris suum locum teneat et exequatur munus suum. Omnes autem spe certa nos sustentemus amoris Dei erga nos, propter Christum qui venit in hunc mundum, ut deformes peccatis et sceleribus pollutos et flagitiis inquinatos ablueret et mundaret. In huius igitur fide, illa, quam dixi, spe nos consolemur et precibus incumbamus invocantes opem Dei nostri, in his communibus tantis miseriis et aerumnis propriis nostris. Nequaquam autem existimemus in studiorum nostrorum etiam exordiis et primis elementis versari, aut Deo minus gratum aut nobis inhonestum esse. Imo haec ipsa fundamenta fideliter et accurate collocemus, super quibus aliquando aedificia praeclara doctrinae extruantur, ut puer possit perdiscere ea, quibus *μετ᾽ ὀλίγον ἀνὴρ γενόμενος* utatur, neu requirat tum, ut multis accidit, quasi *ἐφόδιον* doctrinae cum in medio iam itinere versabitur. Itaque neque me piguit puerilia studia etiam grammaticis praeceptiunculis instruere, neque illius operae pudet. Tibi quidem ago gratias, cum meos libellos edi curas, et dexteritatem Chalcographi vestri tua industria adiuvas. Neque admodum laboro, utrum iudicio vero an benevolentia tantum mihi tribuas, neque facile dixero, utrum maiorem mihi voluptatem allaturum esse videatur. Legi etiam nuper epistolam tuam, quam libello nostro Grammatices Graecae praeponi voluisti, scriptam perbelle, atque mihi valde placuit voluntatis tuae constantia erga hanc partem, quae contemnitur et parvi fit a plurimis. Nunc quidem quod petis ut obsequar desiderio Papae et tibi gratificer, in eo et libenter et cupide morem tibi geram, imo permitto vestro arbitrio totam editionem libelli mei, de quo quicquid egeritis, id recipio me ratum firmumque habiturum, vel etiam, ut *ἁπλούστερον* dicam, magnopere et per omnia probaturum esse. Ac me cum hoc studio vestro ornari constet, quod tam solicite peteres veniam editionis nihil erat. quis enim est, qui soleat refragari honori suo? *ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε, τιμώμενοι χαίρουσι*, secundum *σκηνικὸν φιλόσοφον* *). Sed de his satis. Scripsi autem et Papae, ut cumulate satisfacerem voluntati vestrae. Etiam dubitabam, an perventurae essent istuc literae meae ante discessionem tuam, etsi eram in ea opinione te omnino Ballorhodum expectaturum, neque sine illo vel duce, vel comite iter istud ingressurum esse, ad quod quidem quod attinet, cupio te feliciter illo confecto quam primum redire ad tuos, *καὶ πρὸς τὴν σχολαστικὴν παλαίστραν*, cuius humilitate et pulvere scio neque praestantiam neque splendorem ullum esse potiorem animo tuo. Deus pater Domini nostri Iesu Christi te custodiat. Vale. Tuam familiam universam amanter saluto. Comes noster in animo habeat sententiam Aristotelicam, *ὅτι ὁ διαφέρων ἐξόχως ἀρετῇ τῶν ἄλλων, ἐστὶν ὥςπερ θεὸς ἐν ἀνθρώποις*, quo magis amet disciplinam et gratias agat Deo, cum copiam ipsi fecit evadendi, *εἰς ζῶον θειότατον, τυχόντι παιδείας ὀρθῆς*, ut ait Plato **). Iterum vale. XV. Cal. Novembris, id est, altero die postquam tuas acceperam.

Philippus Melanchthon honesto Viro Valentino Papae Chalcographo Lipsensi, S. D.

Significavit mihi Ioachimus Camerarius, cui tuam diligentiae et industriae operam valde probari intellexi, Te cupere hoc tempore emittere in officina tua elaboratum libellum Grammaticae Latinae meum, ita quidem si hoc mihi non contrarium futurum sit. Ego vero, etsi pro ea amicitia, quae mihi cum Ioachimo tot annis intercedit, quicquid de illius consilio fecisses, fueram comprobaturus, tua tamen moderatione sum delectatus: Neque tibi solum libenter permitto, ut hunc libellum meum edas, sed cum alios meos iam tuis typis expressisti, ago tibi gratias, atque si potero adiuvare conatus tuos, non patiar requiri studium meum. Quin etiam prooemium non recusavissem scribere, si paululum modo otii suppeditavisset. Nam ego hoc tempore gravibus et molestis negotiis sum occupatissimus. Velim a Ioachimo aliquid scribi. Sed de his vos statuetis, quicquid autem feceritis, hoc me non solum probaturum, sed gratum etiam et acceptum habiturum esse polliceor, Vale. XV. Calend. Novembris.

---

*) Euripid. Hippol. 8.

**) Conf. Platon. Legg. VI. (Opp. Ed. H. Steph. Vol. III. p. 766. A.).

Hanc epistolam quartam sequitur quinta: Melanthonis ad Egenolphum, quam h. l. omittimus; hanc vero subsequuntur haec praefatio et admonitio:

Ioachimus Camerarius Lectori.

Hunc libellum primum compositum a Philippo Melanchthone, deinde multis in locis auctum et quasi reconcinnatum a Iacobo Micyllo, optimum visum fuit etiam apud nos proponi inter eos, de quibus ordinaria doctrina explicaretur: Quod non modo Grammaticae hic artis necessaria praecepta complecteretur, sed ea ipsa accurate et modice in illo descripta essent. INDICATIO quaedam adhuc deesse videbatur cum eorum locorum, quae de autoribus linguae Latinae exemplorum causa adducta essent, tum aliorum quorundam, qui nonnulla tractavissent verbosius, non modo hic iam ut discipulis, sed Magistris etiam utilis esse posset, quibus ea, quae aliis tradenda sunt, notiora scilicet esse oportet. In quam rem duo nuper adolescentes docti et perquam studiosi, Magistri bonarum artium, Philippus Bechius et Ioan. Baptista Schengius, qui in nostra Academia Grammaticam Latinam publice profiterentur, eam operam dederunt, quae a me praedicari aut commendari non debet, praesertim exposita ad cognoscendum omnibus, ut, quemadmodum dici solet, *αὐτὸ τὸ ἔργον* artificem demonstraturum sit. Etsi autem Schengius infinita quadam diligentia nonnulla nimis subtiliter scrutatus esse videri poterat, et ea interdum annotasse, quae essent in medio: Tamen in his paucis, quorundam etiam vel occupationibus servire vel laborem minuere, vel etiam, (dicendum enim est,) inertiae subvenire voluit. Caetera erunt eiusmodi, ut omnibus eruditis et bonis probari necesse sit. Nam et omnia nos recognovimus, et in quibusdam etiam adhibuimus nostram Censuram, qui certe si quid in ista parte nobis iudicii et scientiae vendicamus, id non iniuria facimus, cum in his studiis omnem fere priorem aetatem consumserimus, et eadem iam ingravescente ad haec initia doctrinae saepissime respiciamus. Cum autem Typographus noster Valentinus Papa hanc recentem editionem adornandam et exprimendam in officina sua recepisset, hunc laborem nostrorum et meam quoque industriolam, concesso in hoc genere Privilegio nobis, munire volui, ne statim huius difficiles conatus, alii facile arripientes sibi usurparent.

Idque etiam permittente Autore fecimus. Erit igitur iam deinceps hic libellus omnibus, ut dici solet, numeris absolutus, et is, cui neque deesse aliquid magnopere annotatione dignum, neque accedere amplius posse videatur, ut nunc consistere hoc fine perfectionis suae debeat, ne perpetua mutatione renovetur, et sit quasi *πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γε μὲν αὖθι καὶ ἄλλος.* Sed de his satis.

Nostris confido a plurimis, qui hoc libello uti voluerint, gratiam habitum iri, et meo etiam simul studio ac curae. Christum *σωτῆρα* oro, ut pietatis et bonarum artium coetus inter hos Mundi varios furores benigne tueri velit, ad veritatis aeternae illustrationem et gloriam sanctissimi nominis sui, et Ecclesiae suae incrementa. Lipsiae XIII. Calend. Octobris. Anno Christi Ihesu M. D. L.

Idem.

Quia arbitrabar prae aliis, hunc libellum recte et utiliter discentibus Latinas literas proponi posse, Ideo et autor ac adiutor fui adornationis et elaborationis huius, et hanc editionem ut nostram, concesso nobis Caesareo Privilegio defensam ac tutam esse volumus, ne quis sua sponte contra voluntatem nostram denuo exprimere, et hanc operam peculiarem nostrorum ac nostram, pro suo arbitrio usurpare ausit, contra facientibus multa proposita, quae in diplomate indicatur. Hoc monendum omnes duximus, ne quis forte detrimentum sibi hac in parte accerseret.

Hanc Editionem Camerarii primam secutae sunt hae:

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina, Iam denuo recognita et plerisque in locis locupletata, et auctoris voluntate edita, Accesserunt et annotationes recentes, de consilio Ioachimi Camerarii utiles futurae tam Magistris quam Discipulis. Item Tractatus de Ortographia (sic), *recens. Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M. D. LII. Cum Priuilegio quinquennij.* 34½ plagg. litt. *α*, A (A ½ pl., 4 foll. cont.) — Z, a — l sign., 12 foll. non num., 523 pagg. num., ult. pag. vacat, 8. (fol. *α* 2ª — A 2ª Eaedem quinque Epistolae, a quibus Editio praeced. a. 1550. orditur; fol. A 2ᵇ — 4ᵇ Camerarii praefatio Lipsiae Id. April. Anno M. D. LII. scripta, eiusque admonitio; pag. 1 — 325. Grammatica lat. cum notis margin.; p. 326 — 465. med. De Syntaxi c. nott. marg., praemissa praefatione; p. 465. med. — 469. med. De Periodis c. nott. marg.; p. 469. extr. — 471. med. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. 471. extr. — 507. med. Prosodia c. nott. marg.; p. 507. med. — 523. De Orthographia, in cuius fine addita sunt haecce: *Ioachimus Camerarius Pabeperg. perscrip. Id. Martij Anno Christi M. D. LII.*; ult. pag. vacat) *).

Camerarii praefatio huius Editionis a praefatione praecedentis a. 1550. eo tantum differt, quod verbis „*saepissime respiciamus.*" et „*Cum autem Typographus noster*" interserta sunt haecce: Deesse adhuc videbatur doctrina Orthographiae. Hanc igitur et ipsam adiungendam duximus, breviter re indicata potius quam explicata. Ita tamen, ut quod ad rationem emendate et recte scribendi pertineat, id a me *ὡς ἐν τύπῳ*, et generaliter demonstratum universum esse confidam."

---

*) Haec Ed. ex Biblioth. senat. Norimb. et regia Dresdensi mihi ad manus est.

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina, Iam denuo recognita, et plerisque in locis locupletata, et autoris uoluntate edita. Accesserunt et annotationes recentes, studiosis adolescentibus cum primis utiles futurae: una cum Tractatu de Orthographia, Ioach. Camerario autore. Basileae, per Ioannem Oporinum. — (In fine:) *Basileae, ex officina Ioannis Oporini, Anno Salutis humanae M.D.LIII. Mense Augusto.* **29** plagg. litt. α, a—z, A—E sign., 8 foll. non num., **447** pagg. num., ult. pag. vacat, **8.** (fol. α 2ª—3ª init. Camerarii praefatio Lipsiae Idib. April. Anno M.D.LII. scripta; fol. α 3ª med. — 8ª med. Tres epistolae Melanthonis: **1.** ad Ioach. Camerarium **15.** Calend. Nov. **1550.** scripta, incipiens a verbis: Sunt quidem scholastici magistratus etc., **2.** ad Valentin. Papam, Chalcographum Lipsensem eodem die scripta, **3.** ad Christ. Egenolphum, Typographum Francofordiensem, Vuiteb. M.D.XL. scripta; fol. α 8ᵇ vacat; pag. **1—281.** Grammatica lat. c. nott. marg.; p. **282—391.** med. De Syntaxi c. nott. marg., praemissa praefatione; p. **391.** med. — **394.** De Periodis c. nott. marg.; p. **395—396.** med. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. **396.** extr. — **428.** init. Prosodia c. nott. marg.; p. **428—444.** De Orthographia, Ioachimo Camerario autore, in cuius fine leguntur verba: ***Ioachimus Camerarius Pabeperg. perscrip. Id. Martij, Anno Christi M.D.LII.***; p. **445—447.** med. Mel. Carmen lat. inscriptum: ***Imago Ecclesiae, Per Philip. Melan.*** *Moses stans in cauerna rupis, ac uidens tergum Dei praetereuntis.* ***Exod.* 33.** [quod in huius Corp. Vol. X. p. **580** sq. nr. **199.** ex Vincentii collectione Epigramm. Mel. recensum est]. Huic carmini subiuncta est Clausula; ult. pag. vacat.) *).

— — (Idem Index ac Ed. **1552.**) *Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M.D.LIIII. Cum Priuilegio quinquennij.* **34½** plagg. litt. a, A (A ½ pl.) — Z, a—l sign., **12** foll. non num., **523** pagg. num., ult. pag. vacat, **8.** Singula foll. et pagg. huius Ed. cum Ed. a. **1552.** omnino congruunt **).

— — (Idem Index) *Noribergae* **1555.** **8.** ***).

— — (Idem Index) ***Lipsiae* 1557.** **8.**

— — (Idem Index) ***Lipsiae* 1559.** **8.**

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina, Iam denuo recognita et plerisque in locis locupletata, et autoris voluntate edita. Accesserunt et annotationes recentes, de consilio Ioachimi Camerarii utiles futurae tam Magistris quam Discipulis. Item. Tractatus de Orthographia, recens. Lipsiae in officina haeredum Valentini Papae. Anno M.D.LX. Cum Priuilegio quinquennij. **33** plagg. litt. a, A—Z, a—k (A et k ½ pl., 4 foll. contt.) sign., **12** foll. non num., **501** pagg. num., **1½** foll. ult. alba, **8.** (fol. a **2**ª—A **4**ᵇ cont. quinque Melanthonis et Camerarii epistolas huiusque praefat. et admonitionem; pag. **1—311.** Gramm. lat. c. nott. marg.; p. **312—444.** med. De Syntaxi c. nott. marg. et praefat.; p. **444.** med. — **448.** med. De Periodis c. nott. marg.; p. **448.** med. — **450.** init. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. **450.** med. — **484.** Prosodia c. nott. marg.; p. **485—501.** De Orthographia, in fine addita sunt verba: ***Ioachimus Camerarius Pabeperg. perscrip. Id. Martij Anno Christi, M.D.LII.,*** ult. **3** pagg. vacant) ****).

— — (Idem Index ac Ed. Basil. a. **1553.**?) ***Basileae* 1560.** **8.** †).

— — (Idem Index ac Ed. Lips. a. **1560.**) ***Lipsiae* 1561.** **8.** ††).

— — (Idem Index) *Lipsiae per haeredes Valentini Papae. Anno M.D.LXIIII. Cum Priuilegio quinquennii.* **34** plagg. litt. A—Z, a—l sign., **12** foll. non num., **517** pagg. num., ult. **1½** foll. alba, **8.** (fol. A **2**ª—B **4**ᵇ Epistolae **5** Mel. et Camer., huiusque praef. et admon.; p. **1—322.** Gramm. lat. c. nott. marg.; p. **323—459.** med. De Syntaxi c. nott. marg.; p. **459.** med. — **463.** med. De Periodis c. nott. marg.; p. **463.** med. — **465.** med. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. **465.** med. — **500.** Prosodia c. nott. marg.; p. **501—517.** Orthographia [a Camerario a. **1552.** perscripta]; **3** ult. pagg. vacant) †††).

Grammatica Philippi Melanchthonis recognita et locupletata. Accessit Tractatus de Orthographia recens. His subiunctum est Insigne typogr. Voegelini: Arca foederis cum duobus Cherubim et Christo cruci infixo, supra quem Iehova et columba [Spiritus S.] conspiciuntur. *Lipsiae, Cum privilegio Caesareo annorum decem.* — (In fine:) *Lipsiae, in officina Ernesti Voegelini Constantiensis.*

*) Haec Ed. Strobelio ignota in meis libris est.

**) Hanc Ed. ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

***) Hanc Ed. et duas sequentes Strobelius l. l. p. 30. sic breviter affert.

****) Hanc Ed. a Strobelio cum subsequenti l. l. p. 30. memoratam ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

†) Haec Ed., quae Strobelium fugit, in Biblioth. acad. Tubing. et regia Stuttgard. est.

††) Haec Ed. Strobelio itidem ignota in Biblioth. acad. Vratislav. asservatur.

†††) Hanc Ed. ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus teneo.

Anno M.D.LXIX. 36 plagg. litt. A—Z, a—n sign., 11 foll. non num., 552 pagg. num., ult. fol. album, 8. (fol. A 2. Melanchthonis epist. ad Camerarium pridie Iduum Oct. [1550.] scripta; fol. A 3. Camerarii epist. ad Mel. XVII. Cal. Nov. [1550.] scripta; fol. A 4ª—6ᵇ Mel. epist. altera ad Camer. XV. Cal. Nov. eiusd. anni scripta; fol. A 7ª—8ᵇ Camerarii praefatio ad Lectorem a. 1552. scripta eiusque admonitio; fol. B 1ª Mel. epist. ad Val. Papam XV. Cal. Nov. [1550.] scr.; fol. B 1ᵇ—3ᵇ Mel. epist. ad Chr. Egenolphum a. 1540. scripta; pag. 1—347. Grammatica lat.; p. 348. vacat; p. 349—489. Syntaxis cum praefat.; p. 490—494. init. De Periodis; p. 494. med. — 496. med. De Distinctionibus; p. 496. med. — 535. med. Prosodia; p. 535. med.—552. med. Orthographia a Camerario a. 1552. perscripta, in cuius fine Clausula addita est; ult. fol. vacat) *).

Annotationes, quae in praecedentibus Camerarii Editt. in margine leguntur, in hac et subsequenti textui interpositae sunt.

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina, iam denuo recognita, et plerisque in locis locupletata. Impressum Norinbergae, In Officina Typographica Vlrici Neuberi. M.D.LXIX. 25 plagg. litt. aa—zz, AA, BB sign., 200 foll. non num., quorum ultimum album est. (fol. aa 1ᵇ Eobani Hessi Epigramma ad Lectorem; fol. aa 2ª—rr 8ᵇ Prooemium et Etymologia; fol. ss 1ª—zz 7ª De Syntaxi (sine praefat.); fol. zz 7ᵇ—AA 1ª med. De Periodis; fol. AA 1ª med. — 2ª init. De Distinctionibus; fol. AA 2ª med. — BB 7ᵇ De Prosodia; fol. BB 8 vacat.) **). Haec Ed. huic tertiae Editionum aetati adnumeranda est, quoniam in textu cum Camerarii Editt. congruit (conf. e. c. Syntaxeos finem, ubi additamentum harum Editt. exhibet); ceteroquin ab illis discrepat 1. Indice, qui non cum Camerarii Editt., sed Micylli Ed. 1551. consentit, 2. omissis hisce: a. epistolis Melanthonis et Camerarii, huiusque praefatione et admonitione, b. Melanthonis praefatione in Syntaxin, c. annotationibus marginall., d. Camerarii de Orthographia tractatu.

— — (Idem Index ac Ed. Lips. a. 1569. cum eodem Insigni) *Lipsiae, Cum privilegio Caesareo annorum decem.* — (In fine:) *Lipsiae In officina Ernesti Voegelini Constantiensis.* sine anni indicio. 36 plagg. litt. A—Z, a—n sign., 11 foll. non num., 552 pagg. num., ult. fol. album, 8. (fol. A 2ª—B 3ᵇ cont. 1. Mel. Epist. ad Camer., 2. Camer. ad Mel., 3. Mel. ad Cam., 4. Mel. ad Papam, 5. Camerarii admonit. et praefat., 6. Mel. epist. ad Egenolph.; pag. 1—347. Gramm. lat. c. notis; p. 348. vacat; p. 349—489. Syntax. notis adspersis, c. praef.; p. 490—494. init. De Periodis c. notis; p. 494. med. — 496. med. De Distinctionibus c. notis; p. 496. med. — 535. med. Prosodia c. notis; p. 535 — 552. med. Camerarii tract. de Orthographia a. 1552. perscript., c. Clausula; ult. fol. alb.) ***).

— — *Vitebergae* 1570. 8. ****).

— — (Idem Index ac in Ed. Lips. 1569. cum eodem Insigni) *Lipsiae. Cum privilegio Caesareo annorum quinque.* — (In fine:) *Lipsiae imprimebat Iohannes Steinman. Anno M.D.LXXI.* 34½ plagg. litt. A—Z, a—m (m ½ pl., 4 foll. cont.) sign., 11 foll. non num., 528 pagg. num., ult. fol. album, 8. (fol. A 2ª—B 3ª cont. Mel. epistolam Camerarii ad Mel., alteram Melanthonis ad Camer., Camer. praef. et admon., atque Mel. epist. ad Papam et Egenolphum; p. 1—327. Gramm. lat. c. notis margin.; p. 328. vacat; p. 329—468. med. Syntax. c. nott. marg. et praefat.; p. 468. extr. — 472. med. De Periodis c. nott. marg.; p. 472. extr. — 474. med. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. 474. med. — 511. med. Prosodia c. nott. marg.; p. 511. med. — 528. De Orthographia tract. a Camerario 1552. perscript., subiunctâ Clausulâ; ult. fol. alb.) †).

— — *Lipsiae* 1572. 8. ††).

— — *Vitebergae* 1574. 8. †††).

— — *Augustae Vindel.* 1574. 8. ††††).

— — *Vitebergae* 1578. 8. †*).

---

*) Haec Ed. Strobelio ignota ex Biblioth. Ecclesiae Marianae Halensis mihi ad manus est. Etiam in Biblioth. acad. Vratislav. et regia Dresdensi asservatur.

**) Haec Ed. Strobelio ignota in meis libris est.

***) Hanc Ed., quae item Strobelium fugit, ex Biblioth. regia Dresdensi in manibus habeo.

****) Sic haec Ed. a Strobelio l. l. p. 30. affertur.

†) Hanc Ed. Strobelio ignotam ex Biblioth. acad. Lipsiensi in manibus habeo.

††) Haec Ed., quae a Strobelio l. l. p. 30. affertur, in Biblioth. regia Dresdensi est.

†††) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Stuttgard. invenitur.

††††) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 30. memoratur.

†*) Haec Ed., quae Strobelio latuit, in Biblioth. acad. Vratislav. est.

Grammatica Philippi Melanchthonis Latina — — *Francofurti* 1578. 8. *).

— — *Vitebergae* 1579. 8. **).

— — *Norimbergae* 1579. 8. ***).

— — (Idem Index ac in Ed. Lips. 1569. cum eodem Insigni) *Lipsiae. Cum privilegio Caesareo annorum quinque.* — (In fine:) *Lipsiae, imprimebat Iohannes Steinman. Anno M.D.LXXX.* 34½ plagg. litt. A—Z, a—m (m ½ pl., 4 foll. cont.) sign., 11 foll. non num., 528 pagg. num., ult. fol. album. Haec Ed. cum Ed. Lips. a. 1571. omnino congruit ****).

— — (Idem Index.) *Lipsiae.* — (In fine:) *Lipsiae, imprimebat Steinman.* 1583. 34½ plagg. 8. †).

Grammatica Philippi Melancthonis (sic) *recognita et locupletata. Accessit tractatus de Orthographia, recens.* Infra haec est Insigne typogr.: Femina dextrâ librum apertum, sinistrâ clavem tenens. *Cum gratia et Priuilegio. Witebergae. Anno M.D.LXXXIIII.* 34 plagg. litt. A—Z, Aa—Ll sign., 12 foll. non num., 517 pagg. num., ult. 1½ foll. alba, 8. (fol. A 2ᵃ—B 4ᵇ cont. 1. Melanthonis epist. ad Camer., 2. Camerarii ad Mel., 3. Mel. ad Camer., 4. Mel. ad Egenolphum., 5. Camerarii praef. ad lectorem a. 1552. scriptam; pag. 1—322. Gramm. lat. c. nott. marg.; p. 323—459. med. De Syntaxi c. nott. marg. et praefat.; p. 459. med. — 463. med. De Periodis c. nott. marg.; p. 463. med. — 465. med. De Distinctionibus c. nott. marg.; p. 465. med. — 500. Prosodia c. nott. marg.; p. 501—517. De Orthogr. tract. a Camer. 1552. perscript.; 3 ult. pagg. vacant.) ††).

— — (Idem Index ac in Ed. Witeb. 1584. cum eodem Insigni) *Cum gratia et Priuilegio. Witebergae. Anno M.D.LXXXV.* 34 plagg. litt. A—Z, Aa—Ll sign., 12 foll. non num., 517 pagg. num., ult. 1½ foll. alba, 8. Haec Ed. cum illa Ed. Witeb. 1584. omnino congruit.

— — (Idem Index ac in Ed. Lips. 1571.) *Lipsiae. M.D.LXXXV.* — (In fine:) *Lipsiae, Imprimebat Iohannes Steinman. Anno M.D.LXXXV.*, supra haec verba est Insigne: Iosua iuxta lapidem quadratum sic inscriptum: „Lapis testimonii. Ios. 24." stans cum duobus viris colloquens. 34½ plagg. litt. A—Z, a—m (m ½ pl.) sign., 11 foll. non num., 528 pagg. num., ult. fol. non num. in antica parte Insigne cum Clausula cont., in postica vacat, 8. Haec Ed. cum Ed. Lips. 1571. omnino convenit †††).

— — *Lipsiae* 1586. 8. ††††).

— — (Idem Index ac in Ed. Witeb. 1584. cum eodem Insigni) *Cum gratia et Priuilegio. Witebergae. Anno M.D.LXXXVII.* 34 plagg. litt. A—Z, Aa—Ll sign., 12 foll. non num., 517 pagg. num., ult. 1½ foll. alba, 8. Haec Ed. cum Ed. Witeb. 1584. omnino congruit *†).

— — *Witebergae* 1588. 8. **†), 1589. 8. ***†), 1592. 8. ****†), 1593. 8. †*).

— — *Lipsiae* 1593. 8. ††*).

— — *Witebergae* 1594. 8. †††*), 1596. 8. ††††*).

— — sine loci indicio 1595. 8. †††††*).

---

*) De hac Ed., quae a Strobelio l. l. p. 30. memoratur, dubito, utrum huius tertiae aetatis sit an secundae.

**) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Berolin. asservatur.

***) Haec Ed., quae item Strobelium fugit, in Biblioth. regia Stuttgard. est.

****) Haec Ed., quae Strobelio latuit, in Biblioth. acad. Erlang. et in meis libris est.

†) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 30. recenset, in Biblioth. senat. Norimb. est.

††) Hanc Ed. et subsequentem, quae Strobelium fugerunt, ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo.

†††) Hanc Ed. Strobelio ignotam ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo. In hoc exemplari titulus deest. Etiam in Biblioth. acad. Erlang. est.

††††) Sic haec Ed. a Strobelio l. l. p. 30. affertur.

*†) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 31. memorata ex Biblioth. acad. Erlang. mihi ad manus est.

**†) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Dresdensi est.

***†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 31. affert.

****†) Haec Ed., quae item Strobelium fugit, in Biblioth. acad. Vratislav. est.

†*) Haec Ed. a Strobelio non memorata in Biblioth. regia Dresdensi est.

††*) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 31. affert.

†††*) Haec Ed., quae Strobelio latuit, in Biblioth. regia Dresdensi exstat.

††††*) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 31. recenset.

†††††*) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. regia Stuttgard. est.

Quarta huius Grammaticae aetas complectitur *Editiones ex admodum necessariis notis* M. Iohannis Fabri *recognitas et locupletatas.* Huius aetatis sunt haece Editt.:

Grammatica Philippi Melanchthonis ex admodum necessariis notis M. Iohannis Fabri, Publicae utilitatis causa recognita et locupletata. Accessit Tractatus de Orthographia Recens. 16 02., quibus numeris interpositum est Insigne typogr.: Femina dextrâ librum apertum, sinistrâ clavem tenens. *Cum Gratia et Privilegio Caesareae Majestatis. Witebergae Excudebat Laurentius Seuberlich, Impensis Samuelis Selfisch.* 35 plagg. litt. A—Z, Aa—Ll, a sign., 12 foll. non num., 519 pagg. num., 1 pag. non num. vacat, ult. 8 foll. non num., 8. (fol. A 1 b Typographi praefatiuncula ad Lectorem; fol. A 2 a—B 4 b cont. 1. Mel. epist. ad Camer., 2. Camerarii ad Mel., 3. Mel. ad Camer., 4. Mel. ad Egenolphum; 5. Camer. praef. a. 1552.; pag. 1—322. Gramm. lat. c. nott. margin.; p. 323—461. med. Syntax. c. nott. marg. et praefat.; p. 461. med. — 465. med. De Periodis c. nott. marg.; p. 465. med. — 467. med. De Distinctionibus; p. 467. med. — 502. Prosodia; p. 503—519. De Orthographia tract. a Camerario 1552. perscript.; seq. pag. non num. vacat; fol. a 1—8. cont. Fabri de Anomalorum usu tractatum, cum hoc proprio Indice: Anomalorum quorundam, quae pag. 161. et seqq. habentur, verus apud probatos autores usus *).

Utrum haec Ed. huius aetatis princeps sit, an alia eiusdem Fabri praecesserit (an fortasse quaedam Editionum proxime praecedentium, quas nondum vidi, ad hanc aetatem pertineant), nescio. Ut lector harum Editionum quartae aetatis rationem cognoscat, hancce Typographi praefatiunculam adscribam:

Typographus Lectori S.

Cum quamplurima in Philippea Grammatica fuerint, quae sine negligentiae crimine dissimulari minime potuerunt: singulis literarum studiis addictis hisce notum facimus, M. Iohannem Fabrum, virum et eruditione et pietate clarum, hunc laborem plane Herculeum in se recepisse, ac non tantum pro falsis et incertis exemplis vera ac certa reposuisse: sed etiam exempla imperfecto sensu citata explevisse, nec non diversam, si qua fuit in autoribus, lectionem adjecisse. Quotiescunque igitur marginalia, sigillatim literis notata, occurrerint, tibi in mentem, lector amande, revocabis, verba sequentia ex admodum necessariis Notis M. Fabri esse desumta, Philippeo textu interim salvo et incolumi relicto. Cuius diligentiae etiam asscribes, quod sub finem huius libri verum Anomalorum usum appositum, et ubique fere numerum versuum ex Poetis assignatum deprehendis: ne marginalia confundas, aut quendam sudore suo prives. Vive et fruere **).

— — *Witebergae* 1606. 8. ***).

— — (Idem Index ac Ed. Witeb. 1602.) 16 10 interposito Insigni illius Ed. *Cum Gratia et Privilegio Caes. Majestatis. Witebergae, Excudebat Laurentius Seuberlich, Impensis Samuelis Selfisch.* 35 plagg. litt. A—Z, Aa—Ll, a sign., 12 foll. non num., 519 pagg. num., seq. pag. vacat, ult. 8 foll. non num., 8. Haec Ed. plane eadem continet, ac praecedens ****).

Sequitur denique quinta huius Grammaticae aetas, quae Editiones ab Erasmo Schmidio, Graecae linguae et Mathem. Professore Vitebergensi, iussu Saxoniae Electoris recognitas et locupletatas complectitur. Elector enim iubebat Melanthonis grammaticam, quam tanquam imperfectam plures illo tempore ex scholis removere studebant, variorum auctorum additamentis augeri atque corrigi, et hancce locupletatam in omnibus ditionis suae scholis retineri. Huius aetatis Ed. princeps prodiit a. 1621. sic inscripta:

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina Iussu Sereniss: Saxoniae Electoris, etc: cum ex aliis, tum ex Iul. Caes. Scaligero, Petro Ramo, Nicod. Frischlino, Iosepho Scaligero, Iohanne Wanckelio, Iohanne Rhenio, Recognita et locupletata. Cum Gratia et Privileg. Special. Electorali Saxonico. Witebergae Excusa Typis Iohannis Richteri, Impensis Haeredum Selfischij. Anno 1621. 38 plagg.)(,)( )(et litt. A—Z, Aa—Nn sign., 14 foll. non num., 2 foll. alba, 570 pagg. num., $1^1/_2$ foll. non num., $1^1/_2$ foll. alba, 8. (fol.)(1 b Insigne Electoris Saxoniae; fol.)(2 a —)( )(6 a Erasmi Schmidt epistola nuncupatoria ad Principem Iohannem Georgium Ducem Saxoniae etc. d. 5. Martii 1621. scripta; fol.)( )(6 b Admonitio ad docentes magistros de signis, quibus in hac Ed. quaestiones, regulae, exceptiones etc. pro Incipientibus [quae etiam seorsim in Compendium collectae habentur, v. infra], pro Mediis et pro Provectioribus etc. notatae sunt; foll.)( )(7. 8. alba; p. 1—238. Grammaticae Lat. Orthographia et Etymologia; p. 239—403. med. Syntaxis; p. 403. med. — 476. Prosodia;

*) Hanc Ed. Strobelio ignotam ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus teneo. In huius exemplaris fine ille Fabri tractatus deest. Etiam in Biblioth. regia Dresdensi et acad. Vratislav. est.

**) Huius praefatiunculae maximam partem etiam Strobelius l. l. p. 31 sq. ex Ed. a. 1610. exscripsit.

***) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 31. sic brevissime affert.

****) Hanc Ed., quam etiam Strobelius l. l. p. 31. recenset, ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo. Etiam in Biblioth. acad. Vratislav. est.

p. 477—489. De Figuris singularum partium Grammaticae; p. 490—491. De vitiis orationis grammaticae; p. 492—495. Differentiae quarundam vocum, memoriae puerorum causa Versibus comprehensae; p. 496—570. Abacus vocum prosodicus; seqq. 3 pagg. non num. Errata cont.; 3 ult. pagg. vacant) *).

Consilium, quod in hac nova editione secutus est, Schmidius in praefatione s. epistola nuncup. proposuit, quapropter huius praefationis prolixioris eam quidem partem afferam, quae praesertim editoris consilium continet:

„Atque haec omnia talia sunt, quae a singulis singula sunt praestanda. Ultimum quod attinet de conformi εὐμεθοδείᾳ praeceptorum; id nec a pueris, nec ab eorum parentibus aut magistris, nec etiam simpliciter ab omnibus simul rebuspublicis seorsim suo cuiusque loco praestari potest. Summi hic Magistratus cura provida et autoritas postulatur. Qua in parte tantum abest, ut Sereniss. Celsitudinis Tuae admonitione indigeat, ut potius Ipsa huic incommodo medelam afferre, inter tot tantasque gubernationis politicae curas, ultro sui muneris esse duxerit. Et proinde, quum Grammaticae Latinae Methodo, quam Vir incomparabilis Dn. Philippus Melanrhthon olim Witebergae docens praescripsit, meliorem hactenus, quod citra praeiudicium cuiuscunque laboris dictum esto, vix viderimus: Eandem in Scholis suae ditionis omnium ordinum omnibus retineri, et iuventuti proponi, more maiorum laudatissimorum iamdudum probe sancivit. Quia vero in illa Methodo praeceptisque Philippeis nonnulla desiderantur, nonnulla correctione indigere deprehensa sunt, quandoquidem Vir ille tot tantisque laboribus districtus, omnibus mendis grammaticis uno motu tollendis vacare non potuit, et dies diem perpetuo docet: Idcirco ut et Autori meritissimo suus maneret honor, et commodis iuventutis labore eius hactenus plurimum adiutae rectius consuleretur; Sereniss. Celsitndo Tua, Philippica praecepta Grammaticae Latinae, adhibitis ex Iulio Caesare, et eius filio Josepho Scaligero, Petro Ramo, Nicodemo Frischlino, Iohanne Wankelio, Iohanne Rhenio, aliisque, qui hisce Grammaticis operam impenderunt (quorum unumquemque debita laus ex merito manet) adminiculis, revidere, in locis quibusdam corrigere, defectus supplere, et abundantia eximere, paterna pro iuventute sollicitudine Clementissime mandavit, ut hac ratione cum huic Sereniss. Tuae Celsitudinis territorio, tum etiam vicinis aliis commodaretur. Atque ita Sereniss. Celsitudo Tua hanc ipsam, de qua sermo est, medelam scholis et iuventuti afferre laudabiliter sategit.

Mandato huic Clementissimo quum solus a discessu Rotenburgii et obitu Siberi, quibus una hoc negotium incumbebat, debitor divina providentia relictus an reservatus essem, parui, quantum tempestate illa morbida, quae totam fere Witebergam et me quoque tunc satis diu et repetitis intervallis premebat, Deo sustentante valui; et adhibitis simul cum Lipsiensis Academiae, tum Scholarum Provincialium a Sereniss. Celsitudine Tua requisitis iudiciis, Collegarumque Ieremiae Spigelii generi mei (qui tamen in medio operae cursu Kembergensem Praeposituram Sereniss. Celsitudine Tua consentiente adiit) et Augusti Buchneri (cuius ante et post Spigelii discessum, singularem industriam, iudiciique gravitatem et opus hoc adiuvandi insignem προθυμίαν merito gratus praedico) opera fideli consiliisque adiutus, Grammaticam Dn. Philippi Latinam, retentis iis, quae retineri potuerunt, in hosce libellos, quos Sereniss. Celsitudini Tuae, quae iussit ac voluit, subiectissime offero, redegi, ita quidem, ut primum ea, quae Discentibus praecipua essent, in σύστημα hoc quod unus exhibet, colligerem; reliqua deinde, quae magis singularia sunt, et usui Docentium atque Adultiorum magis inserviunt, peculiaribus ὑπομνήμασιν in altero comprehenderem; et ex pleno denique Grammatico Systemate Compendium Incipientium studiis accommodatum extraherem et peculiariter ederem."

Ad hanc Grammaticam idem Schmidius eodem anno addidit alteram partem seorsim excusam, in quam, ut in praefatione dicit, ea sunt redacta, quae magis sunt singularia, vel uberioris declarationis vicem sustinent, vel etiam docentibus et adultioribus inprimis pro informatione legenda et cognoscenda videntur. Haec pars sic inscripta est:

Hypomnemata et alia quaedam, ad Grammaticam Phil. Melanchthonis, Sereniss. Saxoniae Electoris etc. jussu Revisam Pertinentia, pro usu Adultiorum et Docentium, Seorsim edita. Cum Gratia et Privilegio Elect. Sax. (Insigne) *Wittebergae***), *Excusa Typis Iohannis Richteri.* 1621. 30 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Ff sign., 8 foll. non num., 463 pagg. num., ult. pag. non num., 8. (fol. a 2ᵃ—8ᵃ Erasmi Schmidt praefat. ad Lectorem d. 5. Martii 1621. scripta; fol. a 8ᵇ Errata insigniora in Hypomnematis; pag. 1—4. Introductio; p. 5—40. Orthographia; p. 41—309. med. Etymologia; p. 309. med.—403. init. Syntaxis; p. 403—455. med. Prosodia; p. 455. med. — 459. De Figuris grammaticis et De Vitiis orationis Grammaticae; p. 460—463. In Abacum prosodicum ὑπομνήματα; ult. pag. non num. cont.: Errata in ipso Systemate Grammatico ***).

Utraque huius Grammaticae pars saepe repetita est et multos per annos in Saxonicis aliisque scholis in usu fuit. An vero altera pars toties repetita sit, quoties prior recusa est, nescio. In huius enim Grammaticae exem-

---

*) Haec quoque Ed., quae a Strobelio l. l. p. 39 sq. recensetur, ex Biblioth. senat. Hamburg. mihi ad manus est.

**) Strobelius l. l. p. 40. hunc librum recensens, loco *Witebergae* scripsit: *Lipsiae*. Nescio, utrum etiam Lipsiae hoc anno prodierit, an (id quod mihi verisimillimum est) *Lipsiae* mendose pro *Witebergae* scriptum sit.

***) Hanc primam Ed. alterius partis ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo. In hoc exemplo haec Ed. Editioni Witeb. a. 1622. prioris partis Grammaticae assuta est.

pluribus, quae in manibus habeo, quoad alteram partem magna est diversitas; in aliis haec pars omnino deest, in aliis Editiones harum partium annis, quibus prodierunt, sunt diversae, e. c. prioris partis Editioni a. **1622.** alterius partis Editio a. **1621.**, in alio autem exemplo eiusdem partis Editio a. **1626.** assuta est, in aliis perpaucis utraque pars eiusdem anni est. Quapropter Editiones Hypomnematum seorsim excusas, quotquot ipse vidi aut ex catalogis cognovi, infra separatim recensebo.

Prior Grammaticae pars recusa est hisce Editt.:

— — (Idem Index ac Ed. Witeb. **1621.**) *Witebergae, Excusa Typis Iobi Wilhel: Fincelij, Impensis Haeredum Selfischij. Anno* **1622.** 38 plagg.)(,)( )(, et litt. A—Z, Aa—Nn sign., **14** foll. non num., **2** foll. alba, **570** pagg. num., **3** ult. foll. alba, 8. Haec Ed. a praecedente eo tantum differt, quod Erratorum catalogus in illius fine annexus h. l. deest *).

Ph. Mel. Grammatica latina — Witebergae **1627.** 8.**); **1629.** 8.***); **1634.** 8.****).

— — (Idem Index ac Ed. subsequentis?) — *Goslariae, typis Dunckeri* **1637.** **33** plagg. 8.†).

— — (Idem Index ac Ed. Witeb. **1621.**, a qua eo tantum differt, quod pro *Recognita et locupletata* in hac Ed. leguntur: *Recognita, locupleta* [sic] *et revisa.*) *Goslariae, Typis et Sumptibus Nicolai Dunckeri, Anno M.DC.XLVIII.* 33 plagg.)(et litt. A—Z, Aa—Ii sign., 8 foll. non num., **512** pagg. num., 8. (fol.)(2ª—8ᵇ Schmidii praef. et admonitio; p. **1—7.** Orthographia; p. **8—210.** Etymologia; p. **211—359.** Syntaxis; p. **360—425.** Prosodia; p. **426—437.** De Figuris singularum partium Grammaticae; p. **438.** De Vitiis orationis Grammaticae; p. **439—442.** Differentiae quarundam vocum, memoriae Puerorum causa Versibus comprehensae; p. **443—512.** Abacus vocum prosodicus ††).

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina, Iussu Sereniss. Saxoniae Electoris, etc. cum ex aliis, tum ex Iul. Caes. Scaligero, Petro Ramo, Nicod. Frischlino, Iosepho Scaligero, Iohanne Wanckelio, Iohanne Rhenio, Recognita et locupletata. Cum Gratia et Privilegio Speciali Electorali Saxonico renovato. Accesserunt huic Editioni Hypomnemata Grammatica, hactenus seorsim excusa, nunc vero multorum hortatu, in Docentium juxta ac Discentium commodiorem usum, singulis demum Capitibus subnexa. Wittebergae, Sumptibus Iohannis Selfischii. Anno M.DC.LIII. **62½** plagg.)(,)( )(et litt. A—Z, Aa—Zz, Aaa—Nnn (Nnn ½ pl.) sign., 8 foll. non num., **967** pagg. num., ult. pag. vacat, 8. (fol.)(1ᵇ—)( )(3ᵇ Schmidii praefatio ad Princip. Iohannem Georgium d. 5. Martii **1621.** scripta; fol.)( )(4ª — [A 2ᵇ] pag. 4. Eiusd. Praefatio Hypomnematis, cum seorsim extarent, antehac praemissa, una cum admonitione ad docentes magistros; p. **5—9.** med. Prooemium; p. **9.** med. — **49.** Orthogr.; p. **50—513.** med. Etymol.; p. **513** med. — **752.** med. Syntax.; p. **752.** extr. — **870.** med. Prosodia; p. **870.** med. — **891.** De Figuris singularum partium Grammaticae, De Vitiis orationis Gramm., Differentiae quarund. vocum etc.; p. **892—967.** Abacus vocum prosodicus; ult. pag. vacat) †††).

Haec Ed. a ceteris eo differt, quod Hypomnemata in illis *seorsim excusa* in hac *singulis Grammaticae capitibus subnexa sunt.* In sequentibus vero Editt. (certe in iis, quas ipse vidi) utraque Grammaticae pars iterum seorsim excusa est.

— — (Idem Index ac Ed. Witeb. a. **1621.**?) — *Witebergae* **1656.** 8.††††).

— — (Idem Index ac Ed. Goslar. a. **1637.**) *Goslariae* **1658.** 8.*†).

— — (Idem Index ac Ed. Witeb. a. **1621.**) *Wittebergae, Sumptibus Iohannis Seelfischii. Literis Matthaei Henckelii. Anno M.DC.LXI.* **37** plagg.)(,)( )(et litt. A—Z, Aa—Nn ( )( )(et Nn ½ pl., 4 foll. contt.) sign., **12** foll. non num., **568** pagg. num., 8. (fol.)(2ª—)( )(4ᵇ Schmidii praef. et admon.; p. **1—8.** Orthogr.; p. **9—238.** Etym.; p. **239—403.** med. Synt.; p. **403.** extr. — **476.** Prosod.; p. **477—491.** De Figuris, De Vitiis orat. Gramm.; p. **492—495.** Differentiae quarund. vocum; p. **496—568.** Abacus vocum prosod.) **†).

---

*) Haec Ed., quam etiam Strobelius anno autem omisso l. l. p. 41. memorat, in Biblioth. Orphanotr. Halens. [in hoc exemplo haec prioris partis Grammaticae Ed. et Hypomnematum Ed. Witeb. a. 1626. uno volumine coniunctae sunt], acad. Halensi, Tubing., Ienensi et Vratislav., senat. Hamburg. atque in meis libris est.

**) Haec Ed. in Biblioth. acad. Vratislav. est.

***) Haec Ed. in Biblioth. regia Berolin. asservatur.

****) Haec Ed. in Biblioth. regiis Berolin. et Dresdensi exstat.

†) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 41. memorata in Biblioth. senat. Norimb. et ducali Guelferbyt. invenitur.

††) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. Orphanotr. Halens. et in meis libris est.

†††) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 41. brevissime allata in Biblioth. Ecclesiae Marianae Halens. et in meis libris est.

††††) Haec Ed. in Biblioth. acad. Ienensi exstat.

*†) Haec Ed. in Biblioth. Orphanotrophei Halens. est.

**†) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 41. allata in Biblioth. ducali Gothana atque in meis libris est. [In meo exemplo ei assuta sunt Hypomnemata Witeb. 1660.].

— — (Idem Index) *Wittebergae* 1667. 8. *); 1671. 8. **); 1672. 8. ***).

— — (Idem Index) *Lipsiae. Impensis Philippi Fuhrmanni, Typis Vid. Ioh. Wittigau. Anno M.DC.LXXII.* 37 plagg.):(,):( ):(et litt. A — Z, Aa — Nn ( ):( ):(et Nn 1/2 pl.), 12 foll. non num., 598 pagg. num., 8. Haec Ed. cum praecedente a. 1661. congruit ****).

— — (Idem Index, additis hisce verbis:) *Editio novissima, ad usum accommodata meliorem, atque indicibus necessariis aucta. Lipsiae, Impensis Fuhrmanni et Io. Breueri, Literis Viduae Christophori Uhmanni. Anno M.DC.LXXIIX.* 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. (fol. A 2^{a} — B 4^{b} Schmidii praef. et admon.; p. 1 — 8. Orthogr.; p. 9 — 238. Etym.; p. 239 — 403. med. Synt.; p. 403. extr. — 476. Prosodia; p. 477 — 496. [fol. Kk 4^{b}] De Figur., De Vitiis orat. Gramm., Differentiae quarund. voc.; fol. Kk 5^{a} — Rr 8^{b} Abacus prosodicus locuplet., c. praef.; fol. Ss 1^{a} — Uu 8^{b} Indices in Grammaticam Schmidianam) †).

— — (Idem Index ac Ed. Lips. 1678.) *Lipsiae, Impensis Ioh. Fuhrmanni et Maur. Georg. Weidmanni, Literis Christiani Scholvini. Anno M.DC.LXXXIII.* 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. Haec Ed. cum Ed. Lips. 1678. omnino congruit ††).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Impensis Mauritii Ge. Weidmanni, litteris Io. Coleri.* 1689. 43 plagg. 8. †††).

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina, Iussu Sereniss. Saxoniae Electoris, etc. cum ex aliis, tum ex Iul. Caes. Scaligero, Petro Ramo, Nicod. Frischlino, Iosepho Scaligero, Iohanne Wanckelio et Iohan. Rhenio. recognita ab Erasmo Schmidio. Editio novissima, ad usum accommodata meliorem, atque Indicibus necessariis aucta. Lipsiae, Sumptibus Iohan. Ludovici Gleditschii et M. G. Weidmanni Haeredum. 1698. 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. Haec Ed. cum Ed. Lips. 1678. omnino congruit ††††).

Haec inter eas Editt., quas Strobelius et ego vidimus, prima est quae Erasmi Schmidii nomen in titulo habet, id quod in omnibus sequentibus reperitur.

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Ioh. Ludovici Gleditschii, Anno MDCCVI.* 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. Haec Ed. item Editionis Lips. 1678. repetitio est *†).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumtibus Ioh. Ludovici Gleditschii et Maur. Georg. Weidmanni Anno MDCCXIV.* 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. Editionis Lips. 1678. repetitio **†).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Maur. Georg. Weidmanni. Anno MDCCXXIV.* 43 plagg. litt. A — Z, Aa — Uu sign., 12 foll. non num., 496 pagg. num., 84 foll. non num., 8. Eiusd. Ed. repetitio ***†).

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1737. 8. ****†).

---

*) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresdensi est.

**) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 41. affert.

***) Haec Ed. in Biblioth. acad. Vratislav. invenitur.

****) Haec Ed. Strobelio ignota in meis libris est. [Ei assuta sunt Hypomn. Lipsiae 1673.]

†) Haec Ed., quae item Strobelium fugit, in Biblioth. Orphanotr. Halens. et in meis libris est. [In meo exemplo ei assuta sunt Hypomn. Lipsiae 1679.]

††) Haec Ed., quae Strobelio latuit, in Biblioth. Orphan. Hal. et in meis libris est. [Meo exemplo assuta sunt Hypomn. Lips. 1684.; alteri autem Hypomn. Lips. 1679.]

†††) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 42. recenset, in Biblioth. senat. Norimb. [Ei assuta sunt Hypomn. Lips. 1688.] et in Biblioth. acad. Vratislav. atque regia Stuttgard. est.

††††) Haec Ed. etiam a Strobelio l. l. p. 42. recensita in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est. [Utrique exemplo assuta sunt Hypomn. Lips. 1696.].

*†) Huius Ed. Strobelio ignotae duo exempla in meis libris sunt, quorum uni assuta sunt Hypomn. Lips. 1700., alteri eadem Lips. 1709.]. Etiam in Biblioth. acad. Ienensi exstat.

**†) Haec Ed. a Strobelio quoque l. l. p. 42. memorata in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est [Illi exemplo assuta sunt Hypomn. Lips. 1709., meo autem eadem Lips. 1716.]. Etiam in Biblioth. regia Stuttgard. asservatur.

***†) Hanc Ed. Strobelio ignotam ex libris bibliopolae cuiusdam Halens. in manibus habui. [Ei assuta sunt Hypomn. Lips. 172.. (extremus numerus a bibliopego decisus est)]. Etiam in Biblioth. regia Dresdensi invenitur.

****†) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 42. allata in eadem regia Biblioth. est.

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1757. 8. *).

Utrum haec Ed. ultima fuerit, an aliae eam subsecutae sint, nescio.

Alterius partis huius libri seorsim excusae praeter Ed. principem supra p. 217 sq. descriptam hasce Editt. hucusque cognovi:

Hypomnemata etc. (Idem Index ac Ed. Witeb. 1621. cum eodem Insigni) *Wittebergae, Typis Iobi Wilhelmi Vincelii.* 1626. 30 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Ff sign., 8 foll. non num., 463 pagg. num., ult. pag. vacat, 8. Haec Ed. ab illa principe eo differt, quod fol. a 8[b] et ult. pag., quae in illa Errata continent, in hac vacant **).

Hypomnemata etc. *Goslariae, typis Nic. Danckeri* 1637. 27 plagg. 8. ***).

Hypomnemata et alia quaedam, ad Grammaticam Phil. Melanchthonis, Sereniss: Saxoniae Electoris etc. Iussu Revisam. Pertinentia, pro usu Adultiorum et Docentium, seorsim edita, itidem revisa. (Insigne) *Goslariae, Typis et Sumptibus Nicolai Danckeri, Anno M. DC. XLVIII.* 27 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Cc sign., 8 foll. non num., 416 pagg. num., 8. (fol. a 2[a]—8[a] Schmidii praef.; fol. 8[b] vacat; p. 1—4. med. Prooemium; p. 4. med. — 36. init. Orthogr.; p. 36—277. med. Etymol.; p. 277. med. — 361. in. Syntax; p. 361. med. — 409. in. Prosodia; p. 409. med. — 416. De Figuris Gramm., De Vitiis orat. Gramm., In Abacum Prosod. Ὑπομν.) ****).

Hypomnemata etc. (Idem Index ac Ed. Witeb. 1621. c. Insigni) *Wittebergae, Sumptibus Iohannis Seelfischii Literis Haered. Melchioris Oelschlegelii. M. DC. LX.* 30 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Ff sign., 8 foll. non num., 463 pagg. num., ult. pag. non num. cont. Insigne typogr.: Samuel Davidem ungens, subscriptis verbis: Corona virtutis praemium. 8. (fol. a 2[a]—8[b] Schmidii praef. ad lectorem; p. 1—4. Prooem.; p. 5—40. Orthogr.; p. 41—309. med. Etymol.; p. 309. extr. — 403. in. Synt.; p. 403. med. — 455. med. Prosodia; p. 455. med. — 463. De Figuris Gramm., De Vitiis orat. Gramm., In Abacum prosod.) †).

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1666. 8. ††).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Philippi Fuhrmanni Literis Viduae Ioh. Wittigau. M. DC. LXXIII.* 30 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Ff sign., 8 foll. non num., 463 pagg. num., ult. pag. non num., 8. Illius Ed. repetitio †††).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Iohannis Fuhrmanni, et Iohannis Breueri. Ex Officina Coleriana. Anno M. DC. LXXIX.* 30 plagg. * et litt. A—Z, Aa—Ff sign., 8 foll. non num., 463 pagg. num., ult. pag. vacat, 8. ††††).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Mauritii Georgii Weidmanni. Literis Christiani Scholvini, Anno* 1684. 28 plagg. litt. a, A—Z, Aa—Dd sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. Illius Ed. repetitio *†).

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1688. 27 ½ plagg. 8. **†); ibid. 1690. 8. ***†).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Haeredum M. G. Weidmanni, et Ioh. Ludovici* Gleditsch. *Anno* 1696. 27 ½ plagg. litt. a, A—Z, Aa—Dd (Dd ½ pl.) sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. Illius Ed. repetitio ****†).

*) Haec Ed. Strobelio ignota in Biblioth. acad. Gotting. asservatur.

**) Hanc Ed. ex Biblioth. Orphanotr. Halens. in manibus habeo. [Prioris partis Editioni Witeb. 1622. in hoc exemplo assuta est.] Etiam in Biblioth. acad. Tubing. et Vratislav. exstat.

***) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 41. affert, in Biblioth. senat. Norimb. est (Grammaticae i. e. prioris partis Editioni Goslar. 1637. adiuncta).

****) Haec Ed., quae Strobelium fugit, in meis libris est (Grammaticae Editioni Goslar. 1648. assuta). Etiam in Biblioth. acad. Ienensi exstat.

†) Haec Ed. in meis libris est (Grammaticae Ed. Witteb. 1661. adiuncta).

††) Haec Ed. in Biblioth. acad. Vratislav. est.

†††) Haec Ed. in meis libris est (Grammaticae Ed. Lips. 1672. adiuncta).

††††) Huius Ed. duo exempla possideo, quorum alterum Grammaticae Ed. Lips. 1678., alterum eiusdem Ed. Lips. 1683. adiunctum est.

*†) Haec Ed. in meis libris est (Grammaticae Ed. Lips. 1683. adiuncta).

**†) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 42. affert, in Biblioth. senat. Norimb. est (Grammaticae Ed. Lips. 1689. adiuncta).

***†) Haec Ed. in Biblioth. acad. Vratislav. invenitur.

****†) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est (utrumque exemplum Grammaticae Ed. Lips. 1698. adiunctum est).

Hypomnemata et alia quaedam, ad Grammaticam Phil. Melanchthonis, Serenissimi Saxoniae Elect. etc. jussu revisam, pertinentia, pro usu adultiorum et docentium seorsim edita, recognita et locupletata ab Erasmo Schmidio. Cum Gratia etc. (Insigne) *Lipsiae, Sumptibus Ioh. Lud. Gleditsch. et M. G. Weidmanni Haeredum.* 1700. 27 ½ plagg. litt. a, A — Z, Aa — Dd (Dd ½ pl.) sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. (fol. a 2 — 8. Schmidii praef.; p. 1 — 4. Prooem.; p. 4. extr. — 38. med. Orthogr.; p. 38. extr. — 282. med. Etymol.; p. 282. med. — 367. fin. Syntax; p. 368 — 417. med. Prosodia; p. 417. extr. — 424. De Figuris Gramm., De Vitiis orat. Gramm., In Abacum prosod.) *).

— — (Idem Index, ac Ed. Lips. 1700.) *Lipsiae, Sumptibus Ioh. Lud. Gleditschii et Maur. Georg. Weidmanni* 1709. 27 ½ plagg. litt. a, A — Z, Aa — Dd (Dd ½ pl.) sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. Haec est Editionis praeced. repetitio **).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Ioh. Lud. Gleditschii et Maur. Georg. Weidmanni* 1716. 27 ½ plagg. litt. a, A — Z, Aa — Dd (Dd ½ pl.) sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. Eiusd. Ed. repetitio ***).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Sumptibus Maur. Georg. Weidmanni* 1724 (?). 27 ½ plagg. litt. a, A — Z, Aa — Dd (Dd ½ pl.) sign., 8 foll. non num., 424 pagg. num., 8. Eiusd. Ed. repetitio ****).

Utrum haec Ed. ultima fuerit, an aliae eam secutae sint, nescio.

Praeter haec *Hypomnemata* ab Erasmo Schmidio conscripta, quae ex parte quidem uberioris declarationis Grammaticae Melanthonianae vicem sustinent, mentionem faciamus etiam duorum aliorum *Commentariorum:*

1. Lucae Lossii:

Annotationes in Grammaticen D. Philippi Melanthonis Latinam, tam docentibus quam discentibus profuturae, non solum ad explicationem huius libelli Grammatici, sed etiam aliorum: Iam primum per Lucam Lossium Luneburgensem diligenter conscriptae, et in publicum Scholarum usum et gratiam editae. Francofurti ap. Chr. Egenolphum. 1552. 61 plagg. 8.

In praefatione ad Christ. Egenolphum typographum Lossius de eo, quod in hoc libro praestiterit, haecce refert: „Desiderabantur (in Mel. Gramm.) adhuc duo, vocabulorum interpretatio, et locorum, quae fere imperfecte citata sunt, ut sententia autoris intelligi ex iis difficulter possit, absolutio. Hanc igitur nos iam partem commentarii in hunc libellum grammaticum partim tua autoritate et suasu, partim aliorum precibus adducti sumsimus. Nam non solum locos commonstravimus, unde desumti sunt, sed adscripsimus etiam praeter brevem et veram singularum vocum interpretationem, integros locos et versus, ubi sententia quasi pendebat, ut qui autores vel non haberent, vel molestum esset, indagare et dictare discipulis senteutiam autoris ex absolutione integre citati loci et versus intelligere possint.“ Hanc praefationem subsequitur Index rerum et vocum hoc libro explicatarum, qui 7 plagg. explet †).

— — (Idem Index, additis verbis:) *Ad postremam anni* 1554. *Grammatices editionem accommodatae.* (Haec sequitur Io. Irenaei Epigramma ad Lectorem) *Franc. Apud Chr. Egenolphum.* — (In fine:) *Τέλος. An.* 1555. 50 ½ plagg. litt. a — c, A — Z, a — z, aa, bb (bb ½ pl.) sign., 24 foll. non num., 758 pagg. num., ult. fol. album, 8. (fol. a 1ᵇ Io. Frederi Epigramma ad Lossium; fol. a 2ᵃ — 4ᵃ L. Lossii epist. ad Christ. Egenolphum typogr. data Luneburgae 1552.; fol. a 4ᵇ — c 8ᵇ Index; pag. 1 — 757. med. Lossii Annotatt. in Mel. Gramm.; p. 757. med. — 758. De vitiis novem in versu componendo vitandis Tabula Io. Murmellij; ult. fol. album ††).

— — (Idem Index ac Ed. 1555.) *Francofurti* 1559. 50 ½ plagg. 8. †††).

— — (Idem Index) *Francofurti apud haeredes Chr. Egenolphi.* s. a. 61 plagg. 8. ††††).

Lucae Lossii Annotationes in Grammaticam D. Philip. Melanth. Latinam, tam docentibus quam discentibus profuturae: non solum ad explicationem huius libri Grammatici, sed etiam alio-

---

*) Haec Ed. in meis libris est (Grammaticae Ed. Lips. 1706. adiuncta).

**) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est (meum exemplum Grammaticae Ed. Lips. 1706., alterum eiusd. Ed. Lips. 1714. adiunctum est).

***) Haec Ed. in meis libris est (Grammaticae Ed. Lips. 1714. adiuncta).

****) Quo anno haec Ed., Grammaticae Lips. 1724. adiuncta, prodierit, certo definire non possum, quia numerus anni extremus in eo exemplo, quod vidi, a bibliopego decisus erat (172..). Conf. p. 221 sq. nota ***†).

†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 35 sq. recenset.

††) Haec Ed. Strobelio ignota in meis libris est.

†††) Haec Ed. et subsequens in Biblioth. senat. Norimb. sunt.

††††) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 36. affert.

rum: Iam denuo post septimam editionem ab ipso Autore diligenter revisae atque locupletatae, et in publicum Scholarum vsum et gratiam vigilantissime excusae. Vna cum Indice totius operis accuratissimo. (Haec sequitur Epigramma 3 disticha cont., inscriptum: *Ioan. Irenaeus ad candidum Lectorem.*) *Cum Gratia et Priuil. Imp. ad octennium. Franc. Apud Haered. Chr. Egen. Anno M. D. LXXVII.* — (In fine:) *Impressum Francoforti ad Moenum, ex officina Haeredum Christiani Egenolphi, impensis Adami Loniceri, Ioannis Cnipij, Doctorum, et Pauli Steinmeyers.* (Insigne typogr.: Ara rotunda, in qua cor flammis cinctum est) *M. D. LXXVII.* 51 plagg. litt. A—Z, a—z, aa—ee sign., 4 foll. non num., 757 pagg. num., seq. pag. non num., 1 fol. album, 20 foll. non num., 4 ult. foll. alba, 8. min. (fol. A 1[b] Christ. Egenolphi imago, superscripto Epigrammate; fol. A 2[a]—4[b] L. Lossii epist. ad Christ. Egenolphum typogr. data Lunaeburgae 1552., subiuncto Io. Frederi ad L. Lossium epigrammate; pag. 1—757. med. Lossii Annotatt. in Mel. Gramm.; p. 757. med. — pag. seq. [fol. bb 7[b]] non num. De vitiis novem in versu componendo vitandis, Tabula Io. Murmellij; fol. bb 8. album; fol. cc 1[a]—ee 4[a] Index rerum et vocum hoc libro explicatarum; fol. ee 4[b] Clausula; fol. ee 5—8. alba) *).

Ex huius Ed. titulo intelligitur, ei *septem* Editt. praecessisse, ergo praeter illas tres a me allatas, quatuor alias huius libri Editt. usque ad a. 1577. prodiisse hucusque mihi ignotas.

— — (Idem Index) *Francofurti* 1581. 8. **).

2. alter commentarius, auctoris nomine non indicato, sic inscriptus:

Grammatica Philippi Melanchthonis, per quaestiones in duas partes ita distributa, ut in diversis Classibus commode et magno cum fructu Scholasticae juventuti proponi possit. Pars eius Altera. Edita in usum tam illustrium quam trivialium Scholarum totius Electoratus Saxonici. 16 10. quibus numeris interpositum est Insigne typogr.: Femina dextrâ librum apertum, sinistrâ clavem tenens. *Cum Gratia et Privilegio Elect. Sax. Wittebergae. Excudebat Laurentius Seuberlich, Impensis Samuelis Selfisch.* — (In fine:) *Psal. 25. ver. 26. Integritas et aequitas conservent me.* (Insigne typogr.: Samuel Davidem unguens.) *Witebergae, Excudebat Laurentius Seuberlich Anno M. DC. X.* 29 plagg. litt. A—Z, Aa—Ff sign., primum fol. non num., 470 pagg. num., ult. fol. non num., 8. (pag. 1. [fol. A 2[a]] — 291. Etymologia cum scholiis; p. 292—404. med. Syntaxis c. scholl.; p. 404. med. — 412 med. De periodis et ipsarum distinctionibus, atque De ordine grammaticae constructionis c. scholl.; p. 412. extr. — 450. init. De Prosodia c. scholl.; p. 450. init. — 470. De Orthographia tract. a Camerario 1552. perscript.; ult. folii prior pag. Insigne cum Clausula cont., altera pag. vacat) ***).

Aeque ac Melanthonis Grammatica Graeca (conf. supra p. 191 sq.), etiam eiusdem Grammatica Latina ab aliis in Epitomen redacta est. Eiusmodi Compendia prodierunt haecce:

1. Lucae Lossii ****):

Grammatica Philippi Melanthonis, ad usum puerorum in breves interrogationes contracta, per Lucam Lossium Luneburgensem. Cum Praefatione Philip: Melan: Witebergae (?) 1544. (?) 8.

Hoc loco et anno huius libri Editionem principem prodiisse, ex eo coniicio, quod et Melanthonis et Lossii praefationes huic Grammaticae praemissae et in Ed. Witebergensi illico recensenda repetitae a. 1544. scriptae sunt. Haec Melanthonis praefatio neque in Selectarum Declamationum Ed. formae maioris (Argentorati 1541. 4.) neque in earum Editt. formae minoris Tomo II., qui Praefationes continet, neque in huius Corporis Vol. V. inter huius anni epistolas reperitur. Quamobrem hanc h. l. integram exhibemus:

Epistola.
Docentibus Grammaticen Philippus Melanthon S. D.

Etsi nostrae Scholasticae operae superbe contemnuntur, ac leves et non valde necessariae vitae putantur, imo ludi esse dicuntur in ignavo otio: tamen nos intelligamus veram nostrarum artium dignitatem, et adolescentiae utilitates saepe praedicemus. Summum operum humanorum omnium est agnitio et celebratio Dei, ad id praecipue condita est humana natura, propter hoc opus servat Deus genus humanum, huius operis causa politias et imperia constituit et defendit. Constat autem doctrinam de Deo, literis mandatam esse, ut eadem et incorrupta maneret omnibus seculis. Necessaria est igitur literarum cognitio, ut doctrinam Dei legere, cognoscere, conferre et aliis

*) Hanc Ed. ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo.

**) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 36. memorat.

***) Hanc alteram huius libri partem ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo; priorem eius partem nondum vidi.

****) Lucas Lossius, natus a. 1508. in oppido Vach, discipulus scholae Wittebergensis, Rector scholae Luneburgensis, ubi a. 1582. obiit.

tradere possimus. Etsi sunt et aliae magnae literarum utilitates, tamen haec praecipue bonas mentes ad discendum invitare debet. Est res parva, figuras literarum, syllabas, vocum genera et casus ostendere; sed haec parva res aditum patefacit ad agnitionem Dei. Gloriosa res Iulio *) esse ducitur, quod maximis laboribus capit urbes, dimicat in acie, constituit politias in urbibus domitis. Hos tantos labores ad quem finem tandem refert? ut potentia omnibus hominibus antecellat, quae quam fuerit stabilis aut diuturna, exitus ostendit. At David res similes gerit, praeliatur, capit urbes, constituit politias: quem ad finem? ut domi sedentes pueros et puellas in Schola discentes literas, et lectionem Prophetarum defendat, ut propagari Ecclesiae doctrina possit. Ideo praecipue gerit arma David, ut pulverulentae Scholae parietes tegat. Et hunc sui laboris finem maius bonum esse, quam suam potentiam intelligit. Cum igitur haec studia literarum et praecipue Grammatices maxime necessaria sint Ecclesiae Dei, omnes summi atque infimi propter gloriam Dei ea excitare et tueri conentur, nec dubitemus Deo grata Sacrificia esse has ipsas operas nostras, monstrationes literarum, flexiones vocum, Syntaxes. Non vitupero alias artes aut vitae gradus, ut enim sermo ex diversis literis constat, ita multis artibus haec hominum societas copulata est. Sed artes maxime necessarias Ecclesiae plurimum habere verae dignitatis, res ipsa loquitur.

Oro igitur propter Deum, ut has nostras operas boni viri, in Civitatibus, qui autoritate pollent, tueantur, docentes non negligant, iuventutem suis sermonibus ad amorem et admirationem literarum adsuefaciant. Etsi labor in re parva sumitur, in repetendis et illustrandis grammaticis praeceptionibus, tamen Ecclesiae necessarius est.

Ideo et Lucae Lossii voluntatem probo. Et cum viderem opusculi formam, placuit consilium. Utile est per interrogationes praecepta inculcari, ut saepe comperi.

Quare hunc libellum bonis viris commendo, qui pueritiam erudiunt, ipsos etiam adhortor, ut sua concordia et ornent et muniant nostrum ordinem, memores versiculi [Theocrit. Idyll. IX, 31.] *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.* Ego quidem fideliter et recte docentes Grammaticen, Dialecticen, et elementa doctrinae Christianae, iudico optime mereri de Ecclesia, et tanquam Dei ministros amo. Datae Witebergae, die 18. Augusti. Anno 1544.

Altera Melanthonis epistola (praefatio) ad Lucam Lossium Syntaxi huius libri praemissa est, quae item in illis libris non invenitur, scilicet haecce:

Philippus Melanthon Lucae Lossio S. D.

Etsi scio non brevitatem, sed modum in praeceptis laudandum esse, tamen cum Etymologiam et Syntaxin scriberem, vidi prolixitatem Brassicani, quem tunc fere legebant, remorari discentes. Scripsi igitur praecepta breviora, postea alius aliud addidit. Et in Syntaxi nimis multa *πάρεργα* accesserunt. Quare tuum consilium probo, quod rursus praecepta intra metas quaestionum revocas.

Ac utilissimum est pueritiae, exercere eam per Erotemata. Nam hoc mutuo colloquio excitatur attentio, eaque docendi ratio quondam *κατήχησις* proprie vocabatur. Consilii tibi satis esse scio, ideo tantum addo votum. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut studia literaria iuventutis iuvet et gubernet. Profecto de Ecclesia utiliter merentur, qui Grammaticen recte et docent, et discunt. Bene vale. XXVII. Aprilis.

Consilium, quod auctor in hoc libro secutus est, in epistola dedicatoria ad Hieronymum Henninges Luneburgi a. 1544. pridie nonas Augusti data proponit, ex qua hos locos referre iuvat: „En habes, suavissime Hieronyme, libellum Erotematum Grammatices Philippi Melanthonis, facilem et brevem, tuisque studiis et aetati valde commodum. — Nam cum Grammatica Philippi, viri de Religione nostra asserenda et studiis literarum longe optime meriti, ita locupletata sint a doctissimo viro Iacobo Micyllo, ut commode tota pueris rudioribus proponi non possint, omnino videbatur tibi, tuique similibus, huiusmodi aliqua Epitome et Isagoge opus esse, quam ex illis Grammaticis disceretis initio. Idem cum multos prudentes et eruditos viros mecum sentire viderem, et in nostro iam ludo literario, aliisque vicinarum civitatum Scholis eruditissima illa Grammatica traderentur iuventuti, ex ipsis ea selegi, autoris consensu et autoritate, quae visa sunt rudibus rei Grammatices maxime necessaria esse, ut cognitis hisce generalibus praeceptis, postea ad traditionem iusti libri essent magis idonei. — Quare nec hanc Epitomen erudite quidem et necessario locupletatae a Micyllo Grammaticae Philippi, pueris infrugiferam fore arbitratus sum. Nominatim vero tibi dedico et trado, quicquid mihi iuris et dominii in hoc libello concedet praeceptor omnium nostrum Philippus. Neque enim aliquid mihi hic arrogare vel sumere aut debeo aut volo. Meus tantum exarandi, et intra has Erotematum metas revocandi fusius tradita, labor fuit. Nusquam a verbis autoris discessi, nihil usquam commutatum, de meo adieci fere nihil, nisi Paradigmata seu declinandi formulas ex Donato desumptas. Philippo igitur nostro feretis acceptum, non mihi, quicquid eruditionis ad te vel ad alios pueros redibit ex hoc libello, quod certe plurimum erit.” etc.

Alia huius libri Ed. sic est inscripta:

Grammatica Philippi Melanthonis, ad usum puerorum in breves interrogationes contracta, per Lucam Lossium Luneburgensem. Et iam denuo diligenter ab eodem recognita. Cum Praefatione Philip: Melan: Erotemata Grammaticae. — (In fine:) *Witebergae. Ex officina litera-*

*) i. e. Iulio Caesari.

ria haeredum Georgij Rhaui. M. D. L. 28 plagg. litt. A — Z, a — e sign., 204 foll. num., 17 foll. non num., 3 ult. foll. alba, 8. (fol. 1ᵇ 3 Loci Fabii [Quintiliani]; fol. 2ᵃ — 3ᵃ Melanthonis epistola ad Docentes Grammaticen, Witebergae d. 18. Augusti 1544. scripta; fol. 3ᵇ — 5ᵃ L. Lossii epist. dedicatoria ad Hieronymum Henninges, Friderici Henninges filium, Luneburgi pridie nonas Augusti 1544. data; fol. 5ᵇ — 8ᵇ init. De partibus Grammaticae; fol. 8ᵇ — 149ᵃ Etymologia; fol. 149ᵇ Melanthonis epist. ad Luc. Lossium d. d. 27. Aprilis; fol. 150ᵃ — 190ᵇ med. De Syntaxi; fol. 190ᵇ med. — 192ᵇ med. De Periodis et De Distinctionibus; fol. 192ᵃ med. — 204ᵃ [c 4ᵃ] De Prosodia; fol. c 4ᵇ — 5ᵃ Praefatio ad Lectorem; fol. c 5ᵇ — d 6ᵃ Praecepta selectiora de civilitate morum, ex libello Erasmi desumpta, et in certos locos digesta, quibus partibus constet ratio instituendi pueritiam; fol. d 6ᵇ — e 4ᵃ Dialogus Monitoria paedagogica, ex colloquiis Erasmi desumpta; fol. e 4ᵇ Melanthonis carmen ad pueros in dictum Christi, Sinite pueros venire ad me, Talium enim est regnum coelorum, Matthaei XVIII. *); fol. e 5ᵃ Clausula; fol. e 5ᵇ — 8ᵇ alba) **).

2. Nicolai Medleri:

Compendium Grammaticae pro pueris incipientibus coniugare. Ex Grammatica Ph. Mel. per Doctorem Nic. Medlerum excerptum. Noribergae in officina typogr. Val. Neuberi. 1560. 2½ plagg. 8. Hoc Compend. continet elementa Grammatices in certas quaerendi et respondendi formulas digesta ***).

— — (Idem Index) *Noribergae* 1569. 8.

— — (Idem Index) *Magdeburgi* 1591. 8. ****).

3. *Compendium Grammaticae latinae de praeceptis Phil. Melanthonis excerptum. Gorlicii* 1567.; ibid. 1630.; *Francofurti* 1627. †).

4. Compendium *Wittebergense*, auctoris nomine non adscripto:

Compendium Grammaticae Philippi Melanthonis. Wittebergae 1569. 8. ††).

Compendium Grammaticae Philippi Melanthonis. Pro Illustri ac Nobili iuventute in aula Anhaltina. (Insigne) *Witebergae, Excudebat Laurentius Schwenck. Anno M. D. LXXIIII.* 7½ plagg. litt. A — H (H ½ pl.) sign., 60 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. (fol. A 2ᵃ — H 3ᵇ Prooemium et Etymologia, sine praefatione; fol. H 4 vacat †††).

5. *Ph. Melanthonis Grammatices latinae elementa ad pristinam brevitatem pueris accommodatiorem redacta, ut olim sunt conscripta. Magdeburgi* 1577. 8. ††††).

Ph. Melanthonis Grammatices latinae elementa, Syntaxis, de prosodia et Periodis. Magdeburgi 1585. 8. *†).

6. Michaelis Neandri *††) Soraviensis:

Compendium Grammaticae Latinae Phil. Melanchthonis pro incipientibus et Donatistis, conscriptum olim in Schola Ilfeldensi. Quae e Grammatica Phil. Mel. et hoc compendiolo melius discuntur praecepta, quam e Donato, remota sunt, et sunt inserta, suo loco, singula Donati, Nominum, Pronominum et verborum paradigmata, vt sic vna opera pueri et Grammaticen et Donatum discant, neque opus sit supervacua aut bis diversa praecepta discere cum taedio molesto, labore multo et temporis, rei pretiosissimae, iactura. Accessit ad finem Nomenclator puerilis, nouus, trilinguis videlicet et rhythmicus, siue appellationum et vocum, vt apud classicos et probatos Scriptores reperiuntur, rerum praecipuarum ac pueris fere e germanico

---

*) Hoc carmen, duobus versibus in fine auctum invenitur etiam in Mel. Opp. Basil. Tomo V. p. 355. inscriptum: „Ad pueros ut in ludum eant.", in Script. publ. T. II. p. 167ᵇ, in Vincentii collect. Epigramm. Mel. p. 43. et in huius Corp. Vol. X. p. 531. nr. 96. inscriptum: „Carmen quo solent pueruli ad studium literarum in scholam evocari die Gregorii." Praeter illos duos versus in fine additos, qui in hoc libro Lossii desunt, hoc carmen etiam in vs. 3. eo differt, quod Lossius *nobis* exhibet pro *vobis*, ut in illis libris legitur.

**) Haec Ed. Strobelio ignota in meis libris est.

***) Hanc Ed. et sequentem Strobelius l. l. p. 32 sq. affert. Prior harum Editt. in Biblioth. senat. Norimb. est.

****) Haec Ed. in Biblioth. ducali Guelferbyt. invenitur.

†) Hae tres Editt. in Biblioth. acad. Vratislav. inveniuntur.

††) Haec Ed. in Biblioth. acad. Erlang. asservatur.

†††) Hanc Ed. ex eadem Biblioth. Erlang. in manibus habeo.

††††) Hic liber in Biblioth. acad. Vratislav. exstat.

*†) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresdensi est.

*††) Conf. supra p. 13 sq. nota *) et Raumer Gesch. d. Paedagog. I. p. 204. 225 sqq.

notarum, chiliades duae cum dimidia, collectae in gratiam studiosae pueritiae in Schola Ilefeldensi. Lipsiae ex offic. Voegelini. 1579. 8. *). Hoc Compend. elementa Grammatices in quaerendi formulas digesta exhibet.

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1583. 8. **).

Grammatica Latina Philippi Melanchthonis, ea brevitate, facilitate et perspicuitate paucis pagellis tradita, vt inde cuncta Grammatices praecepta, ad intelligendum et explicandum Grammaticè Latinam linguam ad omnem aetatem proficua et necessaria, puer intra menses paucos non magno negotio singula et vniversa addiscere possit. Item Locutionum Latinarum e Cicerone, Terentio et Plauto in tria causarum genera distributarum, Compendium. (Insigne typogr. Voegelini: Arca foederis, superimpositis duobus Cherubim, cum Trinitatis symbolis.) *Lipsiae, Anno M. D. LXXIX.* — (In fine:) Insigne typogr. Steinmani: Iosua iuxta lapidem quadratum, cui verba: „Lapis testimonii. Ios. 24." inscripta sunt, stans, cum duobus viris colloquens. *Lipsiae, Imprimebat Ioannes Steinman. Anno M. D. LXXIX.* 15 plagg. litt. A—P sign., 8 foll. non num., 215 pagg. num. (inter pag. 130. et 131. 2 foll. non num.), ult. 2½ foll. non num., 8. min. (fol. A 2ᵃ Prolixior tituli repetitio; fol. A 2ᵇ vacat; fol. A 3ᵃ—7ᵇ Neandri Soraviensis praefatio; fol. A 8. Loci e Cicerone, Platone, Quintil. et Seneca; pag. 1—70. Prooemium et Etymologia; p. 71—107. Syntaxis; p. 108—110. De Grammatica dicta quaedam et testimonia veterum; p. 111—130 [fol. K 1ᵇ]. Prosodia; fol. K 2 album; fol. K 3ᵃ Index alteri parti praefixus: *Locutionum ac Formularum Latinarum secundum tria causarum genera, in capita, scholis nota ac familiaria, distributarum, et contextarum fere ad Epistolarum exempla et formulas, e Cicerone, Plauto, et Terentio, Compendium.* (Insigne Voegelini) *Lipsiae, Anno M. D. LXXIX.*; fol. K 3ᵇ vacat; pag. 131 [fol. K 4ᵃ] — 215 [fol. P 6ᵃ]. Locutt. ac Formulae Lat.; fol. P 6ᵇ vacat; fol. P 7. Loci e Quintil., Varrone, Gellio, Horat. et Plin.; fol. P 8ᵃ Insigne cum Clausula; fol. P 8ᵇ vacat) ***).

— — (Idem Index, additis verbis:) *Nunc diligenter recognita.* 15 85. (interposito Insigni Voegelini) *Lipsiae.* — (In fine:) Insigne typogr. Steinmani. *Lipsiae, Imprimebat Iohannes Steinman. Anno. M. D. LXXXV.* 15 plagg. litt. A—P sign., 8 foll. non num., pag. 1—130., 2 foll. non num., pag. 131—215., ult. 2½ foll. non num., 8. min. Alteri parti idem proprius Index praefixus est, ac in Ed. praeced. *Lipsiae, Anno M. D. LXXXV.* Haec Ed. eadem continet ac praeced. ****).

Huius Grammaticae altera pars: *Locutionum — Compendium* etiam separatim prodiisse videtur:

Locutionum latinarum Compendium. Lipsiae 1582. 8. †).

7. Compendium *Wirtembergense:*

Quaestiones Grammaticae ex Philippo Melanchthone in usum tertiae et quartae Classis Scholarum in Ducatu Wirtembergensi collectae. Tubingae 1580. 8. ††).

— — (Idem Index) *Tubingae apud Ge. Gruppenbachium* 1585. 23 plagg. 8. †††).

— — (Idem Index) *Tubingae* 1591. 8. ††††).

Quaestiones de primis Rudimentis Grammaticae Phil. Melanchthonis in usum Scholarum Würtenbergensium. Norimbergae 1611. 8. *†).

8. Compendium *Saxonicum:*

Quaestiones Grammaticae ex Philippo Melanchthone, in usum tertiae et quartae Classis Scholarum in Electoratu Saxoniae collectae, et castigatae. (Insigne typogr.) *Lipsiae,* 1594. *Cum Privilegio.* — (In fine:) *Lipsiae Imprimebat Michael Lantzenberger, Anno M. D. XCIIII.* superimposito eodem Insigni, quod in titulo est. 19 plagg. litt. A—T sign., 297 pagg. num., seq. pag. non num.; 3 ult. foll. alba, 8. (pag. 3—181. De Etymologia; p. 182—272. De Syntaxi, De Ordine

*) Sic haec Ed. recensetur in Ioh. Car. Volborthii Lobschrift auf Michael Neander (Gottingae 1777. 92 pagg. 4.) p. 46., brevius a Strobelio l. l. p. 37.

**) Hanc Ed. affert Raumer l. l. p. 204. nota 1.

***) Haec Ed., quam Volborth. l. l. p. 46 sq. secundum titulum prolixiorem, Strobelius autem p. 37. brevius recenset, in meis libris est.

****) Hanc Ed., quam Raumer l. l. p. 204. secundum titulum prolixiorem, quamvis in fine abbreviatum affert, ex Biblioth. acad. Erlang. in manibus habeo. Etiam in Biblioth. acad. Vratislav. est.

†) Haec Ed. in Biblioth. ducali Guelferbyt. est

††) Haec Ed. in Biblioth. regia Stuttgard. est.

†††) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 35. affert, in Biblioth. Norimb. exstat.

††††) Haec Ed. in Biblioth. regia Stuttgard. asservatur.

*†) Hic liber in Mart. Lipenii Bibliothecae realis philosophicae Tomo I. (Francof. ad M. 1682. Fol.) p. 619. affertur.

Grammaticae Constructionis, De Distinctionibus; p. 273—297. De Prosodia; seq. pag. non num. Insigne cum Clausula continet; 3 ult. foll. vacant) *).

Quaestiones ex Grammatica Philippi pro Schola Lipsica. Lipsiae 1607. 8. **).

9. Compendium *Senatus Norimbergensis* iussu ex Melanthonis Grammatica maiori pro incipientibus conscriptum, secundum quod pueri in omnibus scholis huius ditionis lingua latina instituerentur, ne amplius diversae Grammaticae in iis in usu essent.

Compendium Grammaticae latinae ex Phil. Mel. maiori Grammatica collectum, et puerilibus quaestionibus ac responsionibus conformatum, pro Noricae ditionis iuuentute scholastica, unde breuissimo tempore et labore facilimo necessaria artis huius praecepta pueri addiscere possunt. Addita sunt praeter priorem editionem nunc etiam pro pueris breuia prosodiae praecepta, cum examine uersuum puerili. Norimbergae typis Christophori Lochneri. 1595. 12 plagg. 8. ***).

Quo anno prior editio, cuius in hoc titulo mentio fit, prodierit, nescio.

— — (Idem Index ac Ed. 1595. additis verbis:) *et adiectione uerborum deponentium quatuor coniugationum ordine alphabetico. Noribergae typis Lud. Lochneri.* 1625. 12 plagg. 8. Sub finem huius Ed. 12 Leges Scholasticae adscriptae sunt.

— — (Idem Index) *Noribergae typis Io. Fr. Sartorii.* 1631. 8.

Compendium Grammaticae latinae ex Phil. Melanthone pro Noricae ditionis iuuentute. — Norimbergae 1675. 8. ****).

10. S. Strophii:

Compendium Grammaticae latinae Ph. Melanthonis edidit S. Strophius. (s. l.?) 1599. 8. *****).

11. Melch. Gerlachii:

Compendium grammatices Mel. ad puerorum captum accommodatum a Melch. Gerlach. Buddissinae 1602. 8. †).

12. Compendium *Ratisbonense*:

Quaestiones grammaticae ex Phil. Melanthone et aliis collectae in usum scholae Ratisbonensis. Ratisbonae 1609. 8. ††).

13. *Epitome Etymologiae et Syntaxeos Philippi Melancthonis* (sic).

Horatius

Quicquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

(Insigne typogr.) *Servestae, Typis Zachariae Dörffери Anno M DC X.* Hic titulus figuris ligno incisis (taeniis) cinctus est. — (In fine:) *Servestae Impensis Zanachi.* 12 plagg. litt. A—M sign., 96 foll. non num., 8. min. (fol. A 2ª—K 7ª Etymologia; fol. K 7ᵇ—M 8ª De Syntaxi, subiunctâ Clausulâ; ult. pag. vacat) †††).

14. *Phil. Melanthonis Grammaticae epitome. Wittebergae* 1615. 8. ††††).

15. Erasmi Schmidii:

Compendium ex Grammatica Latina Philippi Melanchthonis, Serenissimi Saxoniae Electoris etc. jussu revisa, pro Primum Incipientibus. 16 20. (interposito Insigni: Femina dextrâ librum apertum, sinistrâ clavem tenens.) *Cum Gratia et Privilegio Elector. Saxon. speciali. Wittebergae, Sumptibus Haeredum Selfischianorum, Excudebat Augustus Boreck.* 6 plagg. litt. A—F sign., 48 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. (fol. A 1ᵇ Erasmi Schmidii praefatiuncula ad lectorem d. 18. Oct. 1619. scripta; fol. A 2. Prooem. et Orthogr.; fol. A 3ª—C 7ᵇ Etymologia; fol. C 8ª—E 4ª Syntaxis; fol. E 4ᵇ—F 7ᵇ De Prosodia; fol. F 8 vacat) *†).

---

*) Hunc librum ex Biblioth. acad. Vratislav. in manibus habeo.

**) Hic liber a Lipenio l. l. p. 619. memoratur.

***) Hanc Ed. et duas sequentes Strobelius l. l. p. 33 sq. recenset.

****) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. exstat.

*****) Hic liber in Biblioth. ducali Gothana est. — Verisimiliter etiam *Grammaticae quaestiones pro Scholâ Hamburgensi. Hamburgi* 1598. 8., 1613. 8., quas Lipenius l. l. p. 619. memorat, inter haec Compendia ex Mel. Gramm. lat. excerpta referendae sunt.

†) Hoc Compend. in Biblioth. regia Dresdensi exstat.

††) Hoc Compend. in Biblioth. regia Stuttgard. est.

†††) Hanc Epit. ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo.

††††) Haec Epit. in Biblioth. ducali Gothana est.

*†) Hanc Ed. et subsequentem ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo.

Ut lector auctoris consilium, quod in hoc libello secutus sit, cognoscat, praefatiunculae eius partem priorem h. l. adscribo: „Prodit nunc, Divini Numinis et Sereniss. Saxoniae Electoris Dn. Iohannis Georgii etc. auspiciis, Grammaticae Latinae Dn. Philippi Melanchthonis in Academia Wittebergensi, requisitis simul et Academiae Lipsensis, et Scholarum Provincialium sententiis, cum ex aliis, tum ex Iul. Caes. Scaligero, Petro Ramo, Nicodemo Frischlino, Iohanne Wanckelio, Johanne Rhenio, Recognitae et locupletatae Compendium, Incipientium captui accommodatum." etc.

— — (Idem Index) 1645. Hic annorum numerus coronâ cinctus est. *Cum Gratia et Privilegio* etc. *Wittebergae, Sumptibus Haeredum Selfischianorum. Typis Iohannis Haken.* 6 plagg. litt. A — F sign., 48 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. Haec Ed. cum praeced. omnino congruit.

— — (Idem Index, coronâ subiunctâ.) *Cum Gratia* etc. *Lipsiae, Impensis Iohannis Fuhrmanni, et Ioh. Breueri, Literis Kolerianis*, 1679. 6 plagg. litt. A — F sign., 94 pagg. num., ult. fol. album, 8. min.*). Haec Ed. eadem continet, ac praecedens.

Compendium ex Grammatica latina Phil. Melanchthonis olim iussu Seren. Saxoniae Electoris reuisa ab Er. Schmidio pro incipientibus. Lipsiae 1734. 5 plagg. 8. Cum praefatione a. 1619. scripta **).

Idem Schmidii Compendium repetitum est in hocce libro a Ioan. Strubio (a. 1637. primum) edito:

Compendium ex Grammatica Latina Philippi Melanchthonis a Cl. V. Erasmo Smidio (sic) *revisa. Accesserunt huic editioni I. Versus Memoriales de Praeteritis et Supinis verborum, Obliquis Tertiae declinationis, et Prosodia. II. Praxis Syntactica triplex. III. Adami Siberi παραίνεσις de puerorum officiis. IV. Elementa Christianae religionis, conscripta in versiculos per Iohannem Sauromannum. Pro Schola Hannoverana. Goslariae, Typis Nicolai Dunckeri, Anno M. DC. XLIII.* 10 plagg. litt. A — K sign., 159 pagg. num., ult. pag. non num. alba, 8. (pag. 3 — 8. Ioann. Strubii praefatio ad Lectorem a. 1637. scripta; p. 9 — 47. Etymologia; p. 48 — 69. Syntaxis; p. 70 — 88. Prosodia [qua Schmidii Compendium finitur]; p. 89 — 96. Praefatio ad Paedagogos De auctariis libelli et eorum usu; p. 97 — 122. Versus memoriales de Praeteritis et Supinis verborum, Obliquis Tertiae declinationis, et Prosodia; p. 123 — 144. Praxis syntactica triplex; p. 145 — 154. Adami Siberi de officiis puerorum *παραίνεσις*; p. 155 — 159. Elementa Christianae religionis, conscripta in Versiculos, per Iohannem Sauromannum; ult. pag. vacat) ***).

His Compendiis secundum annos, quibus primum prodierunt, enumeratis denique addo duo ex Melanthonis et Petri Rami ****) vel Ioh. Rhenii †) Grammaticis conscripta, quorum annos, quibus primum prodierunt, certo definire nequeo:

Grammatica Philippo-Ramea latina, sive ex Philippi et P. Rami scriptis grammaticis hausta. Herborn. 1591. 8. ††).

---

*) Haec Ed. ex Biblioth. Orphanotr. Halens. mihi ad manus est.

**) Haec Ed. a Strobelio l. l. p. 43. memoratur.

***) Hanc Ed. ex Biblioth. Orphanotr. Halens. in manibus teneo.

****) Petrus Ramus (proprie Pierre de la Ramée) a. 1515. natus in Picardiae pago Cuth, Praeceptor Academiae Parisiensis celeberrimus, in nuptiis cruentis, quae dicuntur, 1572. ibi occisus, praeter multos alios libros etiam Grammaticas scripsit: *Grammaticae latinae libri IV.* Avenione 1559. 8. — *Libri duo de veris sonis literarum et syllabarum e scholis grammaticis primi, ab autore recogniti et locupletati. Paris.* 1560. 8., recusi *Francof.* 1575. 8. ibid. 1580. 8., quibus etiam ex parte quidem adnumerandae sunt *Scholae in artes liberales, scilicet Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Physicam, Metaphysicam. Basileae* 1569. Fol. ibid. 1578. Fol. *Francof.* 1581. 8. Vide Ioecheri Gelehrten-Lex. T. III. p. 1895. eiusque Continuat. T. VI. p. 1320 — 24., I. P. Niceron: Nachrichten etc. T. XVIII. p. 207 — 244., C. I. Houginé: Handb. der allgem. Litterar-Gesch. T. II. p. 234 — 236., Sam. Baur: Neues Hist.-Biogr.-Liter. Handwörterb. T. IV. p. 590 sq.

†) Ioh. Rhenius, Ossitii, Misniae oppido, 1574. natus, 1618 — 1633. Rector Gymnasii Islebiensis, inde ab a. 1634 Conrector in urbe Husum, ubi a. 1639. mortuus est, scripsit plures Grammaticas lat.: *Elementa latinae grammaticae, vera brevia et perspicua.* Lipsiae 1610. 8. — *Donatus Latino Germanicus, s. ratio declinandi et conjugandi, cum vocabulis declinationum.* Lips. 1611. 1612. 1613. 1625. 1630. 1632. 1634. 1640. 8. Augustae Vindel. 1615. 8. Gryphisw. 1648. 8. Lips. 1653. 1657. 1660. 1662. 1663. 1667. 1669. 1681. et saepius sine anni indicio. — *Grammatica latina, cum Paralipomenis ex veterum et recentiorum Grammaticorum coryphaeis collecta.* Lips. 1611. 1613. 1615. 1618. 1621. 1625. 1632. 1637. 1648. 1656. 1662. 1671. 1677. 1692. 1696. 1700. 8. Regiom. 1648. 8. Halae Sax. 1677. 8. Martisburgi 1691. 8. — *Compendium Grammat Lat.* Lips. 1611. 1613. 1618. 1621. 1623. 1626. 1629. 1634. 1638. 1642. 1655. 1660. 1663. 1667. 1670. 1675. 1686. 1689. 1692. 1697. 8. Dantisci 1611. 8. Rigae 1651. 8. — *Tyrocinium linguae lat.* Lips. 1615. 1620. 1622. 1639. 1653. 1655. 1661. 1676. 1682. et al. Vide Ioecheri Gelehrten-Lexicon T. III. p. 2047. et praesertim Continuationis huius Lex. Tom. VI. p. 1951 — 1953., ubi eius libri recensentur.

††) Haec Ed. in Biblioth. ducali Guelferbyt. est.

Grammatica Latina Philippo-Ramea ad faciliorem puerorum captum perspicua methodo breviter conformata, et duobus libris distincta. Syntaxis sententiosis auctorum exemplis illustrata. Additae sunt passim Tabulae cum generales tum speciales; ex quibus methodus cognosci potest. Seneca. Longum iter est per praecepta; breve et efficax per exempla. Quintl. lib. **1.** *cap.* **7.** *Non obstant hae disciplinae per eas euntibus, sed circa eas haerentibus. Steinfurti, Typis Cornelii Wellenbergh. Anno* **1660. 11** plagg. litt. A — L sign., **2** foll. non num., **172** pagg. num., 8. min. (fol. A 1ᵇ — 3ᵃ Index Capitum, Praefatio ad Lectorem, Typus et Ordo Etymologiae; fol. A 3ᵇ [pag. 2.] — pag. 112. Lib. I. De Etymologia; p. 113 — 172. Lib. II. De Syntaxi.) *).

Praecipua Latinae Grammaticae praecepta Rheniana et Melanthoniana: Ab Exceptionibus et Exemplis suis multifariis segregata, et sic junctim edita pro tironibus: Ut, quae sibi ediscenda sint, sciant, et non-distracta ea in promptu statim habeant, quoties legere ac repetere jubentur: Deinde ad Grammaticas integras plenius cognoscendas planiore via procedunt.

Horat.

Quicquid praecipies, esto brevis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Noribergae, Typis Simonis Halbmayeri. s. a. (**1683.?**) 4 plagg. litt. A — D sign., **64** pagg. num., 8. min. Hoc Compendium praefatione carens in XLII particulas est divisum, quarum prima inscripta est: *Quid Grammatica, et quae eius partes.*, extrema autem: *De Figuris Syntacticis* **).

Hae duae Grammaticae, in quibus praecepta Melanthonis cum Rami et Rhenii coniuncta exhibentur, conscriptae esse videntur a viris, qui partes illius temporis contrarias conciliare studebant. Alii enim Melanthonis Grammaticas summa laude dignas nullaque correctione egentes iudicabant, Rami, Frischlini***), Rhenii aliorumque libros eiusdem argumenti aspernantes; alii contra hosce Melanthonianis praeferebant. Inprimis Rhenius Melanthonis Grammaticas e scholis expellere studebat, quo consilio hunc edidit librum:

Sylloge grammaticalium incommoditatum. Lipsiae **1611.** 8. ****).

His conatibus praeter alios Val. Hartungus Lipsiensis et Io. Wanckelius obnitebantur hisce libris:

Praegustus ad saporem ueritatis, pro defendenda uetere Grammatica Dn. Ph. Melanchthonis, contra syllogen et Paralipomena M. Io. Rhenii Ossitiensis Lipsiae edita, delibatus a M. Valentino Hartungo Lipsiensi, scholae D. Nicol. Conr. Lipsiae **1612.** 16 plagg. 8. †).

Io. Wanckelii Prisciani uapulantis siue pro Grammatica lat. scholarum Misnicarum Apologeticus oppositus Io. Rhenio. Wittebergae **1614.**

Illi libro Rhenius opposuit: *Defensionem necessariam contra Hartungum* (Lipsiae **1612.**), huic vero: *Examen Apologetici Wanckeliani* (Lips. **1614.**).

Optimum Melanthonianae Grammaticae testimonium ipsum dedit tempus, per quod in plurimis Germaniae scholis ††) in usu erat. Ex his enim Prolegomenis elucet, supra ducentos annos variis Editionibus prodiisse, id quod de nulla alia Grammatica dici possit. Quin etiam nostro tempore harum Grammaticarum methodus ex parte quidem viget, ut intelligitur ex hisce Raumeri (Gesch. d. Paedagog. I. p. **205.**) verbis: *Ihr Einfluss ist aber bis auf unsere Zeit nachzuweisen. So trifft z. B. die so tüchtige grössere* Grammatica marchica *in der Totalanlage wie in der Ausführung auffallend mit der Melanchthons zusammen, sie stimmt oft wörtlich in Definitionen, syntaktischen Regeln u. s. w. Und Otto Schulz sagt wiederum in der Vorrede zu seiner ausführlichen lateinischen Grammatik, welche im Jahre* 1825 *erschien: „In Rücksicht der Methode wollte ich mich so nahe als möglich an die grössere Märkische Grammatik halten, über deren Vorzüge unter allen Schulmännern wohl nur eine Stimme ist."*

Restat, ut nonnullos aliorum libros similis argumenti recenseamus, quos Melanthon praefationibus instruxit et lectoribus intime commendavit, ut latinae linguae studium adiuvaret. Eiusmodi sunt:

1. *Des. Erasmi Roterodami de duplici copia uerborum ac rerum commentarii duo.* **1529. 8.** †††). Melanthonis praefatio ad Studiosos a. **1529.** scripta huic libro praemissa in huius Corp. Vol. I. p. **1118 — 1120.** recusa est.

---

*) Haec Ed. ex Biblioth. acad. Halensi mihi ad manus est.

**) Hunc librum, quem Strobelius l. l. p. 34 sq. affert adscripto anno 1683., ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo. Etiam in Biblioth. senat. Norimb. exstat.

***) De Nicod. Frischlini libris grammaticis vide Gruberi Allgem. Encyklop. der Wissensch. u. Künste Sect. I. P. L. p. 233 sqq. 241 sq.

****) Hunc librum et subsequentes Strobelius l. l. p. 37 sq. affert.

†) Haec defensio ab Hartungo scripta in Biblioth. senat. Norimb. asservatur.

††) Non solum in scholis Augustanae confessionis, sed etiam Catholicae; vide Raumer l. l. I. p. 205. notam 1.

†††) Hic liber primum prodiit Argent. 1513. 4°. Cf. Panzer l. l. VI. p. 61. nr. 289. Iterum Argent. 1516. 4., et Hagenoae 1519. 4. sic inscriptus: *D. Erasmi Roterodami, de duplici Copia, Verborum ac Rerum Commentarii duo. Ab au-*

Melanthon cum a. 1534. hunc librum denuo una cum N. Veltkirchii commentario edidit, ei epistolam ad Petrum Brubachium praefationis loco praeposuit, illa priore praefat. omissa. Haec epistola legitur in huius Corp. Vol. II. p. 784 sq. inter epistolas anni 1534. Haec Ed. sic inscripta est:

D. Erasmi Roterod. de duplici copia verborum et rerum libri duo, cum commentariis M. Veltkirchii. Haganoae (apud Petrum Brubachium) 1534. 8. *).

Idem liber cum eadem praefatione prodiit hisce Editt.:

— — *multa accessione nouisque formulis locupletati, una cum commentariis M. Veltkirchii Oratoriae Professoris in schola Witteberg., iam recens natis ac aeditis. Basileae* 1543. 32 plagg. 8. **).

— — (Idem Index) *Lipsiae* 1550. 8.

Des. Erasmi — locupletati. Addita sunt doctissima commentaria M. Veltkirchij, Oratoriae facultatis, in academia Vuittenbergensi professoris. (Insigne typogr. Brylingii.) *Basileae per haeredes Nicolai Bryling. Anno M.D.LXV.* 25 plagg. litt. a — z, A, B sign., 3 foll. non num., 385 pagg. num., 9½ foll. non num., 8. (fol. a 2^a — 3^b Erasmi epistola ad Io. Coletum cum Epigramm. Phil. Engentini; pag. 1 — 385 [fol. A 7^a]. Erasmi de duplici copia verb. ac rer. libri II. cum Veltkirchii commentario singulis capitibus subiuncto; fol. A 7^b — B 3^a Epitaphia ac tumuli, quibus Erasmi mors defletur; fol. B 3^b — 7^a Index Capitum etc.; fol. B 7^b — 8^a Melanthonis epist. ad Typographum [Petr. Brubach.]; fol. B 8^b vacat.) ***).

2. *Thomae Linacri Britanni de structura latini sermonis Libri VI. cum praefatione Phil. Mel. Vitebergae (apud Ioseph. Klug)* 1532. 33 plagg. 8. ****). In epistola nuncupatoria ad Guil. Reiffenstein mense Febr. 1531. scripta Melanthon hunc librum valde laudat, quod ad emendate et vere latine loquendum, et ad recte iudicandum de phrasi et omnibus figuris lat. sermonis plurimum conferat. Haec praefatio in huius Corp. Vol. II. p. 481 — 484. recusa est. Ex tempore, quo ea scripta est, apparere videtur, primam huius libri editionem a. 1531. prodiisse. Libro I. agitur de octo partibus orationis. II. de partium enallage. III. de constructione nominis et pronominis. IV. de constructione verbi et participii. V. de non declinatarum constructione. VI. de constructionis figuris. — Ex multis huius libri Editt. afferam hasce:

— — (Idem Index) *Coloniae* 1539.

— — (Idem Index) *Vitebergae* 1543.

Thomae Linacri Britanni, de emendata structura Latini sermonis, libri VI. Cum Praefatione Philippi Melanthonis, et indice copiosissimo. (Insigne typogr. Gymnici) *Coloniae apud Mart. Gymnicum Anno M.D.XLIX.* 31 plagg. litt. A — Z, Aa — Hh sign., 478 pagg. num., 8 foll. non num., ult. fol. album, 8. min. (p. 2 — 6. Melanthonis praefatio ad Gulielm. Rifenstein m. Febr. 1531.; p. 7 — 93. Thomae Linacri Angli, de emendata structura, sive de octo partibus, lib. I., p. 94 — 129. lib. II., p. 130 — 200. med. lib. III., p. 200. med. — 289. lib. IV., p. 290 — 340. med. lib. V., p. 340. med. — 478 [fol. Gg 7^b]. lib. VI.; fol. Gg. 8^a — Hh 7^a Index; fol. Hh 7^a — 8^b vacant.) †).

Thomae Linacri Britanni de emendata structura Latini sermonis libri VI. cum indicatione locorum unde exempla ab autore adducta fuerunt. Recogniti a Ioachimo Camerario Pabergensi. Vna cum indice diligentissimo. Accessit Libellus eiusdem Camerarij de arte Grammatica, et figuris dictionum. Cum Privilegio cuius exemplum Epistolae proximae subiectum est. Lipsiae in officina Valentini Papae. Anno M.D.LV. 45½ plagg. litt. Aa, Bb (½ pl.), b — z, A — Y sign., 12 foll. non num., 553 pagg. num., 75 foll. non num., quorum ult. 1½ foll. alba sunt, 8. min. (fol. Aa 2^a — 7^a Camerarii epistola dedicatoria ad Principem Albertum Marchionem Brandenpurg. d. d. 14. Cal. Maii; fol. Aa 7^b — Bb 2^a Exemplum Privilegii Regii [a Ferdinando a. 1538. dati]; fol. Bb 2^b — 4^b Melanthonis epist. commendatitia ad Vil. Reifenstein a. 1531.; pag. 1 — 535. Linacri de emend.

---

thore ipso diligentissime recogniti et emaculati, atque in plerisque locis aucti. Item Epistola Erasmi Roterodami, ad Iacobum Vuimphelingium Selestatinum. In fine: *Hagenoae, in aedibus Thomae Anshelmi Badensis. Anno M.D.XIX. Mense Decembri* supposito Insigni typogr. Anshelmi. 15½ plagg. 4. (Haec Ed. in meis libris est). — Illam Ed. a. 1529., quae prima cum Mel. praefat. prodiit, Strobelius l. l. p. 49 sq. affert.

*) Vide Panzerum l. l. VIII p. 113 nr. 374. coll. Indice Vol. X. p. 323.

**) Haec Ed. et seq. in Prolegg. epistolae Mel. huic libro praemissae in huius Corp. Vol. II. p. 784. afferuntur; Ed. 1543. etiam a Strobelio l. l. p. 50. recensetur.

***) Haec Ed. in meis libris est.

****) Hanc Ed. et duas sequentes Strobelius l. l. p. 49. recenset. Hanc priorem etiam Hirschius in Millen. I. p. 53. nr. 617. affert.

†) Hanc Ed. et duas subsequ. ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo.

struct. libri VI.; p. 536—553 [fol. N 5ª]. Camerar. De arte Grammatica; fol. N 5ᵇ—8ª *Περὶ παθῶν λέξεων, ἐκ τῶν τοῦ γραμματικοῦ Τρυφῶνος*; fol. N 8ᵇ—Q 4ᵇ Annotationes Casp. Landsidelii Lipsici [ad Linacri libros VI.]; fol. Q 5 Autorum catalogus quorum testimoniis et exemplis usus est Linacer; fol. Q 6ª—V 8ᵇ Index; fol. X 1ª—Y 7ª Annotationes in Linacrum Phil. Bechii; fol. Y 7ᵇ—8ᵇ vacant).

Thomae Linacri Britanni de emendata structura Latini sermonis, Libri VI. Diligentius quam antehac unquam recogniti, atque in lucem editi. Cum epistola commendatitia D. Philippi Melanchthonis. Et cum indice quam antea copiosiore et diligentiore. (Insigne typogr. Brylingii) *Basileae per Nicolaum Bryling. Anno M.D.LX.* 30 plagg. litt. a—z, A—G sign., 4 foll. non num., 459 pagg. num., 5½ foll. non num., ult. fol. album, 8. min. (fol. a 2ª—4ᵇ Melanth. epist. commend. ad Vil. Rifenstein a. 1531.; pag. 1—459 [fol. G 2ª]. Linacri libri VI.; fol. G 2ᵇ—7ᵇ Index; fol. G 8. album).

— — (Idem Index ac Ed. Lips. 1555.) *Lipsiae* 1564. 8. *).

— — (Idem Index ac Ed. Lips. 1555.) *Lipsiae, Anno. M.D.LXXVII.* — (In fine:) *Lipsiae, Imprimebat Iohannes Steinman. Anno M.D.LXXVII.* 44 plagg. litt. A—Z, Aa—Xx sign., 12 foll. non num., 527 pagg. num., 77 foll. non num., quorum 1½ ultima alba sunt, 8. (fol. A 2ª—Xx 2ᵇ eadem eodemque ordine continent, ac Ed. Lips. 1555.; fol. Xx 3ª—6ᵇ Interpretatio Graecorum in capite de Hellenismo; fol. Xx 7ª Clausula; fol. Xx 7ᵇ—8ᵇ vacant.) **).

— — (Idem Index) *Lipsiae, Anno M.D.LXXX.* — (In fine:) *Lipsiae, Imprimebat Ioannes Steinman. Anno M.D.LXXX.* superposito Insigni typogr. Steinmani. 44 plagg. litt. A—Z, Aa—Xx sign., 12 foll. non num., 527 pagg. num., 77 foll. non num., quorum ult. 2½ foll. alba. Haec Ed. praecedentis a. 1577. repetitio est ***).

3. *Aelii Donati methodus seu declinandi coniugandique prima elementa, pro pueris alphabetariis, rerum grammaticarum prorsus ignaris, cum epistola Phil. Melanth. Francof. ad Oder. ex officina Andreae Eichorn.* (s. a.) 8.

Curarunt hanc editionem hypodidascali Torgenses, ut intelligitur ex eorum epistola ad Georgium Rhau, patrem, data Torgae, Calend. Sept. 1533., qua ipsi Donatum excudendum miserunt, quae etiam libello praemissa est. Addidisse videtur Melanthon suam epist. ineunte mense Septb. Commemoravit hanc epist. Mylius in Chronol. libr. Mel. ad ann. 1533. Recusa est in huius Corp. Vol. II. p. 664 sq. (Conf. eius Prolegg.).

4. *De re metrica libri tres Iac. Micylli, Argentoratensis. Cum praefatione Phil. Melanthonis. Francofurti apud Chr. Egenolphum.* 1539. 8. ****). Haec praefatio ad Studiosos, in qua Mel. ostendit, quantum usum Prosodia interpreti Psalmorum praebeat, legitur quoque in Mel. Declamation. ed. in 4. (Argent. 1541.) p. 747 sqq. et editt. in 8. T. II. p. 207 sqq., et recusa est in huius Corp. Vol. III. p. 756—760.

Alia huius libri Ed. sic inscripta est:

De re metrica libri tres, per Iac. Micyllum iam multo castigatius quam antehac in lucem editi. Cum praef. Ph. Melanchth. Franc. 1561. 83 plagg. 8. †).

5. *Etymologia lat. Grammaticae ex uariis autoribus collectae et editae. Basileae* 1539.

Hunc librum Mylius l. l. ad a. 1539. memorat inter eos, ad quos Melanthon illo anno praefationes scripserit.

Hac brevi Grammaticae Melanthonianae historia proposita, aggredimur ad eam ipsam edendam, qualis ab ipso auctore conscripta et recognita est. E Prolegomenis p. 193—198. apparet, hanc quater et decies prodiisse, scilicet 1) *Haganoae* 1525. 8., 2) *Wittembergae* 1526. 8., 3) *Haganoae* 1526. 8., 4) *Parisiis* 1526. 8., 5) *Wittembergae* 1527. 8., 6) *Parisiis* 1527. 8., 7) ibid. 1528. 8., 8) ibid. 1529. 8., 9) *Norimbergae* 1529. 8., 10) *Lipsiae* 1532. 8., 11) *Parisiis* 1532. 8., 12) *Friburgi Brisgoiae* 1535. 8., 13) *Lipsiae* s. a. 8., 14) *Tubingae* 1546. 8. Ex his Editt., quas prima huius Grammaticae aetas complectitur, hasce quatuor in manibus habeo: 1) *Ed. Hagan.* 1526., 2) *Ed. Norimb.* 1529., 3) *Ed. Tubing.* 1546. et 4) *Ed. Lips.* s. a., quarum tres priores solis annorum numeris, extremam vero siglis *s. a.* signabo.

Hac nova Editione repetitur *Editio Hagan. anni* 1526., subiunctá varia lectione, quam tres Editt. 1529., 1546. et Ed. s. a. exhibent.

---

*) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 49. brevissime affert.

**) Hanc Ed. ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus teneo.

***) Haec Ed. ex Biblioth. acad. Halensi mihi ad manus est.

****) Haec Ed., quae sic in Prolegg. praefationis Mel. in huius Corp. Vol. III. p. 756. memoratur, in Biblioth. senat. Lips. asservatur.

†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 50. recenset.

GRAMMATICA LATINA PHILIPPI MELANTHONIS,

AB AUCTORE ANNO 1526. AUCTA ET RECOGNITA.

DE GRAMMATICA.

Grammatica est certa loquendi et scribendi ratio. Nisi enim Grammatica discernat voces, et ostendat certam quandam rationem componendarum vocum, quomodo intelligemus, quod quomodocunque consutis verbis effertur? ut, Petrus percussit Fabius, nihil certi sonat. Ita si promiscue scribas, Vallo et Fallo, confundentur legentium animi. Est ergo inventa grammatica, quae certius loquendi et scribendi artificium sit. Nomen γραμματικὴ literaturam significat [1]).

Partes Grammatices.

Orthographia, quae docet recte scribere, ut Vallo per v, et Fallo per f, ab ὀρθῶς recte, et γράφω scribo.

Prosodia, quae docet accentus, ut líbere, libêre. προςῳδία, latine accentus.

Etymologia, quae discrimina casuum in dictionibus tradit, fortis, fortiter, lego, legis. Ἐτυμολογίαν Cicero vertit veriloquium, eo quod dictionum proprietatem tradat. Quanquam enim eadem significent, bonus et boni, tamen alia est in alio casu proprietas ἔτυμον verum, rectum, certum, ab ἐτεὸν, quod ab εἰμὶ deducunt, et λόγος sermo.

Syntaxis, quae constructionem vocum docet, adeoque orationem contexit, συντάττω ordino [2]).

Orthographia literarum rationem continet.

Literae tres et viginti sunt.

A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
In his Graecae sunt k et y et z.
h aspiratio est.

Vocales.

a				
e	Ex his conflantur	{	ae	Musae
i	diphthongi		oe	Foelix
o			au	Audio
u			eu	Eurus.

Et antiqua ei, ut parteis, omneis. Cuius usus est in accusativis declinationis tertiae nominum, quae duabus consonantibus exeunt. Δίφθογγος, id est, geminus sonus unius syllabae, ut apparet in au, eu [3]). Nam et ae et oe veteres aliter pronuntiabant, quam nunc pronuntiari solent.

Consonantes.

Sunt reliquae literae praeter vocales.

Ex his aliae sunt Mutae, b c d f g k p q t.

Aliae Semivocales, l m n r s x z.

Aliae [4]) Liquidae, l m n r. Sic dicuntur, quod in brevi syllaba nonnunquam liquescant, ut extendatur syllaba, tênebrae, tenêbrae. Caetera docebit usus, artium magister. Est autem accurate cavendum, ne in scribendo negligant orthographiae rationem [5]) pueri, quod expeditius legantur et intelligantur, quae probe scripta sunt.

DE ETYMOLOGIA.

Ἐτυμολογία, id est, proprietas dictionis, docet enim [6]) discrimina casuum in dictionibus. Non enim eadem est harum vocum significatio prorsus: Virgilius et Virgilium, scribo et scripsi.

Partes orationis
octo sunt.

Nomen, Pronomen, Verbum, Adverbium, Participium, Coniunctio, Praepositio, Interiectio.

Nomen est pars orationis, quae rem significat, non actionem [7]).

1) quae certius — significat] sic Editt. 1526., 1529.; Editt. 1546. et s. a.: ut teneamus certum artificium loquendi et scribendi. Nomen γραμματικὴ proprie significat Germanis Schreibkunst. habet enim nomen a primis artis initiis, videlicet a literis. Nam γράμμα significat idem quod litera.

2) quae constructionem — ordino.] sic Editt. 1526., 1529.; Editt. 1546. et s. a.: est ratio coniungendarum vocum seu faciendae orationis. a συντάττω, quod significat ordino.

3) in au, eu.] Ed. 1546.: in au et eu; Ed. s. a.: in au et in eu.

4) Aliae] in Editt. 1546., s. a. deest.

5) orthographiae rationem] Editt. 1546., s. a.: orthographiam.

6) enim] in Editt. 1546., s. a. deest.

7) actionem] Editt. 1546., s. a.: agere aliquid, aut pati

Nomen duplex est.
- Proprium
- Appellativum quod est multis commune.
  - **Substantivum, cui non potest addi, Man, Weib, Ding, ut campus.**
  - Adiectivum, cui addi potest, Man, Weib, Ding, ut albus vir, alba mulier, album pecus.

N o m i n i accidunt: Comparatio, Genus, Numerus[8]), Figura, Casus, Declinatio.

De Comparatione.

Comparantur nomina, quorum significatio augeri minuive potest.

G r a d u s comparationis sunt, Positivus, Comparativus et Superlativus.

Positivus prima vox adiectivi est, Bonus, Albus, Candidus.

Comparativus, qui supra positivi significationem magis significat. Terminationes sunt Masculina et Foeminina or, Neutra us.

R e g u l a e.

Comparativus fit regulariter a positivi casu in i, ut,

Candidi candidior	Foelici foelicior
Eruditi eruditior	Prudenti prudentior
Forti fortior	Nigri nigrior
Amici amicior	Pudici[9]) pudicior
Spurci[9]) spurcior	Salubri salubrior
	Deteri deterior[10]).

E x c e p t i o.

Quae habent vocalem ante us vel is, non formant comparativos iuxta regulam supra positam, sed comparativus describitur, adiecta voce, magis, ad positivum.

Pius	magis pius
Idoneus	magis idoneus
Strenuus	magis strenuus
Tenuis	magis tenuis.

Invenies tamen usurpari saepe tenuior.

Superlativus, qui valde significat supra positivi significationem.

Terminationes[11]) { Rimus, Simus, Limus.

R e g u l a e.

I.

Quae r finiunt, superlativos faciunt, adiecta rimus.

Acer acerrimus	Ater aterrimus
Teter teterrimus	Niger nigerrimus
Saluber saluberrimus	Pulcher pulcherrimus.

II.

Quae aliter finiunt, superlativum faciunt, adiecta s et simus ad positivi casum i desinentem.

Prudenti	prudentissimus
Candidi	candidissimus
Docti	doctissimus
Foelici	foelicissimus.

III.

Limus finiunt haec tantum:

Humilis	humilimus
Facilis	facilimus
Gracilis	gracilimus
Similis	similimus
Agilis	agilimus.

Poetae geminant l. Rara avis in terris nigroque simillima cygno.

I r r e g u l a r i s C o m p a r a t i o.

Veniunt gradus a Praepositionibus.

1	Extra	exterior	extimus extremus usitatius
2	Intra	interior	intimus
3	Ultra	ulterior	ultimus
4	Citra	citerior	citimus
5	Supra	superior	supremus et summus
6	Infra	inferior	infimus
7	Post	posterior	postremus
8	Prope	propior	proximus
9	Ante	anterior.	

Sunt et haec anomala:

Bonus	melior	optimus
Malus	peior	pessimus

---

8) Numerus,] sic Editt. 1546., s. a.; in Editt. 1526., 1529. deest.

9) Spurci ... Pudici] sic Editt. 1546., s. a.; Editt. 1526., 1529. Spurcus ... Pudicus

10) Deteri deterior.] sic Editt. 1526., 1529.; Editt. 1546., s. a. pro hoc exemplo habent haecce: Quidam indocti in his Comparativis amicior, pudicior, addunt syllabam, pronuntiant enim amicitior, pudicitior. Id fit contra rationem et usum veterum.

11) Terminationes] Editt. 1546., s. a. Terminationes habet.

Magnus	maior	maximus
Parvus	minor	minimus
Multus		plurimus
Multa		plurima
Multum	plus	plurimum.

Plurali numero tamen masculinum et foemininum usurpatur, plures.

Dexter	dextimus.

A volo dico, et facio, sic comparantur:

Benevolus	benevolentior	benevolentissimus
Maledicus	maledicentior	maledicentissimus
Magnificus	magnificentior	magnificentissimus.

Vetus; veterior, veterrimus. Nam olim veter dicebant.

Nuper	nuperrimus.

Prior, primus, a pridem fecit Priscianus [12]).

Quaedam adiectiva bifariam finiunt in positivis, er vel is. Sunt autem:

hic	Acer	acrior	acerrimus
haec	Acris	acrior	acerrima
hoc	Acre	acrius	acerrimum

hic	Alacer	hic	Celeber
haec	Alacris	haec	Celebris
hoc	Alacre	hoc	Celebre
hic	Saluber	hic	Volucer
haec	Salubris	haec	Volucris
hoc	Salubre	hoc	Volucre.

Eiusmodi sunt et

Celer, Paluster, Campester, Sylvester, Equester, Sequester, Pedester.

Mutantur et sic:

hic acris	hic salubris
haec acris	haec salubris
hoc acre	hoc salubre
hic alacris	hic volucris
haec alacris	haec volucris
hoc alacre	hoc volucre.

Accusativi personam his verbis addunt, sequuntur infinitivi. Iuvat, oportet, ut: Principem oportet pati legem, quam condidit. Decet, sed hoc saepius active usurpatur, ut: Secundas [29]) res decent superbiae. Et cum dativo antique. Ita nobis decet. Terentius [Adelph. 5, 8, 5.].

Quarta regula.

In quarto ordine impersonalium παθητικὰ sunt, quae praecedunt accusativi, sequuntur genitivi. Poenitet. Cicero: Poenitet eum senectutis [30]) suae. Piget [31]), taedet. Salustius: Me civitatis taedet, morumque piget. Pudet, miseret. Pudet me negligentiae meae [32]). Miseret amicum calamitatis.

Adnumerant impersonalibus, debet, coepit, incipit, ut: Debet adulescentem poenitere peccati. Aiunt, solent [33]).

DE PARTICIPIIS.

Participia imitantur verborum suorum constructionem, ut: legens Virgilium. Degenerant autem in nomina, cum verborum casus amittunt, ut: fugitans litium.

Duo ablativi coniunguntur designantes consequentiam, alter participii, alter nominis. Explicari autem possunt per particulam, cum, ut: Imperante Maximiliano, Veneti graviter adflicti sunt, id est, cum imperaret Maximilianus. Dicimus ad hunc modum: Imperatore Maximiliano, Imperatore Carolo, Galli ad Mediolanum magna pugna victi sunt a Germanis.

Et usurpantur [34]) participia pro infinitivis, ut: opus est maturato [35]), pro maturare. Opus est facto, pro facere [36]).

DE ADVERBIIS.

Adverbiorum naturam exposuimus in Etymologia. Subiiciuntur verbis ad explicandas circumstantias locorum, temporum et similes.

Nomina degenerant in adverbia, apud Latinos singulari numero, ut: horrendum clamat; apud Graecos plurali numero, idque Latini imitati sunt, ut Virgilius [Georg. IV, 122 sq.]: Nec sera comantem Narcissum, pro sero comantem, seu florentem. Narcissus enim postremus omnium florum circiter Septembrem primum floret, ut scribit Theophrastus. Nostri vocant: zeitlosen.

Secunda regula [37]).

Non subiiciuntur casus nominum adverbiis, praeter pauca, Pridie, postridie, de quibus dixi in Etymologia.

---

24) Permagni] sic Ed. 1539.; Editt. 1526. 1529. permagna.
25) observabis et] Ed. 1539. et observabis
26) recte] sic Ed. 1526.; Ed. 1529. recta, Ed. 1539. recti
27) accidit,] Ed. 1539. accipit,
28) Ed. 1539. addit exemplum: Tolle moras, semper nocuit differre paratis.
29) Secundas] Ed. 1529. Secundae
30) senectutis] Ed. 1539. errore typ.: senectis
31) Piget,] Ed. 1539.: Nostri nosmet poenitet. Pudet.
32) miseret. Pudet me — meae.] Editt. 1526., 1539. Pudet me — meae. Miseret.
33) Aiunt, solent.] Ed. 1539.: Et aiunt, solent, sine personis efferuntur, quae tamen inter impersonalia nolim numerari, nam omissio personae figurata est sicut in verbis: pluit, tonat, κατὰ ἔκλειψιν dissimulatur nominativus: aer tonat, homines aiunt.
34) usurpantur] sic Ed. 1539.; Editt. 1526., 1529. exponuntur
35) maturato,] sic Ed. 1539.; Editt. 1526., 1529. maturatu,
36) Ed. 1539. h. l. addit: atque hae figurae ex Graecis aoristis natae esse videntur.
37) regula] haec vox in Editt. 1526., 1529. deest.

DE CONIUNCTIONE.

Coniunctio aut similes casus coniungit, ut: Amat et potat puer. Virgilius et Cicero sunt principes Latinae linguae. [Ovid. Amor. I, 6, 59.]: Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.

Aut orationem novam superiori adtexit, ut [Virg. Aen. X, 501 sq.]:

Nescia mens hominum fati sortisque futurae,
Et servare modum rebus sublata secundis [38]).

Est autem coniunctionum natura diligenter observanda, quia enim colligunt velut artus [39]) orationem. Magnum vitium est aliqua voce in connectendo abuti. Nam obscura et monstrosa fit oratio, si confundantur hae particulae, ut monstrosum corpus erit, si iugulus in tergo collocetur, scapulae in pectore.

Ut, coniunctio causalis, adsciscit coniunctivum. Si praesens verbum praecedat, praesens coniunctivum erit. Si praeteritum verbum praecesserit, erit coniunctivum praeteritum imperfectum, ut: Iussi, ut faceres. Significat autem aliquando tempus, [Virg. Ecl. 8, 41.]: Ut vidi, ut perii, id est, postquam vidi. Repetitio autem Graeca est [40]). Significat et quomodo, [Virg. Aen. II, 4.]: Troianas ut opes, et lamentabile regnum. Significat et quam: Ut ferus est, quam ferus est. Designat et similitudinem: Ut mores sunt, ita fortuna respondet. Et superlativo cognata est: Ut quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimum. Et imprecativum: Ut illum dii deaeque omnes perdant. Et quamvis, [Ovid. ex Ponto epist. III, 4, 79.]: Ut desint [41]) vires, tamen est laudanda voluntas.

In coniunctionibus diligenter observentur hae, quae circumductiones efficiunt, hoc est, quae duo κῶλα coniungunt, ut si, cum, quanquam, et similes.

DE PRAEPOSITIONIBUS.

Praepositiones in Etymologia recensui. Hae mutant verborum constructiones, ut: Adeo patrem, cum Eo patrem non dicitur. Latini repetitione delectantur, ut: Adeo ad patrem [42]).

INTERIECTIONES.

Hei dativum adsciscit: Hei mihi, qualis erat. Heu accusativum: Heu stirpem invisam. Et nominativum: Heu pietas, heu prisca fides. Proh Iuppiter, Proh deum atque hominum fidem.

Regula.

Exclamationes fere per infinitivum [43]) et accusativum efferuntur, ut: Adeone esse invenustum quenquam, ut ego sum [44]).

Finis Syntaxeos [45]).

DE PERIODIS [46]).

Inter alias pestes rei literariae, plane comperi praecipuam [47]) esse, quod in ludis literariis rari admodum grammaticas praeceptiones docent. Idque fieri video alias inertia praeceptorum, quos laboris piget. Nam quia subasperae sunt praeceptiones, non sine negotio ad eas discendas pueri perpelluntur. Alios pudet in re, quae nihil habet ostentationis, versari. Ita fit, ut vix unquam, neglectis his primis literarum elementis, pueri ad frugem perveniant. Sed enim egregiam operam navare mihi videntur, qui ad prae-

---

38) Ed. 1539. h. l. addit: Rari quippe bonis viae sunt numero totidem quot Thebarum portae vel divitis hostia Nili.

39) artus] sic Ed. 1526.; Ed. 1539. articuli; Ed. 1529. arctius

40) Repetitio — est.] Ed. 1539. pro his exhibet: quo in loco Virgilius Graecos imitatus est repetita coniunctione.

41) desint] Ed. 1529. errore typ.: desinit

42) Praepositiones in — patrem.] horum loco, in Ed. 1539. leguntur haecce: Praepositiones addunt circumstantiam verbis, tanquam Articuli. Aliae autem Accusativos, aliae Ablativos requirunt. Hanc Regulam recitent in construendo pueri, verum ex Etymologia discere debebunt, quae praepositiones requirant Accusativos, quae Ablativos.
Addendum est et hoc praeceptum, quod praepositiones mutant constructiones verborum. Addunt enim verbis suum casum, ut: Adeo patrem, pro Eo ad patrem. Nam Eo patrem non dicitur. Et Latini libenter repetunt praepositionem: Accedo ad pedissequam.

43) infinitivum] Ed. 1539. infinitum

44) In Ed. 1539. h. l. adscripta sunt haec: In hunc modum saepe querelae per accusativos et infinitivos efferuntur, quos pueri in interpretando resolvere debent in indicativos. Virgilius [Georg. I, 199 sq.]: Sic omnia fatis In peius ruere et retro sublapsa referri:
Id sic est interpretandum: Sic omnia ruunt fatis. In peius et retro sublapsa referuntur. Et tamen addit infinitivus adfectum quendam, quasi dicas: Miserabile est, sic omnia ruere in peius.

45) Haec subscriptio ab Ed. 1539. abest.

46) Hic brevis *de periodis* tractatus in titulis quarundam Editt., scilicet Grammaticae Lat. Editt.: Paris. 1532. (p. 195 sq. descripta), Lips. in off. Fabri s. a. et Tubing. 1546. (p. 197 sq. recensitis) et Syntaxeos Ed. Norimb. 1529 (p. 339 sq. recensita) tanquam singularis libellus memoratur. Idem indicatur illa subscriptione: *Finis Syntaxeos*, in Editt. 1526., 1529. huic tractatui antecedente, qua is a Syntaxi secernitur.

47) praecipuam] Ed. 1529. praecipuum

ceptiones[48]) diligenter accurateque pueros adsuefaciunt, neque enim aliter aut recte intelligent aliena scripta, aut tuto loqui audebunt ipsi. Et in Syntaxi praestat[49]) exigere, ut non modo discant, quid cur[50]) cohaereat, sed numerent etiam ordine vocabula, quae ad perfectam sententiam efferendam requiruntur. Orditur sententiam nominativus, aut quod vice nominativi fungitur, hunc proxime sequitur verbum finitum, deinde adiicitur obliquus, alicubi et adverbia, et adtexunt saepe plura nomina, praepositiones, saepe aut integra commata, aut verba singula, coniunctiones. Hunc ordinem verborum in interpretando utile est a pueris exigere, ut animadvertant, quot[51]) voces sententiam absolvant, quomodo singulis nominibus singula verba respondeant. Sed has nugas fortasse paedagogus aliquis fastidiens, me delirare clamitabit, qui hanc superstitiosam diligentiam flagitem, praesertim cum sermo sit liberior, nec huiusmodi collocationem vocum requirat. Ego vero in sermone non requiro hanc puerilem structuram, in quo veterum consuetudinem imitari compositio debet. Sed in interpretando censeo adiuvari infirma puerorum ingenia, si ad hunc modum, quem praescripsi, vocabula sigillatim enumerentur. Vix enim fieri potest, ut pervideat puer sententiam longiusculae periodi, nisi velut per scalarum gradus, ordine per singulas partes periodi, ad extremam progrediatur. Saepe in oratione *ἀνανταπόδοτα* quaedam relinquuntur et mutila, quae deprehenduntur hac ratione facillime. [Virg. Aen. I, 109 sq.]:

Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus aras,
Dorsum immane mari summo.

Rectius intelligetur, si hoc modo recenseantur singulae partes orationis: quae saxa in mediis fluctibus, Itali vocant aras, et cohaeret adpositione, aras, quae sunt dorsum immane summo mari, id est, eminent summo mari.

Sunt autem statim etiam docendi pueri, ex quibus partibus integra periodus constet[52]), quia enim veteribus placuisse videmus sententiarum membra *περιοδικῶς* contexere, non est ea ratio a nobis negligenda. Eaque diligentia saepe ad copiam sermonis conducit. Nam cum circumductionibus utimur, saepe causam praeponimus, saepe antithesin facimus, saepe comparationem, quae ornamenta reddunt sermonem uberiorem. Sic ex[53]) comparatione facta est periodus a Cicerone pro domo sua [1, 1.]: Cum multa, Pontifices, a maioribus nostris divinitus inventa atque instituta sunt, tum nihil praeclarius, quam quod vos[54]) eosdem et religionibus Deorum immortalium, et summae reipublicae praeesse voluerunt. Deinde adiecit causam: Ut amplissimi cives rempublicam bene gerendo, pontifices religiones sapienter interpretando, rempublicam conservarent. Fit autem periodus ex commatis et colis. Commata Cicero vocat incisa, sunt enim imperfectae orationes. *Κῶλα* membra sunt, et in longa circumductione perfectae orationes[55]), ut *κῶλον* est: Cum multa, Pontifices, a maioribus nostris divinitus inventa, atque instituta sunt. Aliud *κῶλον*: tum nihil praeclarius, quam quod vos eosdem et religionibus Deorum immortalium, et summae reipublicae praeesse voluerunt. Tertium *κῶλον*: ut amplissimi cives rempublicam bene gerendo, pontifices religiones sapienter interpretando, rempublicam conservarent. Sed partes colorum, commata sunt, ut: inventa atque instituta sunt. Et religionibus Deorum immortalium, et summae reipublicae praeesse. Poterat simpliciter dicere Cicero: Bene institutum est, ut iidem[56]) praesint religionibus et summae reipublicae; sed sonus orationis gravior fit, cum accedit collatio, item in fine, causa.

Sequitur in eadem oratione alia periodus ex collatione facta: Quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate versata est; id est primum *κῶλον*; haec profecto tanta est, ut omnis reipublicae dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, arae, foci, dii penates, bona, fortunae, domicilia vestrae sapientiae, fidei, potestatique commissa creditaque esse videantur. Id secundum *κῶλον* est. *Κόμματα* sunt: omnis reipublicae dignitas, omnium civium salus, vita, libertas etc.

48) ad praeceptiones] Ed. 1539. ad praeceptiones ediscendas
49) praestat] Ed. 1539. prodest
50) cur] sic Editt. 1526., 1539.: Ed. 1529. cui
51) quot] Ed. 1539. quod
52) constet,] sic Editt. 1526., 1539.; Ed. 1529. constat,
53) ex] ab Ed. 1539. abest.
54) vos] sic Editt. 1526., 1539.; Ed. 1529. nos
55) perfectae orationes,] Ed. 1539. paene perfectae orationis.
56) iidem] Ed. 1539. idem

XCVIII. PHIL. MEL. PROSODIA.

Prosodia Melanthonis nusquam, quod scio, *seorsim* prodiit, sed aut ***cum sola Syntaxi***, aut ***cum Etymologia et Syntaxi***, aut ***cum aliis libris coniuncta.***

1. cum sola Syntaxi coniuncta invenitur in omnibus Editt. primae aetatis Syntaxeos, quas supra p. **337**—**340**. recensui; in Editt. vero, quas Winshemius et Wincleruus recognoverunt, non reperitur.

2. cum Etymologia et Syntaxi coniuncta exstat in hisce tribus Editt. primae aetatis Grammaticae Lat.: Paris. **1532**. 8., Lips. in offic. typ. Nic. Fabri s. a. 8., et Tubing. **1546**. 8., quas supra p. **195**—**198**. recensui, fortasse etiam in quibusdam aliis eiusdem aetatis illic enumeratis, quas hucusque non ipse vidi; praeterea in omnibus Editt. secundae, tertiae, quartae et quintae aetatis huius Grammaticae, scil. iis, quas Micyllus, Camerarius, Faber atque Schmidius curaverunt.

3. cum aliis libris similis argumenti connexa prodiit in hac Ed.:

*Contenta libri: **Ph. Melanchthon** de Prosodia. **Henr. Glareani** Isagoge brevis de ratione syllabarum: **Chr. Hegendorphini** Stichologia s. ratio scribendorum versuum. Eiusdem libellus de ratione Carminum: **Ioh. Murmelii** Carminum probandorum exercitium. Argentorati Anno **M.D.XXXV**.* 8.*).

Huius igitur Prosodiae Melanthonianae *totidem aetates* sunt distinguendae, *quot Grammaticae Latinae.*

Prima aetas complectitur Editt., quae Prosodiam exhibent, qualis ab ipso Melanthone scripta et recognita est, nempe hasce:

1. *Syntaxis Phil. Mel.* etc. ***Haganoae*** **1526**. 8. (vide supra p. **337** sq.)
2. *Syntaxis Mel.* etc. ***Coloniae*** **1526**. 8. (v. p. **339** sq.)
3. *Syntaxis Phil. Mel.* etc. ***Norimbergae*** **1527**. 8. (v. p. **339** sq.)
4. *Phil. Mel. Syntaxis* etc. ***Parisiis*** **1528**. 8. (v. ibid.)
5. *Syntaxis Phil. Mel.* etc. ***Lipsiae*** **1529**. 8. (v. ibid.)
6. *Syntaxis Phil. Mel., ab authore nuper recognita. Norimbergae* **1529**. 8. (v. ibid.)
7. ***Phil. Mel. Syntaxis et Prosodia. Parisiis*** **1529**. 8. (v. ibid.)
8. *Syntaxis Phil. Mel. emendata et aucta ab autore. Lipsiae* **1531**. 8. (v. ibid.)
9. ***Phil. Mel. Grammatica Lat.*** etc. ***Parisiis*** **1532**. 8. (vide p. **195** sq.)
10. ***Phil. Mel. Syntaxis et Prosodia. Coloniae*** **1535**. 8. (v. p. **339** sq.)
11. ***Ph. Melanchthon de Prosodia.*** *Henr. Glareani* ***Isagoge*** etc. ***Argentorati*** **1535**. 8., quam Ed. paulo ante descripsi.
12. *Syntaxis Phil. Mel. emendata et aucta ab autore. Lipsiae* **1536**. 8. (v. p. **339** sq.)
13. *Syntaxis Phil. Mel. emendata et aucta ab autore. Noribergae* **1537**. 8. (v. p. **339** sq.)
14. *Syntaxis Phil. Mel. emendata et aucta ab autore. Lipsiae* **1539**. 8. (v. ibid.)
15. *Grammatices Latinae elementa* etc. *Lipsiae in offic. typ. Nic. Fabri* s. a. 8. (v. p. **197** sq.)
16. *Grammatices Lat. elementa* etc. ***Tubingae*** **1546**. 8. (v. p. **197** sq.)

*) Hunc librum Panzerus in Annal. typogr. Vol. VI. p. 126. nr. 877. recenset.

Secunda aetas comprehendit Editiones a Micyllo mutatas, tertia Editt. Camerarii, quarta Editt. Fabri, quinta Editt. Schmidii, quas omnes supra p. 199 sqq. et 343 sq. recensui. Praeter has iterum memoranda est haec Syntaxeos Ed. p. 345 sq. descripta:

Syntaxis a Phil. Mel. olim conscripta. etc. *Francofordiae Marchionum excudebat Andreas Eichorn.* s. a. 8. min.

Quantum haec Prosodia ab ipso Melanthone in Editt. *primae aetatis*, quantumque ab iis viris doctis, quorum cura posteriores Editt. prodierunt, pertractata sit, iam ex eo intelligitur, quod ex illis 16 Editt. *primae aetatis* in Ed. 1. decem pagg. explet, in Ed. 6. recognita quatuordecim et dimidiam, in Ed. 14. emendata et aucta atque in Ed. 16. duodeviginti pagg., (totidemque in Ed., quae Francof. Marchionum s. a. prodiit); in *secundae aetatis* Ed. Norimb. 1542. (vide p. 199 sq.) 28 pagg.; in *tertiae aetatis* Ed. Lips. 1550. (v. p. 201 sq.) 36 1/2 pagg.; in *quartae aetatis* Ed. Witeb. 1602. (v. p. 215 sq.) 36 pagg.; in *quinta aetatis* Ed. Witeb. 1621. (v. p. 215 sq.) 73 pagg. comprehendit.

Restat, ut breviter etiam de Commentariis atque Compendiis disseramus.

Ex quinque *Commentariis*, quorum tres supra p. 218 sq. 223—228. et duos alios p. 345 sq. recensui, ad Prosodiam pertinent tantum illi tres priores, nempe:

1. Lucae Lossii *Annotationes in Grammaticam Phil. Mel.*, quippe in quibus de vitiis novem in versu componendo vitandis Tabula Io. Murmellii exhibetur (1 1/2 pagg.).
2. anonymi cuiusdam *Grammatica Phil. Mel. per quaestiones in duas partes distributa*, in qua etiam Prosodia cum scholiis invenitur (38 pagg.).
3. Erasmi Schmidii *Hypomnemata ad Grammaticam Phil. Mel.*, in quibus Prosodia 52 pagg. et Abaci prosodici explicatio 4 pagg. in eorum prima Ed. (Witeb. 1621.) explent.

Ex *Compendiis*, supra p. 227 sqq. et p. 345 sq. allatis, quae accuratius inspiciendi occasio mihi data est, Prosodiam continent haecce:

1. Lucae Lossii: *Grammatica Phil. Mel. in breves interrogationes contracta*, in qua Prosodia 24 1/2 pagg. comprehendit (vide p. 231 sq.).
2. Michaelis Neandri *Grammatica Lat. Phil. Mel.*, in qua Prosodia 20 pagg. complectitur (v. p. 233 sq.).
3. Compendium *Saxonicum: Quaestiones Grammaticae ex Phil. Mel. — collectae*, etc. in quo Prosodia 25 pagg. explet (v. p. 233—236.).
4. Compendium *Norimbergense*, quod pro pueris brevia prosodiae praecepta cum examine versuum puerili exhibet (v. p. 235 sq.).
5. Erasmi Schmidii *Compendium ex Grammatica Lat. Phil. Mel.*, in quo Prosodia 23 pagg. complectitur (v. p. 235 sqq.).

Ex illis libris supra p. 239—244. laudatis, quos Melanthon, ut lectoribus commendaret, praefationibus instruxit, ad prosodiam spectat hicce:

De re metrica libri tres Iac. Micylli etc. (vide p. 243 sq.).

Ab his Prolegomenis progredimur ad Prosodiam Melanthonis edendam, qualis ab ipso auctore scripta et recognita est. Ex illis 16 Editt. supra enumeratis, quas *prima aetas* complectitur, hasce quatuor in manibus habeo: 1) *Syntaxis Mel. Haganoae* 1526. 8. 2) *Syntaxis Mel. ab authore nuper recognita. Norimbergae* 1529. 8. 3) *Syntaxis Mel. emendata et aucta ab autore. Lipsiae* 1539. 8. 4) *Grammatices Lat. elementa* etc. *Tubingae* 1546. 8. *), quas solis annorum numeris signabo.

Haec nova Editio repetita est ex *Editione Norimbergensi anni* 1529. *ab ipso auctore recognita*, adscripta varia lectione trium Editionum 1526., 1539. et 1546.

---

*) Praeter has quidem etiam quintam habeo: *Grammatices Latinae elementa* etc. *Lipsiae in offic. typ. Nic. Fabri* s. a. 8.; at in meo exemplo non tantum Syntaxeos extrema pars, sed etiam integra Prosodia exscissa est

PROSODIA PHILIPPI MELANTHONIS,
AB AUCTORE ANNO 1529. RECOGNITA.

Prosodia, accentus syllabarum est. Syllabarum aliae longae, aliae breves, aliae ancipites sunt, – longae, ⌣ breves[1]). Pes est aliquot syllabarum constitutio, ut ămŏr[2]). Versus est legitima compositio pedum.

Utilitas scribendi carminis, si nulla alia sit praeterea, haec satis magna est, quod verborum et figurarum magna copia scribendo carmen, et sublimitas orationi vel Fabio[3]) teste paratur[4]).

Regulae de syllabis.

Prima.

Positio omnis longa est. Est autem positio, cum sequuntur duae consonantes vocalem, ut ārma, ĭlle, aut duplex consona, ut āxis.

Exceptio.

Liquida cum muta coniuncta, syllabam ancipitem facit, ut intēgri et intĕgri[5]), quanquam si vocalis longa sit, corripi propter liquidam syllabam non possit, ut simulāre, simulāchrum, perpetuo longa sunt.

Secunda.

Vocalis ante vocalem corripitur, ut Delitĭae, Italĭa[6]).

Exceptio.

Aĕr. Virgilius [Ecl. 1, 59.]: Nec gemere āĕria cessabit turtur ab ulmo.

Fio, in polysyllabis breve est[7]), ut fĭeri, fĭerem.

Graecorum est tanta varietas, ut propemodum regulis comprehendi non possit. Caeterum ea vis est huius regulae, ut etiam longae syllabae in fine dictionum corripiantur, sequente vocali [Hom. Il. I, 80.]: *κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ*[8]).

Tertia.

Diphthongus omnis longa est, ut [Virg. Aen. I, 141.]: Aeolus et clauso ventorum carcere regnet. Invenias etiam correptam in compositione sequente vocali, ut [Virg. Aen. VII, 524.]: Sudibusque praeustis, ubi Graeca imitatione correpta est.

Quarta.

Praeterita dissyllaba habent priores longas, ut līqui, fūgi, vēni[9]), lēgi, fēci, cūdi, sīvi.

Excipe:

Dedi	circumdĕdi[10])
Tuli	attŭli
Steti	astĭti
Bibi	ebĭbi
Scidi	rescĭdi.

Excipies[11]) item, quae duabus vocalibus finiunt, ut rŭi. Observabis item figuras, ii, ab ivi[12]).

Quinta.

Supina dissyllaba habent priores longas[13]), ut, lūsum, cūsum, fūsum, crētum[14]), vīsum.

---

1) – longae, ⌣ breves.] Editt. 1539., 1546.: Longae — ut stirps, Breves ⌣ ut os (Ed. 1539. es).

2) ămŏr] Editt. 1539., 1546. amant ⌣ —

3) Fabii Quintiliani Institt. oratt. VIII, 6. et al.

4) Utilitas scribendi — paratur.] pro his, Editt. 1539., 1546. exhibent: Multas habet utilitates consuetudo scribendi carmen. Magnam enim copiam verborum et figurarum, et quandam, ut Quintilianus appellat, sublimitatem orationi etiam adfert. Neque potest fieri, ut omissa exercitatione scribendorum versuum tolerabiliter scribamus solutam orationem. Atque huius rei plures sunt causae, quam ut hic recitari possint. Adigant igitur Praeceptores pueritiam ad hanc exercitationem summa cura. Statim enim pueri innumerabiles utilitates sentient se inde percipere.

5) integri et intĕgri.] Editt. 1539., 1546. intēgri media producta, et intĕgri media brevi.

6) Italĭa.] Ed 1539. Italiam.

7) Fio — est.] Editt. 1539., 1546. Fio longum est, at in polysyllabis fit breve,

8) Editt. 1539., 1546. h. l. addunt: Et apud Latinos in compositione: Sudibusque praeustis.

9) vēni] in Ed. 1539. deest.

10) Excipe: Dedi circumdĕdi] Editt. 1539., 1546.:
Excipe habentia breves penultimas
Dedi Circumdedi, penult. brevi. (Ed. 1546. habet h. l. solam vocem: Circumdĕdi.).

11) Excipies] Editt. 1539., 1546. Excipe

12) ii, ab ivi.] sic Editt. 1539., 1546.; Editt. 1526., 1529. ivi pro ii.

13) priores longas.] Editt. 1526., 1539., 1546. longas priores,

14) cretum] sic Ed. 1526.; Ed. 1529. typ. errore: cresum; in Editt. 1539., 1546. deest.

Excipe[15]):

Dătum		et composita a nosco
Stătum	Lĭtum	agnĭtum
ĭtum	Cĭtum a Cieo	cognĭtum[15a]).
Quĭtum	Sătum	
Sĭtum	Rŭtum	

Lutum vides in derivatis produci, pollūtus, dilūtus[16]), ut Persius, Satyra tertia [vs. 14.]: Dilūtas queritur geminet quod fistula guttas.

Sexta.

Derivatum sequitur suae originis seu thematis naturam, ut

Lĕgo	lēgi	Stō	stĕti	Pĕto pĕtivi[19])
lĕgerem	lēgissem	stārem[17a])	stĕtissem.	
lĕgam	lēgerem[17])	stēm[18])	stĕtero	
	lēgero	stābo.		

Septima.

Praepositiones in compositione magna ex parte ex regulis generalibus cognoscuntur.

ădeo[19a])	ŏbeo
ădfero	ōbiicio[19b])
ōbtero	sūbiicio[19b]).

Virgilius alterum i subtraxit[20]), et fecit subicit. Re breve est: Trepidusque repente rĕfugit. Virgilius [Aen. II, 380.][21]).

Longae sunt:

Rēfert, pro utile est	rēttulit[22])
Solet item extendi, adiecta consonante,	rēpperit[22])
Prae longa est.	rēlligio

15) Excipe:] Editt. 1539., 1546. Excipe habentia breves penultimas.

15a) cognĭtum] in Ed. 1546. deest.

16) Lutum vides in derivatis produci, poll. dil.] Editt. 1539., 1546. Lutum breve est. Sed eius derivata (Ed. 1546. derivativa) longas penultimas habent, ut Pollūtum, Dilūtum.

17) legerem] Ed. 1546. legerim

17a) stārem] Ed. 1526. stāre

18) stēm] Ed. 1526. stāres

19) Lĕgo etc. lēgi etc. Stō etc. stĕti etc. Pĕto pĕtivi] pro hac tabula, in Ed. 1539. legitur haecce:

Lego	Primae	Legi	Primae
Legerem	sunt	Legissem	sunt
Legam	breves.	Legerim	longae.
Sto	Prima	Steti	Prima
Starem	lon-	Stetissem	bre-
Stem	ga.	Stetero	vis.

19a) ădeo] Ed. 1546. ādeo

19b) ōbiicio, sūbiicio] Ed. 1546. ŏbiicio, sŭbiicio

20) subtraxit] sic Ed. 1526.; Ed. 1529. subtrahit

21) ădeo ŏbeo — Virgilius.] haec in Ed. 1539. desunt.

22) rettulit, repperit] sic Ed. 1539.; Ed. 1526. rettuli, reperi. Ed. 1529. rētulit, rēperit, Ed. 1546. rētulit, rēpperit.

Dī longa est, praeter dĭrimo et dĭsertus.
Dē longa est.
Cō cōgo, sed contracta est.
Pro variat, in aliis brevis est[23]), ut [Virg. Aen. I, 2.]: prŏfugus Lavinia venit[24]). In aliis longa est, ut [Ovid. Epist. 5, 116.]: Non prōfecturis litora bobus aras. Sed de hac praepositione vide Aldum[25]).

Hactenus proposuimus[26]) regulas generales, quae sparguntur in primas, in medias et in ultimas syllabas[27]).

De ultimis syllabis.

Ultimae syllabae fere ex declinationibus et coniugationibus cognoscuntur, ut dominī, dominō, amās, docēs, legĭs, audĭs[27a]). Tamen ordine literarum, quantae sint, indicabimus.

A.

Nomina in a, declinata prima aut tertia declinatione[28]), item pluralia neutra, brevia sunt, ut [Virg. Aen. I, 1.]: Armă virumque cano. [Ibid. vs. 8.]: Musă mihi causas memora.

Ablativi in prima declinatione longi sunt, ut [Virg. Aen. I, 385.]: Europā, atque Asiā pulsus.

Verba ex suis coniugationibus cognosces.

Caetera longa sunt, ultrā, frustrā. Item numeralia, trigintā, quadragintā etc.

E.

Adverbia in e, facta ex nominibus secundae declinationis, producuntur, ut bellē, pulchrē, doctē. Sic et ferē et hodiē. Qui non est hodiē, cras minus aptus erit.

23) Cō cōgo — brevis est,] Editt. 1539., 1546. Co longa est, sequente consona Cogo, sed contracta est. Pro brevis est, quando habet significationem particulae procul.

24) Editt. 1539., 1546. addunt: Et apud Propertium [III, 21, 1.]: Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

25) Aldus Manutius, de quo conf Bouginé Handb. der allgem. Litterargesch. Vol. II. p. 118 sq.

26) proposuimus] sic Ed. 1526.; Ed. 1529. posuimus

27) In aliis longa — syllabas.] pro his, habent Editt. 1539., 1546.: Alias pro longa est, quando Latinae (Ed. 1539. latine) praepositionis naturam retinet, ut Produco, propono. Ut Horatius [Ars poet. 59.]: Signatum praesente nota producere nomen.

27a) audĭs] sic Editt. 1526., 1546.; Ed. 1529. audīs: Ed. 1539. audis.

28) declinata — declinatione.] Editt. 1539., 1546. in Prima aut Tertia declinatione.

Paenĕ brevem habet ultimam. Ovidius [Fast. III, 871.]: Paenĕ simul periit, dum vult succurrere lapsae.

Sic et ritĕ. Virgilius [Aen. III, 36.]: Ritĕ secundarent visus, omenque levarent. Breves habent ultimas, et pleraque alia non facta ex nominibus secundae declinationis, ut paene, spontĕ[29]), antĕ, manĕ, saepĕ, eugĕ, agĕ, nempĕ.

Graeca ex vocalibus illorum cognosci possunt, *Εὐτέρπη*. Et coniugationes docent, quanta sint imperativa, docē, valē, legē, scribē. Verum invenias[29a]) contra regulam alicubi valĕ breve fecisse Ovidium [Trist. I, 8, 21.]: Idque quod ignoti faciunt, valĕ dicere saltem. Et cavĕ apud Horatium [Epist. I, 13, 19.]: Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas[30]).

I.

In i desinentia producuntur Praeterita, ut legī; Dativi, ut sortī; Nominativi, ut dominī.

Indifferentia sunt, mihi, tibi, sibi, ibi, ubi.

Et Graeca brevia. Ovidius: Nunc Parĭ tu sapiens, et tu Menelaē fuisti[31]).

O.

In o desinentia sunt indifferentia. Scribō, scribŏ[32]). Dativi et ablativi producuntur. Gerundia etiam indifferentia sunt. Graeca ex vocalibus cognosci possunt, Sapphō[33]).

U.

U longum est, tū, genū[34]).

C.

Longa sunt, dic, duc, fac, sic. Hic, pronomen indifferens est. Hic, adverbium longum. Brevia sunt, lac, nec, donec[35]).

AS.

Longa est, ut maiestās. Accusativi Graeci breves sunt, Troadăs, Pleiadăs. Et nominativi. [Ovid. epist. ex Ponto I, 8, 28.]: Quatuor autumnos Pleiăs orta fuit.

ES.

Pleraque omnia longa sunt, ut fidēs, diēs. Brevia sunt masculina, quibus genitivi crescunt, ut milĕs. [Virg. Aen. II, 7.]: Et duri milĕs Ulissi[36]).

Graeca brevia sunt, ut Troadĕs. [Virg. Georg. I, 221.]: Ante tibi Eoae Atlantidĕs abscondantur. Es breve est. Martialis: Tu quod ĕs in populo, quilibet esse potest.

IS.

Is breve[37]) est, ut ignĭs, dicitĭs. Dativi producuntur ut quīs, pro quibus, diīs, bonīs.

Breve est bĭs. Statius: Laeta bĭs octonis accedat purpura fastis.

Līs longum est[38]), Līs est cum forma magna pudicitiae. Sis, Vis, longa[39]) sunt. Ovidius [Trist. III, 10, 17.]: Tantaque commoti vīs est Aquilonis, ut altas[39a]).

Quamvis, longum est.

Coniunctiva futura alias corripiuntur, alias producuntur. Horatius [Ars poet. 47.]: Dixeris egregie. Et Iuvenalis: Si dixeris aestuo, sudat. Horatius [Serm. II, 2, 74.]: Miscueris elixa simul. Inde et longae fiunt secundae personae plurales, dederitīs[40]).

---

29) ex nominibus secundae — sponte,] Editt. 1539., 1546. ex nominibus, ut Spontĕ

29a) invenias] Ed. 1539. invenies

30) Adverbia in e, facta — frangas.] pro his, Ed. 1526. exhibet haec: E breve est, ut quĕ, nĕ, benĕ, malĕ, saepĕ, penĕ, malĕ.
Adverbia plerumque longa sunt, ut Ritē, apud Horatium Bellē, pulchrē.
Nomina et verba ex declinationibus et coniugationibus cognosces, ut

Docē	Famē	mē
Legĕ	Pecudĕ	tē

Graeca ex vocalibus Graecis aestima, *εὐτέρπη*.

31) In i desinentia — fuisti.] pro his, in Ed. 1526. leguntur: I longum est: Legī, iuvī, venī. Mihi, tibi, sibi, ancipitia sunt. Graeca sunt brevia, Amaryllĭ, Palladĭ, Alexĭ.

32) Scribō, scribŏ.] Ed. 1539. Scribo; Ed. 1546. Scribō.

33) In o desinentia — Sappho.] pro his, Ed. 1526. habet: O commune est, ut Amō et amŏ, Scribō et scribŏ, Do, sto, Dativi dominō, tantō, quantō longi sunt.

34) tū, genū.] Editt. 1539., 1546. ut Genu.

35) U. — genū. C. — donec.] horum loco, Ed. 1526. exhibet: U. C. Quae u, c finiunt, longa sunt, ut Dūc, dīc, fāc.

36) Ulissi.] Editt. 1539., 1546. Ulissis.

37) breve] Ed. 1529. brevis

38) longum est] sic Ed. 1546.; Editt. 1526., 1529. longa est; Ed. 1539. longum.

39) longa] Editt. 1539., 1546. longae

39a) altas.] Ed. 1546. Atlas.

40) Editt. 1539., 1546. addunt: penultima longa, quo accentu tamen non solemus in oratione soluta uti, poetae videntur uti coacti, quia tot breves syllabas non recipit versus Heroicus.

OS.

Os longum est, bōs, ōs, oris, ōs homini sublime dedit Dominus [41]). Graeca fere brevia sunt. Et sunt brevia [42]) ŏs ossis, compŏs, nepŏs [43]).

US.

Us breve est, ut tempŭs. Produc foeminina, quae crescunt genitivis, ut tellūs, salūs, palūs etc. Breve fecit Horatius palŭs [Ars poet. 65.]: Regis opus sterilisve diu palŭs, aptaque remis.

L. N. R. T.

Brevia sunt. Sed Graeca pleraque longa sunt, Titan, Paean, Syren, Hymen. Et ren, splen, quin. Longa sunt, fur, ut Fur es, ait pedio, ver, aēr, par. Et Graeca, character, crater [44]).

Hactenus diximus quasdam syllabas longas, quasdam breves esse, nunc de complectendis syllabis dicemus.

Pedes.

Pes est syllabarum constitutio.

Pyrrhichius ◡ ◡	Dĕŭs.
Spondeus [45]) – –	Fraūdī.
Trochaeus – ◡	Fraūdĕ.
Iambus ◡ –	Dĕō.
Dactylus – ◡ ◡	Cōmmŏdŭs.
Anapaestus – ◡ ◡	Dŏmĭnō.
Tribrachus ◡ ◡ ◡	Dŏmĭnŭs.
Molossus – – –	Cōmplēxō.
Amphibrachus ◡ – ◡	Rĕlēctŭs [46]).
Amphimacrus – ◡ –	Dīxĕrās.
Proceleusmaticus ◡ ◡ ◡ ◡	Hŏmĭnĭbŭs [47]).
Choriambus – ◡ ◡ –	Hīstŏrĭae.

De heroico carmine.

Metrum est pedum complexio. Heroicum constat sex [48]) regionibus seu pedibus. Heroicum dixerunt, quod eo genere gesta [49]) regumque ducumque et fortia facta conscripta sint, vocant et *ἑξάμετρον*.

Constitutio heroici.

Arma vi-	Prima	– – seu – ◡ ◡ [50])
rumque ca-	Secunda	– – seu – ◡ ◡
no Tro-	Tertia Regio recipit	– – seu – ◡ ◡
iae qui	Quarta	– – seu – ◡ ◡
primus ab	Quinta recipit regulariter solum – ◡ ◡ quamquam et in hac regione spondeum admittant, sed raro [51]). Virgilius [Aen. I, 617.]: Tun' ille [52]) Aeneas, quem Dardanio Anchise.	
oris [53]).	Sexta recipit solum – – vel – ◡. Nam ultimae liberae et exleges sunt [54]).	

De Pentametro.

Πεντάμετρον, quod quinque regionibus seu pedibus constat. *Ἐλεγείαν* vocant consertum cum Hexametro Pentametrum. ἒ ἒ, idem est quod heu heu. Nam elegia lugubre carmen est.

Nescio	Prima regio recipit	– – vel – ◡ ◡
quid ma-	Secunda	– – vel – ◡ ◡
ius	In tertia primum syllaba longa est, postea illi – ◡ ◡ subiicitur.	
nascitur		
Ilia	Quarta [55])	– ◡ ◡
de	Quinta unica constat syllaba tantum, ut	

Sī bĕnĕ flōrŭĕ rīt vīnĕă Băcchŭs ĕrīt. Et:
Cōnscĭă mēns rēc tī fā mae mēn dācĭă rīdĕt
Sēd nōs īn vĭtĭ ūm crēdŭlă tūrba sŭ mŭs [56]).

41) dedit Dominus.] Ed. 1539. perperam: dedit. Dominos. Ed. 1546. dedit terramque videre.

42) sunt brevia] Ed. 1539. brevia sunt.

43) nepŏs.] in Ed. 1539. deest.

44) AS. Longa est — crater.] pro his, Ed. 1526. habet: AS. ES. US. Item longa sunt foeminina, quae as, es, us finiunt habentia genitivum utis vel udis. Caetera fere brevia sunt.
Haec de ultimis syllabis, primas et medias e Poëtis certissime cognosces. Nam recensere ordine singularum syllabarum constitutionem nimis longum est, et haud scio, an unquam fieri possit. Tu poëtas consule.

45) Spondeus] Ed. 1526. Pes lentus Spondeus

46) Rĕlēctŭs] Ed. 1529. Rĕtēctŭs.

47) Hŏmĭnĭbŭs] sic Editt. 1539., 1546.; Ed. 1526. Rĕiĭcĕcă, Ed. 1529. Rĕicĕcă

48) sex] sic Editt. 1526., 1539.; Ed. 1529. ex sex

49) gesta] Ed. 1526. res gestae

50) – – seu – ◡ ◡] pro his signis et al., Ed. 1539. h. l. et in seqq. habet nomina: Spondeum seu Dactylum. etc.

51) Quanquam — raro.] Ed. 1526. Quanquam et figurent hanc regionem nonnunquam poëtae; Editt. 1539., 1546. Rarissimus in hac regione Spondeus est.

52) ille] in Ed. 1526. deest.

53) Virg. Aen. I. 1.

54) ultimae lib. et exl. sunt.] Editt. 1539., 1546. ultimae sunt solutae legibus.

55) Quarta] Ed. 1539. Quarta recipit

56) Sī bĕnĕ — sŭ mŭs] horum loco, Ed. 1539. habet:
Vulgus a – ◡ ◡ miciti – ◡ ◡ as utili – ◡ ◡ ◡ tate pro – ◡ ◡ hat.
Ed. 1546.: Si bĕnĕ flōrŭĕrīt vīnĕă Bacchŭs ĕrīt. Et Vūlgŭs à mīcĭtĭ as ūtĭlitātĕ probăt.

Figurae Hexametri.

Virgilius in prima [57]) regione peregrino pede usus est, Anapaesto scilicet. Flŭvĭō rūm rēx Ērĭdă-nūs cām pōsquĕ pĕr ōmnēs.

Usi sunt et in prima regione ◡◡◡◡ pede Proceleusmatico, ut: ărĭĕtăt in Canthum. Eodem *προκελευσματικῷ* et alia in regione usus est Virgilius [Ecl. 3, 96.]: A flumine rĕiĭcĕ càpellas [57a]).

In quinta regione invenias et *σπονδεῖον* − − Sic costam longo subduximus āppēnnīnō. Sed ita velim in quarta regione dactylum esse.

In principio tertiae regionis prima syllaba, tum in Hexametro, tum in Pentametro solet nonnunquam brevis esse, sed ita si sit finis dictionis, quod Grammatici vocant caesuram, ut: Te canit agricolà, magna cum venerit urbe. Idem fit et in principio secundae regionis et quartae, sed rarius in caesura [58]), ut: Et furiis agitatus amòr et conscia virtus. Et canis arentĕ torreat arva siti.

Phalaecium.

Est autem pentametron.

Secli in-	Prima		− −
commoda	Secunda		− ◡ ◡
pessi-	Tertia	Regio recipit	− ◡
mi po-	Quarta		− ◡
ētae	Quinta		− ◡ vel − −

Vitam quae faciunt beatiorem. Iucundissime Martialis haec sunt.

Figurae.

In prima regione admittuntur ◡ − et − ◡ pro Spondeo, in tertia et ◡ − invenias, sed raro admodum. Catullus etiam in tertiam regionem Dactylŭm admisit, quod nobis non licet [59]).

Sapphicum.

A Sappho, quinque regionibus seu pedibus constat.

Prima	− ◡ [60])		intè-
Secunda	− −		ger vi-
Tertia	− ◡ ◡	recipit	tāe scĕlĕ-
Quarta	− ◡		rīsquĕ
Quinta	− ◡ vel − −		pūrŭs.

Quomodo scribatur, docent exempla; solent enim tres versiculi coniungi, et subiici Adonicus, qui constat Dactylo et Spondeo.

Horatius [Carm. I, 22, 1—4.]:

Integer vitae scelerisque purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce pharetra.

Iambicum.

Ἰαμβίζειν insectari est, a *ἰάπτω*, unde factum nomen generi carminis maledici [61]). Archilochus, sive huius carminis autor fuerit, sive celebrator potius, tanta fuit acerbitate, ut ad laqueum adegerit Lycambem. Ovidius: Tincta Lycambeo sanguine tela madent.

Nullius generis tam variae formae sunt, sed nos de senario dicemus. Alii *τρίμετρον* vocant, quod bini pedes singula metra faciant.

Recipit pedes:

Creberrimum Iambum in locis paribus, alioqui [62]) quo plus Iamborum habet, eo venustior est versus [63]).

Prima admittit − −   ◡ −   − ◡ ◡   ◡ ◡ −
Secunda ◡ − admittit et − −   − ◡ ◡   ◡ ◡ − sed cum minore gratia.
Tertia − −   ◡ −   − ◡ ◡   ◡ ◡ −
Quarta ◡ − admittit et reliquos, sed duriore compositione.
Quinta − −   ◡ −   − ◡ ◡   ◡ ◡ −
Sexta ◡ − et ◡ ◡

Recipit et ubique ◡ ◡ ◡ [64])

Pŏē tà cūm prīmŭm anĭ mŭm ād scrībēndum ād pŭlīt

---

57) in prima] sic Ed. 1546.; Editt. 1529., 1539. prima

57a) Editt. 1539., 1546. addunt: Sed uterque locus aliter excusari potest.

58) in caesura] in Editt. 1539., 1546. desunt.

59) In prima regione — licet.] pro his, Editt. 1539., 1546. habent: Iambo et Trocheo Catullus usus est in prima regione, ut [1, 4.]: Meas esse aliquid putare nugas. Et [1, 2.]: Arida modo pumice expolitum. Sed hanc licentiam imitari nos non decet.

60) − ◡ etc.] pro his signis, Ed. 1539. habet nomina: Trocheum, Spondeum, Dactylum.

61) maledici] sic Editt. 1539., 1546.; Editt. 1526., 1529. maledico.

62) alioqui] Editt. 1539., 1546. et

63) versus] in Ed. 1526. deest.

64) Prima admittit − − — ◡ ◡ ◡] Editt. 1539., 1546.: Prima admittit Spondeum et Iambum, Dactylum, Anapaestum et Tribrachum.

Secunda Iambum, raro Anapaestum, rarius Spondeum. Tertia Spondeum, Dactylum, Tribrachum.

īd sĭbī nĕgō tī crē dĭdīt sōlūm dārī
ōbsĕquĭ ūm ămī cōs, vē rĭtās ódĭūm părit.
ămān tĭūm īrae ămō rĭs īn tĕgrā tĭo ēst.
Dīscōr dĭā fīt cā rĭōr cōncōr dĭa.

Dimetri.

Vĕnī redēm ptōr gēn tĭūm
Mánūmquĕ mĭsĕ rīs pōr rĭgē.

Choriambicum.

Quod Choriambo pede constat[65]) – ◡ ◡ –

Prima regio admittit – –[66])	Maecenas atavis edite regibus[67]).
Secunda – ◡ ◡ –	
Tertia – ◡ ◡ –	
Quarta ◡ ◡ vel ◡ –	

Vicinum Choriambico Glyconicum, ut: Sīc tĕ dīvá pŏ tēns Cŷprī[68]).

De scansione.

Scansio est metiri versum, et enumerare pedes. Observetur autem, quod alicubi syllabae quaedam eliduntur. Grammatici fecerunt duas species:

Συναλοιφήν, cum vocalis in fine propter vocalem initio dictionis sequentis dissimulatur, seu obliteratur, ut [Ovid. Art. amat. II, 438.]: Non facile[69]) est aequa commoda mente pati, nam in scandendo facil legendum est.

Ἔκθλιψιν[70]) vocant, cum m eliditur, ut: Audendum est; fortes adiuvat ipsa Venus. Legitur enim, audend est. Sic:

Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos,
Ut nunquam inducant animum cantare rogati.

Veteres etiam elidebant s, ut [Virg. Aen. XII, 709.]: Inter se coiisse viros, et decernere ferro, ubi legitur: Inter se coisse vir, et decernere ferro etc.

Et Manilius: Formosos Phoebus geminos Cyllenius cancrum; legitur enim Cylleniu.

Nonnunquam et aliae figurae in carmine usu veniunt, ut Synaeresis apud Ovidium [Fast. VI, 737.]: Notus amor Phaedrae, nota est iniuria Thesei. Et hic: Quique fluat[71]) multo non deerit vulnere sanguis. Et hic [Ovid. Met. XIII, 366.]: Nos animo quantumque ratem qui temperat, anteit. Et hic: Ebibe seu salibus piper adde et tenue cuminum. Et, alvearia, quadrisyllabum apud Virgilium [Georg. IV, 34.].

Alicubi non sunt elisae vocales, ut [Virg. Ecl. 3, 6.]: Et succus pecori, et lac subducitur agnis. Et [ibid. 2, 65.]: Te Coridon o Alexi, trahit sua quemque voluptas. Et hic [Virg. Aen. I, 16.]: Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.

Sed habet aspiratio propemodum consonantis naturam et saepe distrahit vocales, ut: ahenum.

Diaeresis est, Stamina non ulli persolvenda deo. [Virg. Aen. III, 354.]: Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulae.

Animadvertant pueri, et genus versuum esse, quos *ὑπερμέτρους* adpellant, ubi versui superest una syllaba, ut apud Virgilium [Georg. I, 295 sq.]:

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

Nam in fine superioris versiculi syllaba una superest, quae tamen eliditur initio sequentis versus, quia a vocali incipit.

Utuntur et Syncopa, ut [Virg. Aen. XI, 118.]: Vixet, cui vitam deus aut sua fata dedissent, pro vixisset.

Et Paragoge, ut [Virg. Georg. I, 454.]: Sin maculae incipient rutilo, immiscerier igni.

Et Apocopa, ut [Virg. Aen. VI, 465.]: Teque aspectu ne subtrahe nostro, pro aspectui, et, Namque aliae victu invigilant, pro victui.

Pleraque alia usus docebit, optimus artium omnium magister. Nam praeceptiones debent pingui Minerva viam quandam scribendi breviter indicare. Deinde lectione optimorum poëtarum iudicium conformandum est, ut, quid deceat, quid non deceat, intelligatur. Manum, inquit Anaxagoras, sapientiae causam esse, cum vellet monere, omnes artes usu et experiendo parari. Ita et carminis condendi rationem illi rectissime intelligent, qui et scribere ipsi conabuntur, et se in scribendo ad veterum imitationem omnibus ingenii viribus contulerint.

Quarta Iambum admittit et reliquos, sed duriore compositione.
Quinta Spondeum, Iambum, Dactylum, Tribrachum.
Sexta Iambum. Videmus alicubi recepisse et alios pedes, sed raro, Amphibrachum et Amphimacrum.

65) constat] Ed. 1526. constet

66) – – etc.] pro his signis, Ed. 1539. exhibet nomina: Spondeum, Choriambum, Pyrrhichium et Iambum.

67) Horat. Carm. 1, 1, 1.

68) Cŷprī.] hac voce in Ed. 1526. Prosodia finitur; sequentia ab hac Ed. absunt.

69) Non facile] Ed. 1546. male: Facile.

70) *Ἔκθλιψιν*] Ed. 1546. *ἔκλειψιν*

71) fluat] Ed. 1539. fluet

XCIX. PHIL. MEL. ELEMENTA PUERILIA.

Praeter Grammaticam linguae latinae integram Melanthon etiam *Elementa puerilia* scripsit, quae hisce prodierunt Editionibus:

Ph. Melanchthonis Enchiridion elementorum puerilium. Wittenbergae 1524. 8. *)

Philippi Melanchthonis Elementa puerilia. Huldr. Zwinglii ratio formandae iuventutis. Augustae Vindelic. 1524. 8.

Elementa *puerilia Philippi Melanchtonis* (sic). *Excusum Ettelingę per Valentinum Kobian. An.* 1.5.30. Hic Index figuris ligno incisis cinctus est. 3 plagg. litt. A — C sign., 24 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. (fol. A 1 b Melanthonis praefatiuncula ad pueros; fol. A 2 a — B 6 a med. exhibentur haecce: Alphabetum; duae preces: Pater noster et Ave Maria; Confessio fidei [Symb. apostol.]; Psalmus LXVI.; Decem praecepta; In Decalogum epigramma Melanthonis; Ex Evang. Matthaei Cap. V — VII.; Ex Epistola Pauli ad Romanos Cap. XII.; Ex Evang. Ioannis Cap. XIII.; Psalmus CXXVII. eiusque Paraphrasis; De vita humana; fol. B 6 a med. — C 2 b med. Dicta Sapientum Erasmo Roterodamo interprete: Periandri Corinthii, Biantis, Pittaci Mitylenaei, Cleobuli, Chilonis Lacedaemonii, Solonis Atheniensis, Thaletis Milesii; fol. C 2 b extr. — 7 b Puer evocator; Puer mazonomos; Puer tamias; Chorus puerilis; Sub vesperam koimiticon; De cultu corporis; Ex Ovidio; Ex Mostelaria Plauti; Benedictio mensae Melanthonis duo disticha; fol. C 8 vacat). **)

Phil. Melanchthonis Elementa Puerilia. Hagenoae Anno MDXXXIV. Mense Augusto. 8. ***)

(*Phil. Melanchthonis*) *Enchiridion Elementorum Puerilium. Vuittembergae* s. a. 8.

Ex illis de Ed. Etteling. a. 1530., quam solam hucusque vidi, relatis elucet, hunc librum aeque ac Institutionem puerilem literarum graecarum (vide supra p. 181 sqq.) non Grammaticam, sed *Chrestomathiam* continere.

Hanc h. l. ex illa Ed. Etteling. a. 1530. recudendam curo, praemissa praefatione Melanthonis, quae editorem priorum huius Corporis Voluminum fugit.

Philippus Melanchton pueris S.

Graviter increpat Christus eos, qui ad se adlatos pueros arcebant, et memorabili voce tanquam classico ad studium pietatis hanc aetatem hortatur. Sinite, inquit, parvulos ad me venire. Porro cum ad pietatem sine literis perveniri non possit, et ita visum sit Deo, his tanquam fidelibus testibus doctrinam pietatis mandare, summa cura et vigilantia literae discendae sunt. Quod cum agitis, Christo navatis operam, et viam vobis ad coelestia sternitis ac munitis. Blandissima voce vos Christus invitat, qua, qui non moventur, nae illi quovis adamante duriores sunt? si vestem, sive amuletum polliceatur amicus aliquis, illum religiose colis, quid Christo debeas, non cogitabis? Qui vitam non est fortunaturus, quam nuper adeo ingressus es, nisi ad suum te exemplum formes, at Christi exemplum contemnunt, qui literas aspernantur, quibus graphice illum nobis depinxerunt Apostoli. Quare vos adhortor ****) filii, ut sedulo, ut alacriter discatis, eo officio nihil sanctius, nihil iucundius superis praestari a vobis potest. Valete.

---

*) Hanc Ed. et subsequentem Panzerus l. l. IX. p. 85. nr. 170. et p. 382. nr. 220. b. affert.

**) Hanc Ed. Panzero ignotam ex Biblioth. acad. Tubing. in manibus habeo.

***) Haec Ed. et sequens a Panzero l. l. VII. p. 113. nr. 372. et IX. p. 102. nr. 342. recensentur.

****) adhortor] Ed. 1530. errore typ.: abhortor

ELEMENTA PUERILIA
PHILIPPO MELANTHONE AUCTORE.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v u x y z.

Vocales.

a e i o u y.

Diphthongi.

ae e
oe e
au
eu
ei i

[Matth. 6, 9—13.] Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua quemadmodum in coelo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et remitte nobis peccata nostra, siquidem et nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui [1]) Iesus Christus. Amen.

[*Symbolum Apostolicum:*] Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem coeli et terrae, et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem et vitam aeternam. Amen.

Psalmus LXVI. [vss. 2—8.]

Deus misereatur nostri — — — et metuant eum omnes fines terrae.

(*Huius Psalmi interpretatio a Vulgata, praeter omissam eius inscriptionem* [*vs.* 1.], *eo tantum differt, quod vs.* 8. *h. l. legitur:* et benedicat. *in Vulg. vero:* benedicat. *Hanc ob rem hanc interpretationem h. l. omisi.*)

1) Luc. 1, 28. 42.

Decem praecepta [2]).

Primum.

Non habebis deos alienos.

Secundum.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Tertium.

Memento ut diem Sabbatum sanctifices.

Quartum.

Honora patrem et matrem, ut sis longaevus super terram.

Quintum.

Non occides.

Sextum.

Non moechaberis.

Septimum.

Non furtum facies.

Octavum.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Nonum.

Non concupisces domum proximi tui.

Decimum.

Ne desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quae illius sunt.

In Decalogum Philippus Melanchthon.

Divino praecepta puer si prodita ab ore
Et facies casto pectora iussa Dei,
Ipse pater vitae cursum moderabitur omnem
Nec fortuna tibi saeva nocere potest.

Ex Evangelio Matthaei Cap. V—VII. [3])

Cap. V. Cum vidisset autem turbas, ascendit in montem, et cum consedisset, accesserunt ad illum discipuli eius, et postquam aperuisset os suum, docebat illos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum coelorum. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Beati mites, quoniam ipsi haeredita-

2) Exod. 20, 3 sqq.

3) Haec capita et seqq. e Novo Test. collecta ab ipso Melanthone in linguam latinam translata a Vulgata discrepant.

Usurae centesimae dicuntur, quae centesimo mense aequant sortem. Quondam enim singulis mensibus solvebantur usurae. Et vocant Iurisconsulti assem usurarum, Centesimam, hanc deinde partiuntur. C. de usuris[12]). Fit Centesimae mentio etiam alicubi[13]) in Canonibus[14]).

As et pondo aeris, aeneam libram significant.

Inde dupondius[15]), id est, duo asses.

Dupondius circiter sex pfenning Mysorum.

Sestertius quasi sesquitertius, significat enim duos asses, et semissem, quare et his notis pingitur IIS[16]). Duae lineae priores significant duo, et S significat semissem.

Erat autem sestertius genere masculino, numus argenteus, qui valebat quarta denarii Romani parte, quatuor enim sestertii decem asses efficiunt, valet autem[17]) denarius decem assibus, valebat itaque[18]) sestertius circiter 7 pfenning Mysorum, aut fere grosso Marchico.

11) Quincunx] Editt. 1538., 1563. Quicunx

12) Vide Codicis lib. IV. tit. XXXII. leg. 26.

13) alicubi] Editt. 1563., 1570. alibi — Centesimarum mentio fit in Decreti Part. II. causa XIV. quaest. IV. canone 4.

14) Caeterum nomen assis — in Canonibus.] haec in Ed. 1529. verbis: „Semissis sex unciae — Inde dupondius, id est, duo asses." e regione apposita sunt. Quapropter in Editt. seqq. diversis locis exhibentur. In Editt. 1538., 1541., 1544., 1555., 1563., 1570., s a. h. l. inserta sunt, in Editt. 1531., 1533. in fine annexa. — Verbis: *in Canonibus*. Editt. 1544., 1563, 1570. addunt haec: *et lib.* 2. *Esdrae cap.* 5. (i. e. lib. Nehemiae c. 5.)

15) dupondius] Ed. 1563. typ. errore: dupondus

16) IIS.] Ed. 1541. H-S.

17) autem] Editt. 1538., 1541., 1544., 1563., 1570., s. a.: enim

18) valebat itaque] Editt. 1563., 1570. valebatque ita; Ed. s. a.: valebatque

Mille sestertii valent 25 coronatis.

Cum nomen numus solum ponitur, significat[19]) sestertium numum.

Mille sestertii,
Mille sestertiûm numûm,
Mille numûm,
Mille sestertiûm,
} eadem, 25 coronatis[20]).

Ex illo genitivo plurali facimus nomen generis neutri sestertium, propter brevitatem abiecta voce mille. Proinde sestertium genere neutro significat[21]) 25 coronatos[22]). Idem igitur significant mille sestertiûm, et sestertium genere neutro. Decem millia sestertiûm et decem sestertia. Sic et de similibus indicabis, idque observare in autoribus valde prodest.

Decem sestertia, 250 coronati.

Est et alia figura, decies sestertium. Scias[23]) igitur, quoties hoc modo addimus adverbium numerale voci sestertium, oportere subintelligi centum.

Decies sestertium, id est, decies centum sestertia, 25 millia coronatorum.

Decies sestertium,

Decies mille sestertiûm, eadem. Nam mille alias repetitur, alias omittitur sine discrimine, ut supra admonui.

Haec aestimatio rei numariae testes habet certissimos Plinium et Plutarchum, ut de ea lector dubitare nihil[24]) debeat.

Mina Graece[25]) μνᾶ, Latine libram significat, quae continet centum[26]) drachmas. Valet igitur coronatis decem. Nam de argento usurpatur.

Obolus, numis Mysorum fere quinque. Nam drachma continebat sex obolos.

Octo Chalci valent obolo Attico. Itaque Chalcus apud Mysos plus aliquanto est, quam eyn heller, λεπτὰ septem efficiunt unum Chalcum.

Talentum, sexcenti Coronati, continet enim minas seu libras sexaginta.

Stater pondus est quatuor drachmarum. Et cum de argento usurpatur, significat numum te-

19) significat] Ed. 1533. significas

20) coronatis.] Editt. 1544., 1563., 1570., s. a.: coronati.

21) significat] Ed. 1533. significant

22) coronatos.] Editt. 1538., 1541. coronatis.

23) Scias] Editt. 1538., 1555. Scies

24) dubitare nihil] Editt. 1563., 1570. nihil dubitare

25) Graece] Ed. 1563. Graeca

26) centum] Editt. 1563., 1570. decem

tradrachmum. Nam hoc genus numorum in maximo usu fuit. Et adhuc extant multi. Valet quatuor drachmis, hoc est, fere dimidio Rhenani aurei [27]).

Fuerunt olim et didrachma, quae valebant[28]) fere quarta aurei Rhenani parte. Et tantum pendebant singuli Iudaei quotannis tributi nomine, autore Iosepho. Itaque a Christo postulatur didrachmon apud Matthaeum [17, 24.]. Et Christus [ibid. vs. 26.] pro se et Petro reddi iubet Staterem. Is enim continebat duo didrachma. Iosephi locus facit, ut de argento intelligamus illam tributi solutionem. Caeterum aurei Romani fuerunt didrachmi, id est, duas drachmas auri continebant, et valebant binis ducatis [29]).

Erant et aurei Graeci, qui Stateres appellabantur [30]), qui mina valebant, hoc est, decem ducatis, quales hodie sunt Portugalenses quidam aurei.

Siclus, autore Iosepho, pondus est quatuor drachmarum Atticarum, id est, eyn Lot [31]).

---

27) Rhenani aurei.] Ed. 1531. aurei Renani.

28) valebant] sic Editt. 1531., 1533., 1541., 1544., 1555., s. a.; Editt. 1529., 1538. valebunt

29) Fuerunt olim et didrachma — binis ducatis.] haec in Editt. 1544., 1563., 1570. desunt.

30) et aurei Graeci, qui Stateres appellabantur,] Editt. 1563., 1570. et Stateres aurei,

31) eyn Lot.] post haec verba in Editt. 1531., 1533. sequuntur illa: „Caeterum nomen Assis ad alia transfertur — in Canonibus.", de quibus supra in nota 14. dixi.

SCRIPTA PHIL. MELANTHONIS

AD HISTORIAM ET GEOGRAPHIAM SPECTANTIA.

Scripta historica Melanthonis variâ exhibentur formâ. Alia enim formam historiarum, alia orationum, alia epistolarum, alia praefationum, alia denique carminum habent. Primi generis est Chronicon Carionis (in huius Corp. Vol. XII. p. 711 sqq.); secundi generis exempla sunt Oratio de vita Rudolphi Agricolae (in huius Corp. Vol. XI. p. 438 sqq.), Oratio de vita Georgii Principis Anhaltini (in huius Corp. Vol. XII. p. 6 sqq.); tertii Epistola ad Ioachimum Principem Anhalt. data d. 1. Ian. 1554., vitam illius Georgii Principis continens (in huius Corp. Vol. VIII. p. 201 sqq.), quae seorsim prodiit sic inscripta:

> Von des hochlöblichen, Christlichen Fürsten vnd Herrn, Herrn Georgen Fürsten zu Anhalt, Grauen zu Ascanien, Herrn zu Zerbst vnd Bernburg etc. Christlichem leben vnd seligem abschied aus diesem jamertal zur ewigen Kirchen im Himel. 15 54. (quibus numeris Insigne Anhaltinum interpositum est) Wittemberg. — (In fine:) Gedruckt zu Wittemberg durch Georgen Rhawen Erben. 2 plagg. litt. A, B sign., 16 foll. non num., quarum ultima pag. vacat, 8. min. *)

Quarti generis est Praefatio in Tomum II. Operum Lutheri, huius vitam exhibens (in huius Corp. Vol. VI. p. 155—170.).

Quinti denique generis est Carmen De oppido Torga, quae in tabulis Ptolemaei existimatur esse Argelia (in huius Corp. Vol. X. p. 612 sq.), quod in linguam vernaculam rhythmice translatum seorsim prodiit sic inscriptum:

> Von vrsprung vnd herkomen der Stat Torgaw, welche in den Landtaffeln Ptolomej (wie man helt) genennet wird Argelia. (effigie Principis Electoris Saxon. subiunctâ) Anno 1552. — (In fine:) Gedruckt zu Magdeburg bey Christian Rödinger. 1 plag., 4 foll. non num., quorum ultimum album est, 4. **)

Ob illam variam formam haec scripta in variis huius Corporis voluminibus exhibentur, partim inter epistolas (Voll. I—X.) partim inter declamationes (Vol. XI. et XII. pag. 1—392.), partim inter carmina (Vol. X.), partim denique inter scripta ad historiam et philosophiam spectantia (Vol. XII. pag. 705 sqq.), ubi Chronicon Carionis legitur.

His omnibus scriptis, quae iam in hoc Corp. proposita sunt, h. l. praetermissis, nonnulla restant, quae nondum in hac Operum Melanthonis collectione inveniuntur, in hoc Vol. edenda.

Priusquam vero ad haec progredimur, nonnulla *de variis Editionibus et Translationibus* Vitae Lutheri a Melanthone conscriptae dicenda sunt. In huius Corp. Vol. VI. p. 155. Praefationi Melanthonis, quae hanc vitam continet, tantum haec perbrevia Prolegomena sunt praefixa:

> Praefatio Melanthonis in „Tomum secundum omnium operum Reverendi Domini Martini Lutheri, Doctoris Theologiae" etc., qui prodiit „Witebergae per Iohannem Lufft. 1546." fol. — Recusa in Melanth. Declamatt. T. IV. p. 546.

At haec vita non solum Tomo II. Operum Lutheri in hac Ed. Witteberg. anni 1546., iisque, quae eam ibidem secutae sunt, e. c. „Witebergae excudebant haeredes Petri Seitz. M.D.LI." Fol. et „Witebergae excudebat Laurentius Schwenck, Anno M.D.LXII." Fol., sub titulo Praefationis praefixa, atque in Declamatt. T. IV. recusa est, sed etiam seorsim prodiit hisce Editionibus:

> *Historia de vita et actis Reverendiss. Viri D. Mart. Lutheri, uerae Theologiae Doctoris, bona fide conscripta, a Philippo Melanthone. Adiecta sunt a Ioanne Pollicario Carmina quaedam de beneficijs quae Deus per Lutherum orbi terrarum contulit. Item Disticha aliquot de Actis Lutheri, quae simul annorum numerum comprehendunt. M.D.XLVIII.* — (In fine:) *Apud inclitam Thuringiae Hieraefordiam excudebat Geruasius Sthurmerus, ad uariatum seu discolorem Leonem iuxta fanum S. Pauli.* 5 plagg. litt. A—E sign., 40 foll. non num., 8. min. (fol. A 2ᵃ—3ᵇ Praefatio Ioan. Pollicarii ad Georgium Principem Anhalt., Weisenfelsii 20. Oct. 1547. scripta;

---

*) Hunc libellum ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo.

**) Haec translatio ex Biblioth. Ecclesiae Marianae Halens. et Bibl. Ponickaviana Halens. mihi ad manus est.

fol. A 4ª — C 2ª init. Historia de vita et artis Reverendiss. Viri D. Mart. Lutheri — conscripta a Phil. Melanthone; fol. C 2ª med. — D 8ᵇ Acta Mart. Lutheri coram Caesare Carolo V. — in Comitiis Principum Wormatiae (1521.), subiuncta precatione Lutheri quotidiana et solita; fol. E 1ª — 2ᵇ med. Phil. Melanthon ad auditorium Scholae Vuittebergensis, Anno 1546. de obitu Lutheri; fol E 2ᵇ med. — 8ª Aliquot disticha de artis Lutheri; Breve εὐλόγιον D. M. Lutheri per Ioan. Pollicarium; Epitaphium Lutheri per eundem; De execranda et abominabili caecitate Papistica, ex qua nos eripuit Deus per Lutherum, Carmen; Gratiarum actio, quod extinctam — ueritatis lucem Deus hoc seculo in Germania rursus per M. Lutherum excitarit, Georgii Fabricii; in cuius fine Clausula addita est; fol. E 8ᵇ vacat). *)

Historia de vita et actis Reuerendiss. uiri D. Martini Lutheri, uerae Theologiae Doctoris, bona fide conscripta a Philippo Melanthone. Adiecta sunt quaedam, quae pagina uersa indicabit. (His subiuncta est Lutheri effigies nomine eius circumscripta) *Witebergae Ex officina Iohannis Lufft.* 1549. 6 plagg. litt. A — F sign., 48 foll. non num., 8. min. (fol. A 2ª — E 6ᵇ eadem continent, quae in Ed. praeced. leguntur; fol. E 7ª — F 6ª med. Oratio in funere Rever. viri D. Mart. Lutheri, recitata Vuittebergae a Phil. Melanthone; fol. F 6ª med. — 7ᵇ init. In Mart. Lutherum Carmen lat.; et Epitaphium graec.; fol. F 8. vacat). **)

— — (Idem Index cum Lutheri effigie) *Wittebergae, excudebat Iohannes Crato. M. D. LIII.* 6 plagg. litt. A — F sign., 48 foll. non num., 8. min. Haec Ed. proxime praecedentis repetitio est. ***)

— — (Idem Index) *Francofordiae* 1555. 8. ****)

— — (Idem Index ac Ed. subsequentis?) 1555. 8. †)

Historia — conscripta a Philippo Melanchthone. Adiecta est praeterea de obitu eius breuis Narratio, Cum Oratione D. Io Pomerani, in funere habita, quae nunc primum in Latinum Sermonem conuersa sunt, per Matthiam Ritterum Francofor. (His subiuncta est Lutheri effigies circumscripta verbis: *Iustus perit et nemo considerat. Esai.* 56.) 1557. 11 plagg. litt. A — L sign., 88 foll. non num., 8. min. (fol. A 2ª — 3ᵇ Praefatio Io. Policarii; fol. A 4ª — C 1ᵇ Vita Lutheri conscripta a Mel.; fol. C 2ª — D 7ᵇ Acta Lutheri in Comit. Wormat., subiuncta precat. Luth. quotidiana; fol. D 8ª Caesaris Caroli V. literae ad D. Mart. Lutherum, quibus ad Comitia Wormat. uocatus est; fol. D 8ᵇ — E 7ᵇ Praefatio Lutheri, affixa priori parti suorum operum, sicut in lingua Lat. edita est — 5. Mart. 1545. scripta; fol. E 8ª — F 4ª Epistola M. Lutheri, ad Principes Electores et omnes Imperii ordines, scripta post discessum suum ex Wormatia, data Fridburgi 1521.; fol. F 4ᵇ — 5ᵇ Ph. Melanthon ad auditorium Scholae Witteb., a. 1546. De obitu Lutheri; fol. F 6ª — G 8ᵇ Narratio de morte Lutheri — a Iusto Iona, Mich. Celio et aliis quibusdam qui interfuere, breuiter conscripta; fol. H 1ª — I 1ᵇ Pia et christiana concio, habita in funere Lutheri, a Ioanne Bugenhagio Pomerano; fol. I 2ª — K 1ᵇ Oratio in funere Lutheri, recitata Wittebergae a Phil. Melanthone; fol. K 2ª — L 5ᵇ Compendium seu Tabella chronographica, rerum, quae in vita Luth. praecipue observandae videntur; fol. L 6ª — 7ª Aliquot disticha de Actis Lutheri; fol. L 7ᵇ — 8ᵇ vacant). ††)

— — (Idem Index) *Basileae* 1557. 8. †††)

— — (Idem Index cum eadem effigie) *M. D. LXII.* — (In fine:) *Impressum Francoforti ad Moenum, apud Dauidem Zephelium.* 1562. 11 ½ plagg. litt. A — M (M ½ pl.) sign., 91 foll. non num., ult. fol. album, 8. min. ††††). Haec Ed. ab Ed. a. 1557. eo differt, quod Praefatio Lutheri et Disticha de actis Luth. omissa sunt et in fine (fol. K 7ª — M 3ª) addita est: Oratio de Mart. Luthero, vel de aetatibus diversis ac temporibus Ecclesiae, et dissensionibus Ecclesiarum nostro tempore, recitata anno sequenti, cum decerneretur gradus Melch. Isindero Suidnicensi.).

Philippi Melanchthonis de vita et actis Reverendissimi Viri D. Martini Lutheri, commentatio, Adjectum est Epigramma de fonte Lutheri, ab ipso confectum, Ob raritatem denuo recusum. Vitembergae, Typis et Sumtibus Christiani Fincelii. A. C. CIↃ IↃCC. 7 plagg.)(et litt. A — F

---

*) Haec Ed. in Biblioth. regiis Dresdensi et Stuttgard., acad. Vratisl., Ienensi et Lips., ducali Guelferb., senat. Hamburg., et in meis libris est.

**) Haec Ed. in Biblioth. acad. Erlang., ducali Guelferb., regia Stuttgard., senat. Hamburg., et in meis libris est.

***) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresdensi et in meis libris est.

****) Haec Ed. memoratur ab E. G. Vogelio in Bibliotheca biographica Lutherana (Halae 1851. 8.) p. 2. sub nr. 13.

†) Haec Ed. in Biblioth. regia Berol. et acad. Lips. est.

††) Haec Ed. in Biblioth. Ponick. Halensi, regiis Dresd. et Stuttgard., et in meis libris est.

†††) Haec Ed. memoratur a Vogelio l. l. p. 2.

††††) Hanc Ed. ex Biblioth. Orphanotr. Halens. in manibus habeo. Etiam in Biblioth. ducali Guelferb., magniduc. Wimar., et acad. Lips. est.

sign., 4 foll. non num., 45 pagg. num., seqq. 2 pagg. non num., ult. pag. alba, 4. (fol.)(2—4. Praefatio Io. Pollicarii; De execranda et abominabili caecitate papistica, ex qua nos eripuit Deus per Lutherum, Carmen; Gratiarum actio [rhythmica], quod extinctam — veritatis lucem, Deus — rursus per M. Luth. excitarit, Ge. Fabricii; pag. 1—20. Melanthonis vita Lutheri; p. 21—39. Acta Lutheri in Comitiis Wormat., subiuncta eius precatione quotid.; p. 39. extr. — 41. Ph. Melanthon ad auditorium Scholae Witteberg., A. 1546. De obitu Lutheri; p. 42—45. Aliquot disticha de actis Lutheri; Breve εὐλόγιον Lutheri per I. Pollicarium; Epitaph. Lutheri per eundem; fol. F 3^b—4^a Lutheri de fonte montis Teichelii epigramma.). *)

Vita Martini Lutheri Theologi Germaniae principis breviter exposita ab ipsius collega Philippo Melanchthone. Edidit Christoph. Aug. Heumannus. Gottingae 1741. 4. **)

Vita Martini Lutheri Theologi Germaniae principis breviter exposita ab ipsius collega Philippo Melanchthone. Adiuncta est Petri Mosellani narratio de disputatione Lipsiensi Anni CIƆ IƆ XIX. Adiecit praefationem annotationesque subtexuit Christoph. Aug. Heumannus D. Editio huius secunda auctior. Gottingae sumtu Io. Christ. Lud. Schultzii, Acad. Typogr. CIƆ IƆCC XLVI. 7½ plagg.)(,)()(()()(½ pl.) et litt. A—F sign., XII et 48 pagg. num., 4. (pag. III—XII. Praefatio; p. 1—33. Vita Lutheri, adiuncta Melanthonis oratione ad auditorium Scholae Witteberg. a. 1546. de obitu Lutheri, utraque cum annotatt.; p. 34—48. P. Mosellani ad Iul. Pflugium epistola de Disput. Lipsiensi, c. annott. ***)

Lutheri vita — conscripta a Melanthone, recudi curavit I. F. Suxius. Quedlinburgi 1818. 8.

Philippi Melanchthonis de vita Martini Lutheri narratio et vita Philippi Melanchthonis ab Ioachimo Camerario conscripta. Denuo editae et studiosae iuventutis usibus accommodatae a D. Io. Christ. Guil. Augusti. Vratislaviae 1819. X et 377 pagg. 8. Editor, ut ipse in praefat. p. X. dicit, in Lutheri vita, cui Melanthonis allocutio ad auditorium Scholae Witteb. a. 1546. de obitu Lutheri annexa est, secutus est Heumanni editionem, atque Melanthonis vitam ex editione Strobeliana repetendam curavit. ****)

Vitae quatuor Reformatorum Lutheri a Melanchthone, Melanchthonis a Camerario, Zwinglii a Myconio, Calvini a Theod. Beza conscriptae nunc iunctim editae. Praefatus est A. F. Neander. Berolini 1841. 8. IV et 14, VIII et 160, 14, et 54 pagg. In hac quoque Ed. Vitae Lutheri annexa est Melanthonis ad auditorium Scholae Witteb. allocutio de obitu Lutheri.

M. Philippi Melanthonis historia de vita et actis D. Martini Lutheri. Accedit eiusdem oratio de Martino Luthero vel de aetatibus diversis ac temporibus Ecclesiae et dissensionibus Ecclesiarum nostro tempore. herausgegeben von Karl Eduard Förstemann. Nordhausen 1846. 31 pagg. 8.

Praeter has Editt. haec vita Lutheri reperitur etiam in *Martini Lutheri historia edita a Matth. Dressero. Lipsiae, impensis Iac. Apelii Bibliop.* 1598. 8. et in *Io. Bismarci vitis Theologorum. Vitebergae* 1614. 4. et al.

Haec Vita a Melanthone conscripta, varie translata est

1. in linguam *Germaniae superioris*

Eiusmodi translationes inveniuntur in Lutheri Operum Germanice scriptorum Tom. XII. (p. 464—480.) Editionis Witeberg., Tom. VIII. (p. 874—882.) Edit. Altenburg., Tom. XXI. (p. 726—734.) Edit. Lips., Tom. XIV. (p. 505—528.) Edit. Halens. Praeterea afferendae sunt hae seorsim editae:

Beschreibung des lebens vnd handlungen, des Ehrwirdigen Hernn. D. Martini Luthери trewlich vnd warhafftiglich beschrieben. durch den wirdigen Herrn *Philippum Melanchthonem.* Jtzt newlich auß dem Latin ins Teutsch gebracht, sampt andren weitleufftigern Historien vnd geschichten, beyd seins lebens vnd sterbens hinzu gesetzt. Durch Mathiam Ritterum (subiuncta Lutheri effigie). Anno 1554. s. l. 15 plagg. litt. A—P sign., 120 foll. num., 8. min. Praefixa est Matth. Ritteri epistola nuncup. ad Margaretham a Holzhausen. †)

Vita Lutheri. Vonn dem Leben vnd Sterben, des Ehrwirdigen herrn D. Martini Lutheri trewlich vnd warhafftiglich geschrieben, durch den wirdigen Herrn. *Philippum Melanchtonem.* Jetzt newlich auß

*) Haec Ed. in Biblioth. regia Stuttgard., acad. Ienensi et Vratislav., magniduc. Wimar. et in meis libris est.

**) Haec Ed. in Biblioth. senat. Hamburg., atque regiis Berol., Stuttgard. et Dresdensi, magniduc. Wimar., atque acad. Tubing. et Ienensi est.

***) Haec Ed. in Biblioth. acad. Vratislav. et in meis libris est.

****) Hic liber cum duobus sequentibus in mea collectione est.

†) Hanc Ed. ex Biblioth. Ponickav. Halensi in manibus habeo. Etiam in Biblioth. ducali Guelferb. et senat. Norimb. est.

dem Latin ins Teutsch gebracht, sampt andern weitleufftigern Historien vnnd geschichten, hinzugesetzt. Durch Matthiam Ritterum (subiuncta Lutheri effigie). Anno 1555. s. l. 19 plagg. litt. A — T sign., 152 foll. num., 8. min. Cum eadem epist. nuncup. *)

— — (Idem Index) s. l. 1557. 8. **), s. l. 1561. 8. ***)

— — (Idem Index, additis verbis:) vnd jetzt auffs new fleissig vbersehen vnd gebessert. Durch Matthiam Ritterum. (subiuncta eadem effigie) *Anno* 1564. s. l. 19 plagg. litt. A — T sign., 152 foll. num., 8. ****)

Philipp Melanchthon's Erzählung vom Leben D. Martin Luthers. Uebersetzt und herausgegeben von D. Friedr. Theoph. Zimmermann. Mit Anmerkungen von v. Villers. Nebst einer Vorrede von G. J. Planck. Mit Luther's Bildniß. Göttingen 1813. VIII et 108 pagg., 8. †)

— — (Idem Index) Neue Auflage. Göttingen 1816. VIII et 108 pagg., 8.

Doctor Martin Luther's Leben, Wirken und Sterben in zwölf Originalien geschildert von Melanchthon, Luther selbst, Justus Jonas und andern Augen= und Ohren=Zeugen und dem deutschen Volke vorgelegt zum Andenken an Luther's vor 300 Jahren am 18. Febr. 1546. erfolgten Tod. Karlsruhe, 1846. VI et 122 pagg. 8.

2. Translatio in linguam *Suecicam.*

Phil. Melanchthon Mart. Lutheri Lefwernes Beskrifning na på Swenska assatt, og på egen Bekåstnad til Trycket befordrat af Nic. Bergio. Stockholm 1701. 8. ††)

3. In linguam *Anglicam* in hocce libro:

Thirty-four sermons on the most interesting doctrines of the Gospel, by M. Luther. To which are prefixed, Memoires of his life, by Ph. Melanchthon. London 1817. 8. †††)

4. In linguam *Franco-Gallicam:*

Ph. Melanchthon La vie de Mr. Luther. Genève 1549. 8., *Lyon* 1562. 12. ††††)

Alia translatio Franco-Gallica:

La vie de Luther, traduite du latin de Mélanchthon, par Ch.-Fr.-Dom. Villers.

non separatim prodiit, sed libro: *Almanach des protestants pour* 1810. *†) inserta est, ex qua annotationes Planckius versioni german. huius vitae a Zimmermanno perfectae in libro supra recensito adiunxit.

Ex iis, quae de latinis Editt. supra diximus, intelligitur, Melanthonem praeter *Historiam de vita Lutheri*, etiam, *has tres de eodem orationes* scripsisse:

1. *Orationem in funere Reverendi Viri D. Martini Lutheri, recitatam Wittebergae a Philippo Melanthone* (d. 22. Febr. 1546.).
2. Allocutionem ad auditores Scholae Witteb., inscriptam: *Philippus Melanthon ad auditorium Scholae Vuittebergensis, Anno* 1546. *De obitu Lutheri.*
3. *Orationem de Martino Luthero vel de aetatibus diversis ac temporibus Ecclesiae et dissensionibus Ecclesiarum nostro tempore, recitatam cum decerneretur gradus Melchiori Isindero, Suidnicensi* (d. 11. Nov. *††) 1548.).

Harum orationum prima primum separatim prodiit: *Oratio in funere M. Lutheri recitata. Vitebergae* 1546. 1 pl. 8. *†††), item *Lipsiae* 1546. 8.; et Germanice: *Oratio* vber der Leich Luthers am 22. Tag Febr. verteutscht durch Casp. Cruciger Wittenb. 1546. 1 pl. 4. *††††), item Zwickau 1546. 4. †*), Frankf. a. M.

---

*) Haec quoque Ed. ex Biblioth. Ponickav. Halensi mihi ad manus est. Etiam in Biblioth. regia Berol., acad. Vratislav. et senat. Norimb. est.

**) Haec Ed. in Biblioth. senat. Hamburg. et Norimb. est.

***) Haec Ed. in Catalogo Bibliothecae Ponickav. Halens. recensetur.

****) Haec Ed. in Biblioth. magniduc. Wimar., regiis Dresd. et Stuttgard., senat. Norimb. atque in meis libris est.

†) Haec Ed. et duae subseqq. in meis libris sunt.

††) Haec translatio in Biblioth. regia Dresdensi est.

†††) Hic liber recensetur ab Ukerto in l. M. Luther's Leben P. II. p. 378.

††††) Has versiones, quarum prior in Biblioth. regia Dresdensi est, Vogelius l. l. p. 4. affert.

*†) Vide Ukert l. l. p. 377. et Vogel l. l. p. 4. — In Biblioth. regia Berol. est.

*††) Sic teste Foerstemanno in annotatione Editioni huius orat. p. 25. subtexta. Bretschneiderus adscripsit: d. 8. Nov.

*†††) Haec Ed. in Biblioth. regia Berol., acad. Vratisl., Lips. et Ienensi, ducali Guelferb. et Gothana, senat. Hamb., et in meis libris est.

*††††) Haec translatio invenitur in Biblioth. acad. Vratisl. et Tubing., senat. Hamb., ducali Guelferb. et Gothana.

†*) Haec Ed. in Biblioth. regia Berol. est.

1546. 4.*) Wittenb. 1553. 4. et: Sermon vber der Leich Luthers, verteutscht durch Joh. Funk. s. l. 1546. 2 plagg. 4.**) Recusa est in select. Declamatt. Mel. Tomo III. et in huius Corp. Vol. XI. p. 726 sqq.

Altera, quae praeter libros supra recensitos una cum praecedente oratione nuper iterum edita est in hocce libello: *Acta D. Martini Lutheri in Comitiis Principum Wormatiensibus, Philippi Melanchthonis allocutio de obitu Lutheri et Oratio in funere eius Witebergae recitata* etc. *Berolini MDCCCXLVI.* (ed. E. F. August) 1 pl. 8.***), legitur in huius Corp. Vol. VI. p. 58 sq.

Tertia denique oratio praeter Editt. supra memoratas reperitur in Selectar. Declamat. Tomo III. et huius Corp. Vol. XI. p. 783 sqq.

Ab hac Editionum *Vitae Lutheri a Melanthone conscriptae, eiusque Orationum de illo recitatarum* recensione transeamus *ad libros eius historicos edendos, qui nondum in hoc Corpore sunt recusi.*

---

*) Haec Ed. una cum Ed. Witteb. 1553. 4. in Biblioth acad. Ienensi est.

**) Haec translatio in Biblioth. ducali Guelferb., acad. Ienensi et in meis libris est

***) Haec Ed. in meis libris est.

Nota. De Melanthonis scriptis historicis conf. Godofr. Dan. Hoffmanni Dissert.: Abhandlung von Philipp Melanchtons Verdiensten um die teutsche Reichs- und Staatsgeschichte nebst einem Vorbericht von denen auf seinen Tod herausgekommenen Schriften. Tübingen, den 19. April 1760. bey Joh. Georg Cotta. 6 3/4 plagg., 2 foll. non num., 50 pagg. num., 4⁰, praesertim pag. 28—47.

I. EXPLICATIO LOCORUM PALAESTINAE
AUCTORE PHILIPPO MELANTHONE.

Haec Melanthonis Explicatio locorum Palaestinae invenitur in hisce Editionibus*) *Chronici Carionis,* quae in mea Bibliotheca sunt:

Chronicon Carionis expositum et auctum multis et veteribus et recentibus historiis, in descriptionibus regnorum et gentium antiquarum, et narrationibus rerum Ecclesiasticarum, et Politicarum, Graecarum, Romanarum, Germanicarum et aliarum, ab exordio Mundi usque ad Carolum Quintum Imperatorem. A Philippo Melanthone et Casparo Peucero. Adiecta est narratio historica de electione et coronatione Caroli V. Imperatoris. (His subiuncta est Melanthonis effigies.) *Cum Gratia et Priuilegio. Witebergae Excudebat Iohannes Crato, Anno M. D. LXXII.* — (In fine:) *Vitebergae Excudebat Ioannes Crato Anno M. D. LXXII.* **216** plagg. litt. a — e, A — Z, Aa — Zz, Aaa — Xxx (quarum quaeque **6** foll. comprehendit, exceptis a et e, quarum illa 8 foll., haec 4 foll. complectitur) sign., **30** foll. non num., **746** pagg. num., ult. **29** foll. non num., quorum **3** extr. pagg. vacant, Fol. (fol. a 2^a — 8^a Casp. Peuceri epistola dedicatoria ad Principem Augustum, Ducem Saxoniae, Imperii Electorem etc. data d. 18. Calendas Octobris **1572.**; fol. a 8^b Melanthonis effigies maior, toto corpore depicto; fol. b 1^a — 6^b Oratio de argumento historiarum, et fructu petendo ex earum lectione, recitata in Academia Witebergensi a. **1568.** cum Tabula annexa; fol. c 1^a — 4^a med. Explicatio locorum Palaestinae; fol. c 4^a med. — d 5^a Germania Cornelii Taciti; fol. d 6^a — e 4^b Vocabula regionum et gentium quae recensentur in hoc libello Taciti, praefixa epistola nuncupat. ad Dav. Ungnad; pag. **1** — **5.** Melanthonis epist. dedicat. ad Principem Sigismundum a. **1558.** data; p. **6** — **142.** Chronicorum lib. I. et II.; p. **143** — **706.** Chronicorum lib. III — V., quorum cuique epistola dedicatoria praefixa est; p. **707** — **720.** init. Exhortatio Maximiliani Caesaris ad bellum Turcis inferendum scripta a Phil. Melanth.; p. **720** med. — **746.** [fol. Rrr 1^b] De electione et coronatione Caroli V. Caesaris historia. Phil. Melanth.; fol. Rrr 2^a — Xxx 5^a Index rerum et verborum memorabilium, subiunctâ Clausulâ; fol. Xxx 5^b — 6^b vacant).

— — (Idem Index cum eadem effigie) *Witebergae Excudebant Haeredes Iohannis Cratonis, Anno M. D. LXXX.* — (In fine:) *Witebergae Excudebant Haeredes Iohannis Cratonis, Anno M. D. LXXX.* **216** plagg. litt. a — e, A — Z, Aa — Zz, Aaa — Xxx sign., **30** foll. non num., **746** pagg. num., ult. **29** foll. non num., Fol. Haec Ed. cum praecedente, ex qua recusa est, omnino congruit.

— — (Idem Index, at pro *Adiecta est narratio* etc. leguntur haecce:) *Recens vero summo studio adornatum, pristinaeque integritati, exemplorum veterum ac recentium collatione exquisita, restitutum. Quid praeterea huic editioni accesserit versa ostendet pagella.* (His subiunctum est Insigne typogr.: Angelus tuba canens.) *Francofurti M. D. LXXX.* — (In fine:) *Francofurti ad Moenum, apud Petrum Fabritium.* (subiuncto Insigni typ. maiore: Angelo tuba canente.) *Anno M. D. LXXXI.* **89** $\frac{1}{2}$ plagg. litt. a — p, A — Z, Aa — Zz, Aaa — Zzz, AAaa — FFff (Ff $\frac{1}{2}$ pl.) sign., **120** foll. non num., **1189** pagg. num. (quarum autem pag. **455** sq. **458.** vacant, et p. **457.** hunc Indicem cont.: *Tertia Pars Chronici Carionis a Casparo Peucero expositi et aucti,* subiuncta Melanth. effigie. *Anno M. D. LXXXI.*), seq. pag. Clausulam cum Insigni cont., ult. fol. album est, 8. mai. Haec Ed. eadem continet ac duae praecedentes, ab iis autem eo differt, quod Index rerum et verborum illic in fine annexus, in hac Ed. epistolae dedicatoriae ad Sigismundum et Chronici Carionis Parti primae interpositus est.

---

*) Cum Editionum huius libri permagnus numerus sit, certo definire nequeo, utrum in his Editt. illico recensendis solis, an etiam in quibusdam aliis, quas nondum vidi, haec explicatio inveniatur.

— — (Idem Index ac Ed. 1581., cum eodem Insigni) *Francofurti ad Moenum, Impensis Godefridi Tampachii, M.DC.XXIV.* 92 plagg. litt. A—Z, Aa—Zz, AA—ZZ, AAa—ZZz, AAA, BBB sign., 1377 pagg. num., 55 1/2 foll. non num., 2 ult. folia alba, 8. mai. Haec Ed. eadem continet ac praecedentes. Index rerum et verborum in hac Ed. aeque ac in Editt. 1572. et 1580. in fine annexus est.

His Editt. latinis addenda est haecce germanica translatio:

Chronica *Carionis.* Von anfang der Welt, bis vff Keiser Carolum den Fünfften. Auffs newe in Lateinischer Sprach beschrieben, vnd mit vielen alten vnd newen Historien, Auch mit beschreibung vieler alten Königreich vnd Völcker, Vnd mit erzelung etlicher furnemer Geschichten, so sich in der Kirchen Gottes, vnd in Weltlichen Regimenten, sonderlich in Griechenland, im Römischen Reich vnd Deudscher Nation, haben zugetragen, vermehret vnd gebessert Durch Herrn *Philippum Melanthonem*, vnd Doctorem *Casparum Peucerum.* Itzund zum ersten, aus dem Lateinischen gantz vnd volkömlich in Deudsche Sprach gebracht. Am ende ist auch darzu gesetzt die Beschreibung Herrn *Philippi Melanthonis*, von der Wahl vnd Krönung Keisers *Caroli* des Fünfften, So zuuor hin in Deudscher Sprach niemals gedruckt worden. Mit Römischer Keiserlicher Maiestet Freyheit. Wittemberg, Gedruckt durch Hans Lufft. *M.D.LXXVIII.* 303 plagg. litt. A—Z, Aa—Zz, Aaa—Zzz, Aaaa—Zzzz, Aaaaa—Iiiii (quarum quaeque 6 foll. complectitur) sign., 6 foll. non num., 1142 pagg. num., ult. 28 1/2 foll., quae Indicem rerum et verb. cont., non num., quorum ult. pag. vacat, Fol. Haec translatio eadem continet, ac Ed. latina anni 1572., excepta *Exhortatione Maximiliani Caesaris ad bellum Turcis inferendum*, quae illic *Historiae de electione et coronatione Caroli V.* praecedit, in hac vero Ed. germanica omissa est.

Praeter has Editt., quas ipse possideo, memoranda est haec Ed., quae in Bibliotheca ducali Guelferbytana est:

Melanthonis Explicatio aliquot locorum insignium Palestinae 1568. Fol.

quam vero hucusque nondum vidi, eamque ob causam accuratius describere nequeo.

Hoc Melanthonis scriptum ex Ed. 1572. h. l. recudetur.

ALIQUOT LOCORUM INSIGNIUM EXPLICATIO ET HISTORIAE
PER PHILIPPUM MELANTHONEM.

SICHEM vel SECHEM Genes. 12. In hanc venit Abraham recens egressus ex Charran urbe Mesopotamiae. Fuit autem Sichem in regione, quae postea tribui Ephraim attributa est, ad montem celebratum Garizim, nec procul inde post multa saecula condita est Samaria. Nomen Sichem significat humerum, fortassis propter situm ad montem Garizim. Sed filio Hemor etiam fuit Sichem, unde loco existimatur appellatio facta esse. Saepe fit huius oppidi mentio. Iosuae ult. [24, 32.] expresse scriptum est, ossa Ioseph in hoc loco Sichem sepulta esse, sicut et in Actis cap. 7. narratur. Eadem est Sichem Iud. 9. et 21. Et 3. Reg. 12. Aedificavit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim. Eadem est, quae Iohan. 4. [vs. 5.] nominatur Sichar, sive consulto sive casu nonnihil mutata postrema syllaba. Hieronymi tempore Neapolis dicta est. Eadem et Sichem, quae et Salem nominatur, Genes. 33. [vs. 18.]. Fuit autem et alia Salem, ut postea dicetur.

BETHEL, Genes. 12. Eo transtulit familiam Abraham, postquam discessit ex Sichem. Nec dubium est esse diversa loca. Haec antea Luza nuncupata est, id est, amygdala. Ibi Iacob vidit Dominum in scala stantem, ut Gen. 28. [vss. 12—19.] narratur. Nova igitur appellatione locus notatus est, et dictus Bethel, id est, domus Dei, ut memoria propagaretur huius admirandae patefactionis divinae. Est et altera patefactio descripta Genes. 35. Eodem loco Ieroboam vitulum aureum collocavit, ut videretur sequi exemplum patrum, qui ibi Deum adorassent. Mutant igitur Prophetae honestam appellationem veterem, et nominant hunc ipsum locum Bethaven, id est, domum sceleris, ut taxari impium cultum populus intelligeret, nec deciperetur mentione exempli patrum.

HAI, Gen. 13. significat acervum, fuit e regione Bethel. Hieronymus propter literam Ebraicam nominat eam Agai, et dicit suo tempore fuisse parva ἐρείπια.

HEBRON, Igitur iam Abraham ex Aegypto post longinquam peregrinationem reversus, novum hospitium quaerit, relicta Bethel, et migrat in Hebron. Saepe autem fit mentio Hebron, et

alias habuit appellationes vetustiores, Cariatharbe, id est, *τετράπολις*. Vetustas enim distribuebat regias civitates in quatuor partes. Prima erat Curia, seu principum Senatus et sacerdotum, secunda militum, tertia agricolarum, quarta opificum. Ibi vallis fuit Mamre, sic nuncupata a viro Amorreo, ut Gen. 14. [vs. 13.] dicitur, qui foedus fecerat cum Abraham. Ibi veniunt ad Abraham tres hospites deleturi Sodoma. Ibi sepeliit Abraham uxorem suam, Gen. 23. Et aiunt dictam esse Cariatharbe, id est, *τετράπολιν*, quia ibi sepulti sunt quatuor patres, Adam, Abraham, Isaac, Iacob, Genes. 25. 35. 49.

Sodoma, Gomorra, Adama, Sebion, Segor, quinque vicinae urbes fuerunt in valle sylvestri, vel Salinarum, quae propter foecunditatem et amoenitatem Paradiso Dei confertur, Gen. 13. In hac multi fuerunt putei bituminis, Gen. 13. In eo loco iam est mare salsum vel mortuum, vel lacus *ἀσφαλτίτης*, dictus ab *ἄσφαλτος*, quod bitumen significat, et nomen est vel a tenacitate, vel *α* et *σφάλλω*, vel ab Ebraeis vocabulis, Esch, Pale, id est, ignis mirandus, vel ignis occultus. Sodoma nomen videtur esse a regione campestri; Gomorra a manipulo seu fasciculo spicarum; Adama terra rufa; Zeboim amoena vel decora regio; Zeor vel Sophar parvula.

Salem, quae fuit domicilium Melchisedek. Dicitur a Iosepho esse oppidum, quod postea Ierusalem nominatum est, nec volo adversari huic communi opinioni multorum. Sed fuit alia Salem, quae et Sichem nominata est, ut testatur Caput 32. in Genesi, sicut prius dictum est. Vides igitur in vicinis locis habitasse Abraham, Loth, Melchisedek, qui fuit Sem filius Nohae. Et habuerunt coetus discentes et cum ipsis verum Deum invocantes. Iam cogita, quantum decus fuerit tale collegium, in quo Sem et Abraham praefuerunt, qui erant testes patefactionum divinarum, summis ornati donis a Deo. Etsi autem fuit mediocris Ecclesiae frequentia, tamen simul in illa regione pessimorum hominum magna multitudo fuit, contumax, et inimica his doctoribus, et eorum coetui.

Gerar, Gerar est peregrinatio, quia Abraham profectus ab Hebron, peregrinatus est in Gerara[1]), et surrepta est illi Sara coniunx ab Abimelech, rege Gerarae[2]), cuius libidinem Deus ita punivit, ut inviolatam Abrahae coniugem reddere cogeretur. Genes. 20. Hoc loco natus est Isaac, Genes. 21., cui etiam hic promittitur Christus, postquam a puteo Agar propter famem ad[3]) Abimelech, regem Gerarae, confugerat, Gen. 26.

Beersabee, puteus iuramenti seu confirmationis, quia iuxta hunc foedus iniit Abimelech, rex Gerar, primum quidem cum Abrahamo, Genes. 21., deinde autem cum Isaac, Genes. 26. Praeterea Iacob profecturus in Aegyptum, cum ad hunc fontem venisset, divina voce confirmatus est, et iussus, ut confidenter eat in Aegyptum, accepta promissione, quod ex semine ipsius proditurus esset Dux gentium, et Redemptor Israel, Gen. 46. Dicitur etiam fons saturitatis, nam Agar, ancilla Abrahae, cum a Sara cum filio suo Ismael esset eiecta, in hoc errabat loco, siti cum filio suo iamiam peritura; sed Angelus Dei hunc illi ostendit puteum, unde cum prole sua saturata est, Gen. 21. Non diversa est Beersabee, Gen. 22. 3. Reg. 13.

Machanaim, Genes. 23. dicitur, Castra Dei sunt haec, ut Iacob ipse hunc locum appellat. Nam revertenti ipsi ex Mesopotamia a Gilead, obviam fiunt angeli Dei. Vocat autem castra Dei, id est, praesidia Dei. Hac enim visione corroboravit Deus animum Iacob, ut audito fratris hostili occursu, non desperet, sed Deum praesidio sibi futurum firmiter credat.

Iaboc, Fluvius. Iaboc, id est, evacuatio aut dissipatio vel lucta. Historiae hoc loco gestae nominis ratio convenit. Nam in eo loco luctatus est Iacob cum Angelo, unde nomen accepit Israel, id est, praevalens sive princeps Dei, cuius fides tantum habeat[4]) robur, ut nullis periculis et tentationibus succumbat. Sed luctae locum vocavit Iacob etiam Pnuel, id est, videns Deum vel facies Dei, nam vera fide cognovit Deum, et propterea salvata est anima ipsius, Gen. 22.

Ephrata, quae et Bethlachem seu Bethlehem, ut nostri libri habent. Ephrata significat ubertatem, terram frugiferam et pullulantem. In universa enim creatura nihil fuit foecundius, quam terra Ephrataea, id est, Bethlachem, ubi

1) Gerara] Ed. 1580. male: Gerarae

2) Gerarae,] Ed. 1580. male: Gerara.

3) ad] Ed. 1580. typ. errore: ab

4) habeat] sic Editt. 1572., 1581., 1624.; Ed. 1580. habebat

natus est Iesus Christus, Dominus totius universitatis, et Redemptor omnium, quem in hoc loco nasciturum esse praedixit Micheas cap. 5. Est autem Bethlachem domus panis. In eodem fere loco fuit sita Bethhacaris, id est, domus vinearum. Fuit autem Bethlachem patria Davidis, ubi unctus est in regem Israel, 1. Reg. 16. 17.

ADER vel EDER, Turris. Ebraei Eder dicunt gregem vel defectum. Hoc loco pastoribus nativitatem Christi ab Angelis annuntiatam fuisse scribunt aliqui.

GALGAL, Haec dictio significat rotam, vel volutationem aut circumrotationem. Potest autem fieri, ut loci appellatio inde nata sit, quod Iosue, dux Israelis, ex his castris, quasi stativis, omnes gentes vicinas per girum circumcirca debellarit et vicerit, et quasi circumrotando contriverit. Fixa autem fuerunt et principalissima haec castra, donec haec terra in 12 tribus divisa ab Israelitis libere occuparetur et coleretur. Fuerunt autem prima castra, quae habuit Israel in terra promissa, et hic cessavit Manna. Iam enim terrae frugibus vesci coeperant. Hic etiam celebratur Pascha, et circumciduntur fere omnes, qui Iordanem transierant. Nam qui in Aegypto erant circumcisi, iam antea in deserto obierant, Ios. 4. 5. Eandem habes Galgalam 1. Reg. 11. 15. [1. Sam. 11, 15. 15, 12.] 2. Reg. 19. [2. Sam. 19, 15.] 4. Reg. 4. [2. Reg. 4, 38.].

IERICHO, Quidam exponunt lunam, quidam mensem vel odorem eius. Nos malumus retinere vocabulum fragrantiae propter balsami hortos, quos solus ille locus habuit, qui et palmetis clarus est. Unde Deut. 34. palmarum civitas dicitur. Huius loci meminerunt Ios. 2. 6. et Iud. 3. 3. Reg. 16. [1. Reg. 16, 34.] 4. Reg. 2. [2. Reg. 2, 4. 18.]. Filius Dei surculus saluberrimi balsami ferax, sanat hoc loco coecos sedentes ad viam, Matth. 20. Marc. 10. Luc. 18. Huius etiam fit mentio Luc. 10. et 19. de Zachaeo.

GAZA, AZOTUS, ASCALON, GETH, ACCARON. Explicationes vocabulorum sunt hae. Gaza vel Aza fortis. Azotus vel Asdod depraedatio vel ignis dilecti. Ascalon custos ignis vel ignis infamiae. Geth, id est, torcular. Accaron sterilitas, enervatio, evulsio, truncus. Fuerunt autem hae praecipuae urbes gentis Philistinorum, quae adeo sunt potentes, ut toti regioni Iudaeae ab Aegypto usque ad Phoeniciam nomen dederit Palaestinae. Duravit autem haec potentia ab ingressu populi in terram sanctam, usque ad regem Ezechiam, 4. Reg. 18. In hoc intervallo fere continua et gravissima bella gesserunt cum Israelitis. Singulari autem consilio Dei factum est, ut huius gentis potentia praeter caeteras tam diu conservaretur et propagaretur. Hoc enim tanquam organo, Israelitarum impietatem et scelera punire Deus, et fidem exercere voluit.

SICLAG, Hic habitavit David annum et quatuor menses, unde factum est postea, ut hunc locum reges Iuda perpetuo obtinuerint, 1. Reg. 27. Haec absente Davide diripitur et accenditur, 1. Reg. 30.

SAMARIA, custos vel custodia Dei, excubiae Dei, sedes regum Israel, qui imperabant decem tribubus, quae ab Hyrcano aequata est solo. Ab Herode Antipatri instaurata, vocata est Sebaste. In hac verbum Domini praedicavit Philippus, cui adiutores fuere Petrus et Iohannes, Act. 8. Samariae meminerunt 3. Reg. 18. 19. 22. 4. Reg. 6. 7. 10. 17.

SAREPTA, dicitur conflatorium vel purgatorium. Nam Sidonii vitri faciendi rationem primi invenerunt, qui ibi suas officinas conflatorias habuerunt. Grassante fame per Iudaeam, iussu divino huc missus est Helias ad mulierem viduam, quam cum filio a fame et morte servavit, 3. Reg. 17. Matth. 15. etiam commemoratur Cananaea muliercula supplicans Christo.

CAPERNAUM, Vicus vel ager amoenus. In hac exorsus et Christus Evangelium suum. Matth. 4. Luc. 4. et 7. Ibi enim civis fuit, cum metu Herodis, qui Iohannem Baptistam occiderat, se istuc contulisset. Ideo a Christo et Apostolis exigitur, ut a cive, didrachma. Huius fit mentio Matth. 8. 11. 17. Marc. 1. 2. 5. 11. Luc. 4. 7. Ioann. 2. 6.

BETHSAIDA, id est, domus frugifera. Hic nati sunt Philippus, Andreas et Petrus Apostoli, Ioann. 1. Huius meminerunt etiam Evangelistae Matth. 11. Marc. 6.

CANA MAIOR, patria Syrophoenissae, cuius filiam sanavit Christus a daemonio Matth. 15. Marc. 7., de qua supra in Sarepta dictum est.

CANA MINOR, Oppidum Galilaeae, in quo nuptias sua praesentia et munere vinario ornavit Christus. Significat autem Cana arundinem, quia in arundineto, id est, miserrimis et ruinosis hospitiis et politiis cum Christo sponso nuptias celebrat Ecclesia, Ioann. 2.

Thabor mons, seu puritatem significat, seu mutatione primae literae umbilicum, quia eminet in eius regionis planitie, velut umbilicus. Nam altitudo est stadiorum triginta, et cacuminis area diametrum habet stadiorum fere viginti.

Bethania, Domus obedientiae vel afflictionis, sive domus gratiae Domini, ubi Christus suam infinitam potentiam illustri testimonio declaravit, revocato in vitam Lazaro ante triduum extincto. Mentio huius fit Matth. 21. Marc. 11. 14. Ioann. 11. 12.

Naim, id est, amoena. Christus e Capernaum exiens ingreditur Naim, et in porta civitatis unicum viduae filium a mortuis excitat, et dolorem luctumque viduae in iucunditatem et gaudium convertit.

Dalmanutha, id est, pauperum habitatio, nomen conveniens Ecclesiae. In hanc regionem venit Christus cum discipulis suis, Matth. 16. Marc. 8.

Bethabara, Significat domum transitus. Eo enim loco divisae aquae Iordanis tutum transitum Iosuae et toti populo Israelitico per alveum fluminis praebuerunt, Ios. 3. 4. Hic baptizavit Ioannes Christum et plurimos alios. Matth. 5. Huius loci praeterea meminit Ioannes 1. 3. et 10.

Decapolis, Nomen est regionis in extrema ora Phoenicum et Galilaeae, quae urbes decem complectitur, quas etiamsi non prorsus easdem recitant scriptores, tamen vicinae nominantur. Estque regio inter Damascum et Sidonem, et lacum Genezareth, et Caesaream Philippi.

Damascus, Distat a Ierosolyma germanicis miliaribus[5]) quadraginta duobus. Breitenbach[6]) scribit a Ierosolyma ad Damascum esse iter sex dierum; situm tabula ostendit in Antilibano. Urbs est vetustissima, in qua nunc quoque magna civium frequentia est, et magni mercatus sunt. Etymologias alii alias quaerunt, ego hanc retineo, Sanguinis saccus, quia vetus opinio est, in ea regione interfectum esse Abel. Certe consentaneum est, primos patres illam viciniam tenuisse.

5) miliaribus] Ed. 1580. perperam: millitaribus

6) Haec spectant ad: Sanctarum peregrinationum in montem Syon ad venerandum Christi sepulchrum in Hierusalem atque in montem Sinai ad diuam virginem et martyrem Katherinam, opusculum *Bernh. de Breydenbach* (eccl. Moguntineus. Decani, simul et camerarii). Impressum per Petrum Drach, ciuem Spirensem. 1502. Fol.

Zidon, Nomen habuit a filio Canaan, ut in capite decimo Genesis scriptum est. Significat autem Zidon venationem. Deleta ab Ocho, rege Persarum, qui cum eam proditione cepisset, multitudo ipsa urbem incendit, et perierunt incendio circiter quadraginta millia hominum. Talia magnarum et opulentissimarum urbium excidia, sunt insignia testimonia irae Dei adversus scelera hominum, et monent, ne magnae et opulentae urbes indulgeant luxui, ambitioni, libidinibus, rapacitati, existimantes se impune peccare propter potentiam.

Tyrus, colonia fuit, deducta ex Sidone. Nomen Ebraeum est Zor, id est, rebellis, quia credibile est partem civium ex Sidone propter seditionem aliam sedem in littore quaesivisse. Hanc Alexander post obsidionem septem mensium expugnavit, trucidatis septem millibus civium, et deinde duobus millibus strangulatis.

Haec tristissima excidia duarum vicinarum urbium, quae opulentia et artibus fere omnibus urbibus in toto orbe terrarum antecelluerunt, praedixit Esaias, qui nominatim ait ducem ex Cithim adventurum esse ad Tyrum. Sunt autem Cithim Macedones. Et nomen Cithim significat percussores.

Iordanis in radicibus Libani oritur, et habet duos fontes, unum nomine Ior, quod significat rivulum, et alterum nomine Dan. Hi simul mixti, Iordanis nomen efficiunt.

Genesareth, Lacus est limpidissimus et piscosus in Galilaea, nomen habet a viciniae amoenitate. Nam Genesar dicitur hortus principis. Dicitur et urbs vicina et lacus Cinereth a figura. Nam Cinereth significat citharam.

Galilaea, id est, limes, regio in limite sita.

Gehenna, dicta est a Ge Hinnom, quae fuit vallis in tribu Beniamin, ubi facta sunt impia sacrificia, in quibus infantes cremati sunt. Propter hanc atrocitatem translatum est nomen postea ad inferos. Significat autem Ge vallem, Hinnom spoliatorem seu insidiatorem, Ein Raubtal, ein Mördergrube.

Emmaus, postea Nicopolis dicta est. Et videtur mihi haec graeca appellatio interpretatio esse vocabuli Emmaus, quod significat matrem fortitudinis seu victoriae, ac typus est Ecclesiae, quae est victrix, quia filius Dei servat eam, nec sinit eam a tyrannis deleri. Alii interpretationem tradiderunt, Mater consilii, quod etiam ad Ec-

clesiam quadrat, quae est mater consilii, cum est custos et propagatrix doctrinae a Deo traditae.

Cananaea, regionis nomen est, a Canaan, filio Cham. Significat autem Canaan mercatorem. Ac posteritas Canaan in littore mercaturam exercuit. Nam Sidon, filius Canaan, condidit urbem Sidonem. Ac in capite 10. Genesis Cananaea regio sic describitur, ut complectatur universum spatium, quod postea tenuerunt Israelitae, inde usque a Iordane ad mare, et ad Aegyptum. Ibi nondum discernuntur Philistiim a Canaan. Nam et vetustior est Canaan, quam Philistiim, qui orti sunt non a Canaan, sed a Mizraim. Postea cum crevisset potentia gentis Philistiim, hi appellationem regioni dederunt praecipue in littore, infra Tyrum versus meridiem. Et nominantur quinque principes urbes Philistiim, in libro Iosuae capite 13., Azotus, Accaron, Ascalon, Geth, Gaza. Cum igitur Cananaei, quia loca propria Iordani tenebant, fere funditus deleti sint, nomen quoque paulatim interiit. Etsi autem et Philistiim, qui longius protulerunt fines in eam regionem, quae postea fuit attributa tribubus Iuda, Beniamin, Simeon, Manasse, Isaschar, pulsi sunt et magna ex parte deleti, tamen in littore, ut dixi, infra Tyrum urbes munitas et magnas retinuerunt, ac alias magis, alias minus late dominati sunt. Tempore Abraham sedes regis Abimelech fuit in Geraris, qui in capite 26. Genesis nominatur Rex Palaestinorum. Fuit autem urbs Gerara sita in regione, quam postea occupavit tribus Iuda, non procul ab Hebron. Et quidem sita fuit inter Hebron et Gazam.

Sciendum est igitur, Cananaeae appellationem antiquiorem esse, et plures gentes complexam fuisse quam appellatio Philistiim, qui non tenuerunt universum spatium, quod postea Israelitae occuparunt. Sed tamen quia in littore gens Philistiim magnas urbes habuit, Palaestinae nomen Graecis notum fuit propter navigationes, sicut Herodotus in Polymnia [c. 89.] inquit, Phoenicas et Syros tenentes Palaestinam trecentas naves Xerxi misisse, ac postea [in eod. cap.] addit nominari Palaestinam regionem ab extrema ora Aegypti usque ad Phoenicas, *τῆς δὲ Συρίης τοῦτο τὸ χωρίον καὶ τὸ μέχρι Αἰγύπτου πᾶν, Παλαιστίνη καλέεται.*

Itaque et postea Graeci, ut Ptolemaeus, nomine Palaestinae complexi sunt Iudaeam, Samariam, Galilaeam, cum tamen Philistiim non tenuerint universum illud spatium. Sed saepe regionibus nomina tribuuntur a parte aliqua, quae vicinis antecellit potentia. Grammatica interpretatio nominis Philistiim dicitur esse conspersores, seu conspersiones, ut cum pulvere aliquid conspergitur, seu concussiones, fortassis quia haec gens in littore habitavit, ubi crebri sunt terrae motus, et tota oppida arenis ac pulvere obruuntur, sicut Ascalon et Azotus ab igni nomina habent.

Ierusalem, Visio pacis, complexa fuit duos montes, quorum alterius nomen fuit Zion, in quo condita fuit arx Davidis. Significat autem Zion speculam. Alterius montis nomen est Morla, in quo templum a Salomone conditum est. Nam et nomen indicat Patres antea in eo loco sacrificasse. Et in hunc ipsum montem adduxit Abraham filium suum Isaac, ut ibi sacrificaretur. Habitabat autem Abraham tunc in urbe regia Geraris, quae distabat duobus Germanicis miliaribus aut circiter ab Hebron, Hebron vero distabat quinque miliaribus Germanicis a Ierosolyma.

Abraham igitur nec tardissime fecit iter, nec properare potuit, cum et magnis doloribus exerceretur, et saepe humi stratus diceret precationes, et secedens a comitibus funderet lacrymas, et cogitaret significationes huius divini mandati. Sic autem processit biduo, ut tertio die venerit ad montem Morla, et ibi sacrificium perfecerit. Harum historiarum doctrina cogitanda est, cum aspicis urbium positus, Gerarae et Ierosolymae, et consideranda est fides et obedientia Abrahae, et nostra infirmitas deploranda est. De nomine Morla contenti simus etymologia Abrahae, qui nominat montem, Deus videbit. Sit igitur aspectio, seu ostensio Dei. Testatus est enim Abraham hac appellatione, Deum in hoc loco illustri testimonio patefactum esse, et promissionem repetivisse. Nec alienae sunt etymologiae aliae, Illuminans, vel illuminatio Dei, vel timor Dei, id est, locus cultus divini.

In capite 5. Marci, et capite 8. Lucae nominatur regio Gadarenorum, in eadem historia, ubi Christus expellit Diabolos ex homine furioso, et Diaboli insilientes in porcos praecipitant eos in lacum. Eam regionem Matthaeus nominat Gergesenorum, et Hieronymus vertit Gerasenorum. Hic sciendum est, oppidum Gerasa cele-

bratum etiam apud Stephanum[7]) fuisse non in ripa meridiana Iordanis, ubi Galilaea amoenissima et fertilissima est, sed versus loca deserta, ultra ripam arctoam. Et eiusdem oppidi nomina sunt Gerasa, Gadara et Gergesa. Nec lacus Gadarenus existimetur esse lacus limpidissimus Genesareth, de quo supra dictum est, sed alius ad oppidum procul inde distans Gadara, de quo inquit Strabo[8]): *ἐστὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρὸν λιμναῖον, οὗ τὰ γευσάμενα κτήνη τρίχας καὶ ὅπλας καὶ κέρατα ἀποβάλλει.*

7) Stephanus de urbibus, ed. Gronov. (Amstelaedami 1725. Fol.) p. 205. de Gerasa urbe Coelesyriae disserit.

8) Strabonis lib. XVI. p. 764. editionis Casaubon. III.

II. PHIL. MEL. EXHORTATIO MAXIMILIANI CAESARIS AD BELLUM TURCIS INFERENDUM.

Haec Exhortatio, Melanthonis auctoris nomine adscripto, Chronico Carionis a Peucero proxime annexa invenitur in iisdem huius Operis Editionibus, quas supra p. 439 sqq. recensui, scil. in *Editt. Witeberg.* 1572. et 1580. Fol. pag. 707—720., *Ed. Francof.* 1581. 8. p. 1125—1145., *Ed. Francof.* 1624. 8. p. 1309—1331., atque in vernaculam linguam a Christoph. Pezelio translata legitur in illa huius Chronici translatione germanica eodem loco descripta, quae *Witebergae* 1578. Fol. prodiit, p. 1084—1104.

Hoc Peuceri, generi Melanthonis, testimonio fretus hanc Exhortationem ex illius Chronici *Editione Witebergensi anni* 1572. h. l. recudi curo.

EXHORTATIO MAXIMILIANI CAESARIS AD BELLUM TURCIS INFERENDUM

SCRIPTA A PHILIPPO MELANTHONE.

Postquam nuntiatum est, Selymum, Turcarum Regem, capta Syria atque Aegypto, denuntiare bellum Pannoniis: Maximilianus Caesar intestinas Christianorum discordias componendas esse duxit, ut omni cura in unum Turcicum bellum incumbere, et caeteros ad tantae tamque gloriosae rei societatem attrahere posset. Nisi enim communi consensu omnes regum opes ac vires immanissimo ac potentissimo hosti opponerentur, ab eo pertimescendum universae reipublicae Christianae interitum iudicabat. Nec ignorabat, Imperatorem Constantinopolitanum et Principes Graeciae paulo ante in extremam calamitatem incidisse, ac penitus deletos esse, dum ferali discordia distraherentur.

Erant autem in Maximiliano cum caeterae virtutes magno viro dignae, tum vero iis artibus, quae in summo Principe existere debent (videlicet scientia regendae reipublicae in pace, et peritia rei militaris) longe omnes excellebat, non tantum suae aetatis reges, eratque prorsus, ut ille summus apud Homerum imperator, et rex optimus, et fortissimus bellator. Nam inde usque ab adolescentia per omnem vitam, multa eum maximeque varia bella exercuerunt, in quibus res magnae omnes ductu, virtute, et consilio ipsius gestae sunt.

Diligentissime, antequam acie dimicaret, pugnandi opportunitatem praevidebat, et in ipsa acie consilio et magnitudine animi singulari utebatur, qua, interdum cum haberet infirmiores copias, aut iniquo loco praelium committeret, tamen hostium exercitus dissipavit, aut elusit. Atque ita responderunt exitus virtuti et felicitati eius, ut, cum gesserit plurima bella cum potentissimis regibus ac populis, coëgerit ad pacem petendam omnes. Ita enim gerebat bella, ut, cum patrios principatus defendisset, non appeteret aliena regna, sed tueri etiam et augere exterorum regum opes et dignitatem, honestum putaret.

Adolescens, postquam duxit Caroli Burgundi filiam, cum Galli armis repeterent Burgundiam et Flandriam: neque magnitudine copiarum unquam perterritus, neque diuturnitate belli, quod aliquot annos magna pertinacia gerebatur, fractus est; sed saepe ingentes exercitus parva manu fudit et fugavit, et constantiam tan-

tam praestitit in reprimendis hostium conatibus, ut ad extremum Galli spe abiecta recuperandi Belgici, pacem ultro expeterent.

Postea pacata ditione Burgundica, properavit in Austriam, ut patrium Ducatum recuperaret. Nam Matthias, Rex Pannoniae, bonam Austriae partem ademerat Friderico III., metuens ne post suam mortem Austriaci regnum Hungariae sibi vindicarent. Ac Maximilianus non tantum recepit patrium Ducatum, sed etiam ingressus Hungariam cum exercitu, bonam regni partem occupavit, et Albam Regalem oppugnatam vi cepit.

Quanquam autem potiri universa Hungaria posset, tamen et propter necessitudinem, quae ei cum Regibus Poloniae erat, ex quorum familia Regem Hungari accersierant; et ne grassantibus eo ipso tempore Turcis in Mysia, praeberet contentio de regno occasionem invadendae Hungariae: duxit sibi Regem recens accersitum, cum quidem cognatus esset, matre natus Austriaca, certis conditionibus adiungendum esse, eique Hungariam reliquit.

Sequuta sunt deinde alia bella, Flandrense, Geldrense, et Helveticum, in quibus non solum ipsius virtus in subiugandis hostibus enituit, sed etiam in victoria singularis moderatio laude digna fuit. Postea exarsit ingens bellum in Bavaria, cum Palatinus Rheni, partem Bavariae sibi vindicare conaretur, nec ab eo consilio aequissimis conditionibus, a Maximiliano propositis, abduci posset.

In eo bello Maximilianus aliquoties acie dimicavit cum Palatini exercitibus. Ad extremum etiam acerrimum praelium cum auxiliis Bohemicis commisit, in quo cum Bohemi veteri quadam disciplina vallo muniti se defenderent bombardis, ipse in prima acie everso vallo impetum in hostes fecit, et suos perculsos ac dubitantes sequi se in praelium coëgit. Ita trucidatis quatuor millibus Bohemorum, reliquos in fugam vertit, et cum Bavariam periculo liberavit, tum Palatinum ad pacem petendam compulit.

Sed quantum consilio et magnitudine animi excelluerit, clarius etiam in Veneto bello conspici potuit, in quo cum intelligeret, quanta esset Venetorum potentia, pertraxit ad belli societatem Regem Gallorum Ludovicum XII. Munitissimas urbes, Patavium, Veronam, Brixiam, et plerasque alias partim vi expugnavit, partim arte ad deditionem coëgit; saepe magnos exercitus Venetorum profligavit; cumque Veneti summam imperii commisissent Bartholemaeo Liviano, quem unum, (quia omnium eius aetatis Ducum callidissimus et peritissimus in Italia putabatur) opponendum esse Maximiliano censuerant: nunquam neque ullis ab eo difficultatibus circumventus, neque acie victus est. Ipse vero Livianus cum saepe alias, tum illa memorabili pugna Vincentina, et consilio, et fortitudine superatus est. Nam cum essent exiguae nostrorum copiae, et Livianus adeo certam sibi victoriam promitteret, confisus et numero et loci opportunitate, ut evocaret Venetos ex urbe velut ad spectaculum, ad videndam caedem Germanorum, nostri, intellecto hostium consilio, cum essent non amplius quinque millibus, ne a multitudine circumveniri possent, properant, ut vicinum tumulum occupent, ubi iniquo loco hostes pugnare cogebant, et inde tanto impetu decurrerunt in Venetos, ut amplius sex millibus trucidatis magnam multitudinem etiam inermium, qui spectatum venerant, in castris ceperint.

Cum Caesar res Venetorum graviter afflixisset, et plerasque eorum urbes teneret: Papa Iulius desciscit ad Venetos. Habebat autem Iulius firmissimas copias, et quia videri volebat eo se ad Venetos conferre, ut Italiam, quae a Germanis et Gallis dilaceraretur, his miseriis liberaret, facile sibi reliquam Italiam adiunxit. Erat itaque bene paratus, et animo, ut solebat, acri bellum gerere coepit.

Quare et Ludovicus iam maiore cura rem gerendam existimans, bellum apparat omnibus viribus. Cum igitur videret Maximilianus, quanta belli moles impenderet, et intelligeret in summo periculo futuram Italiam, si Galli essent superiores: hortatur Pontificem per legatos, ut autor pacis esse malit, quam excitare maius incendium, quod universae Italiae vastitatem allaturum videretur. Sed cum haec frustra ageret, ingenti praelio Pontificius exercitus victus est a Gallis ad Ravennam. Nunquam nostra memoria acrius dimicatum est, nulla facta maior strages, quam in eo praelio. Ita enim et Iulius ipse iudicavit, accepta hac clade, in extremo periculo se et universam Italiam versari.

Quare statim cum Maximiliano de pace agit, qui, ut Italiae saluti consuleret, Ludovico etiam pacis autor erat. Sed cum ille ira atque odio

Pontificis, arma abiicere nollet, et minaretur urbi Romae, iam sollicitus de publica Ecclesiae tranquillitate, deque Italiae libertate Maximilianus, armis ex Italia retrahendos esse Gallos censuit, idque subito contractis magnis copiis, concitatis etiam Anglis et Burgundis, perfecit. Ad hanc excellentem ingenii atque animi vim adiunxerat admirabilem quandam moderationem, quae quam necessaria sit in summa potestate, quam utilis reipublicae, quantum habeat verae laudis, exempla monstrant utriusque generis.

Nam haec virtus in multis praestantissimis heroibus desideratur, qui in victoriis facti sunt insolentes, superbi, crudeles, et omnia ad suam potius utilitatem seu ambitionem, quam ad communem salutem hominum retulerunt. Neque enim aut Pompeius irritasset Caesarem aut Caesar irritatus cum tanto reipublicae detrimento privatam iniuriam ultus esset, nisi uterque animo suo morem gerere, quam in commune consulere reipublicae maluisset. Non dicam hic de Sylla, Mario et similibus, quorum non solum infinita ambitio, sed crudelitas etiam barbarica odio digna fuit. Quanto plus verae laudis meriti sunt Scipiones, qui adeo domi modesti fuerunt, ut, quamvis non levibus iniuriis provocati, tamen nihil paulo vehementius unquam fecerint, nulla nova consilia contra leges susceperint.

Talis fuit in Maximiliano moderatio, semper ut communem orbis tranquillitatem privatis et utilitatibus et affectibus anteferret. Saepe victor cum aliena regna, cum adversarios funditus delere posset, tamen perfectis bellis ostendit se publicae tranquillitatis tuendae causa arma sumsisse. Nam repressis hostibus, qui publicam conturbaverant tranquillitatem, et iniusta bella moverant, mirabili clementia seu errorem, seu temeritatem condonare solitus est. Ac si quis alius Regum ulla aetate, hic vere praestitit id, quod ad summum Regem Alexandrum Aristoteles scripsit, cum hortatur eum, ut meminerit regna dari summis viris, ut universo generi humano prosint, non ut superbi et contumeliosi sint adversus imbecilliores.

Nam cum natura esset, ut a sapientissimis viris audivi, qui eum familiarissime norunt, ingenio modestissimo, accessit etiam sanctissima doctrina Christianae religionis, quae eum incitabat cum ad caeteras virtutes colendas, tum maxime ad moderationem in imperio, ut meminisset se non casu, non humano consilio, sed divinitus in hoc fastigium rerum humanarum evectum esse, non ut licentiam haberet suarum cupiditatum explendarum, sed ut totius generis humani utilitati consuleret, et ut Dei gloriam ac religionis tranquillitatem praecipue defenderet. Quare animos eorum, quos armis vicerat, sanare et ad officium revocare maluit, quam funditus eos delere. Et saepe propter tranquillitatem Christiani orbis, gravissimas iniurias dissimulavit.

Cum tanta in eo publicae salutis esset cura, excitavit eum non solum potentia, sed multo magis felicitas Selymi, qui subito potitus erat Syria atque Aegypto, ut omnibus aliis negotiis omissis, Regum ac Principum omnium totius Europae animos ad reprimendos Turcas accendere conaretur. Quam ad rem habebat hortatores amicissimos Reges, cognatione ac foederibus sibi devinctos, et qui periculo, quod a Turcis impendebat, erant proximi, Vladislaum Regem Hungariae, et Sigismundum Regem Poloniae.

Itaque cum videret ad rem tantam Italiae tranquillitate opus esse, primum Venetos fractos iam longo bello, ac petentes pacem, certis conditionibus sibi adiunxit, et ne qua odii aut belli semina essent reliqua, et beneficio devincti meliores essent, aliquot urbes, in quibus Verona erat, ultro illis cessit, ac tenendas dedit; et ut regem Franciae ad communem totius orbis Christiani causam adiungeret, passus est eum retinere Mediolanum.

Ita pacata Europa anno M. D. XVIII. Conventum Augustae indixit, in quo conventu, cum de omni ratione movendi belli adversus Turcas esset cum Germanicis Principibus deliberaturus, curavit, ut eo venirent etiam Romani Pontificis et omnium Regum legati, ut intelligi posset caeteros Reges non defuturos esse communi causae. Multis iam annis non fuerat frequentior conventus. Nam Electores ibi erant sex, et caeteri Principes potentiores plerique omnes. Aderant et Regum plurimorum legati. Leonis X., summi Pontificis, legati erant Matthaeus Langius Archiepiscopus Salzburgensis, et Thomas Caietanus Cardinalis S. Sixti, qui quoniam ex urbe Roma adveniebat, non statim initio conventus aderat.

Itaque Caesar initio Principum ac populorum Germaniae causas audivit, et controversias diremit, ne qua privata dissensio postea deliberationes de bello Turcico interturbaret. Et quon-

iam consilium de eo bello movendo ad salutem totius orbis Christiani pertinebat, existimabat Caesar tum demum ea de re esse referendum ad Principes, cum advenisset Legatus Pontificius; ut magis intelligi posset, hanc tantam rem non privato agi consilio, sed ex officio Imperatoris, et flagitante summo Pontifice, nomine universae Ecclesiae Christianae, quod pro universo orbe, velut in statione esse summus Pontifex et Imperator debeant. Atque hanc opinionem profuturam arbitrabatur ad accendenda studia exterarum nationum ac Regum, quorum aderant legati, et ad voluntates Principum Germaniae incitandas.

Cum igitur tandem mense Augusto advenisset legatus, egressi obviam Caesar et omnes Principes Germaniae, ante portas urbis Augustae eum magnifice exceperunt. Post dies aliquot Caesar adhibitis Principibus et omnium Regum ac nationum legatis, in maxima frequentia omnium ordinum, eum audivit exponentem mandata summi Pontificis, et hortantem publico nomine universae Ecclesiae Christi, praecipue Imperatorem, deinde Principes, et Regum legatos, ut communi consilio atque animo bellum pium et necessarium iam tandem susciperent: ut Graeciam atque Asiam ex turpissima et miserrima servitute eriperent; ut hostes grassantes iam in vicinis regnis reprimerent; ut orbem terrarum crudelissimo latrocinio, et sacrilega et nefaria secta, contumeliosa in Christum, liberarent.

Addebat etiam de Leonis X. voluntate, neque opes Pontificias, neque consilium eius ulla in re huic communi causae defuturum esse. Hoc consilio Leonem initio Pontificatus dedisse operam, ut pax Italiae restitueretur, cum quidem iustiores bellorum movendorum causas habuisset, quam plerique antea; sed privatas iniurias eum condonasse publicae necessitati, cumque caeteris Regibus hortator esset pacis, voluisse etiam exemplo ipsis praeire et invitare, ut omissis intestinis bellis in commune consulerent. Opes vero Pontificias nusquam melius collocari, quam in hunc usum, nullam gratiorem Deo eleemosynam posse praestari, quam hanc, qua tot gentes simul e servitute et impietate eriperentur, et nefaria impietas deleretur.

Huic orationi cum gravem querelam addidisset de earum gentium aerumnis, de contumeliis religionis, et commemorasset, quantis incrementis exiguo admodum tempore potentia Turcarum aucta esset, non tam virtute ipsorum, quam Christianorum Regum seu negligentia seu intestinis discordiis: adiecit se eo ista apud Principes Imperii queri, quia huic nationi Germaniae praecipue commissa esset defensio Christiani orbis, nec alium Ducem tanti belli iure designari posse, nisi Imperatorem.

Quare hanc nationem, ut excellit non solum gloria rei militaris, sed etiam Imperii dignitate, primum debere arma capere, anteferre privatis affectibus communem salutem Ecclesiae, et Imperii dignitatem. Nec nobis alibi Ducem quaerendum esse, nec nationem amantem libertatis cogi, ut externis imperiis pareat. Habere nos Maximilianum, qui prudentia, virtute, scientia rei militaris, non solum caeteros Reges, sed etiam clarissimos ac peritissimos omnium nationum excelleret, nec destitui eum felicitate in rebus gerendis, et Deum rectis et piis consiliis, et Ecclesiae votis affuturum esse.

Haec oratio cum iustam et gravem querelam habuisset, et vere commemorasset, quanto in periculo esset universa Ecclesia, quam pium, quam necessarium esset, omnes bonos ac fortes viros ad hoc periculum depellendum accurrere, non solum summi Pontificis, sed ipsius Ecclesiae Christianae vox esse iudicabatur. Itaque cum Caesar in praesentia pauca dixisset de sua voluntate, et ostendisset, se summis votis hunc consensum nationum semper optasse ad bellum inferendum Turcis, et adiecisset de ratione belli gerendi se cum Principibus deliberaturum esse: mirifica erat expectatio omnium ordinum. Nam cum omnes Principes sua sponte optime animati essent erga hanc causam, sed viderent opus esse ad rem tantam suscipiendam, peritissimorum deliberatione, maxime cupiebant ab ipso Caesare, propter illius excellentem prudentiam, et usum in re militari, rationem parandi et gerendi belli proponi. Cum Caesar sic affectos esse animadverteret, venit in consessum Principum post paucos dies: cumque consalutatis eis assedisset, coepit exponere consilia et voluntatem suam in hanc sententiam.

Frequentia vestra, quae et hoc tempore praecipue necessaria est reipublicae, et mihi pergrata, non obscure indicat voluntatem vestram, et studia erga hanc causam, propter quam domo exciti estis. Cum enim tam cupide adveneritis,

postquam in literis significavi nos de bello Turcico acturos esse: facile intelligo vos ipsos (ut decet sapientes Principes, et viros fortissimos) et intelligere, quid a vobis totus orbis terrarum, universa Christi Ecclesia, dignitas huius Imperii requirat: et animos vestros ea virtute ac fortitudine praeditos esse, ut bellum omnium, quae unquam fuerunt, iustissimum et gloriosissimum omnibus votis expetatis.

Quare existimo mihi non longa oratione ad vos incitandos opus esse, et expectari a me potius classicum ad inferenda signa, quam hanc in toga et in curia adhortationem. Sed tamen belli magnitudo et difficultas primum deliberatione quadam eget, non utrum sit inferendum. Nam etsi hostes nos bello non lacesserent, non in finitimis locis, et paene in conspectu nostro grassarentur, tamen oportuit nos liberare orbem terrarum hac crudelissima atque impia barbarie, et ex miserrima servitute tot nationes oppressas eripere. Sed illud deliberandum est, cum tantae sint opes ac vires Turcici regni, cum exercitus in longinquas regiones traducendi, cum fortassis pluribus locis et longo tempore bellum futurum sit, quantis opus sit copiis, an una Germanica natio tantos conficere exercitus, tolerare sumtus [1]), arma, equos, stipendium, commeatus suppeditare possit; qui Reges, qui populi ad societatem huius pulcerrimae militiae adiungi possint; an ita in Europa pax constituta sit, ne me, et vos ex medio cursu revocent homines perfidi, qui, ut saepe antea accidit, vel per occasionem occupare nostra conabuntur, vel turpi aliqua cum hostibus pactione facta, metuent, ne fines Imperii proferamus.

De his rebus scio a me requiri orationem a prudentibus omnibus. Nam me quidem in hoc Imperii fastigio, non solum in acie ducem esse, sed multo magis huius publici consilii ducem atque autorem esse convenit. Quare nisi de his tantis rebus, diu multumque tot iam exercitatus bellis, et magna fortunae varietate cogitassem, profecto reprehensione omnium dignus essem. Sed mihi credite, cum ab auspiciis meis, recuperata Austria, post mortem Regis Hungariae Matthiae Hunniadae, cumque expulissem ingentem exercitum Turcarum ex Croatia, nihil magis in votis mihi fuerit, quam ut mox exercitus in provincias Turcarum traducerem, nunquam postea de hoc bello cogitare desii. Ac tum quidem occasio percommoda erat huius rei suscipiendae. Nam post Mahometi mortem magna de successione inter fratres discordia erat.

Sisimus etiam armis invadere regnum conabatur. Quare in his provinciis non satis firma praesidia erant: et ut quantum possem, providerem, ne qui domestici motus nos remorarentur, legem de vestra sententia tuli, in quodam conventu, de pace decennali. Verum qui me haec parantem fluctus subito exceperunt! Galli non solum me de possessione Burgundiae per seditionem deiicere conati sunt, sed etiam meo capiti insidias per summum scelus struxerunt.

Postea Italia, quae proximis annis singulari consilio patris mei pacata fuerat, iterum Gallicis armis perturbata est. Nam proximo anno post mortem patris mei, Carolus VIII. cum ingenti exercitu bonam Italiae partem hostiliter pervagatus est. Etenim non modo Neapolitanum regnum occupare conabatur, sed et Mediolanenses bello adortus est.

Qua ex re animadverti potuit, eum totius Italiae dominationem sibi polliceri. Itaque et misi auxilia in Italiam ad defendendas Mediolanenses contra Gallum, et eo exercitum ipse adduxi. Ad haec incommoda, tumultus Hungarici eodem fere tempore accedebant. Postea dum orta bella undique in Germania et Italia, consilio atque armis sedare contendo (ut postulabat necessitas publica) diutius, quam volebam, differre consilium de movendo Turcico bello coactus sum.

Sed quantum iudicare possum, divinitus ita res extracta est. Nam et tempus interea, et haec bella afferunt nobis magnam facultatem et commoda ad Turcicum bellum. Partim enim sunt domiti armis hi, quorum potentiam absentes formidaturi eramus. Hispaniam ac Neapolin tenet Carolus meus nepos; Burgundia tota tranquilla est; Gallum nobis beneficio ac foedere devinctum, ad societatem belli, ut spero, adiungemus. Quare certam tranquillitatem domi promittere nobis possumus.

Hoc caput est negotii. Nam reliqua pars deliberationis multo est facilior. Haec me cura iam annos amplius viginti exercuit, praecipue quomodo pacem in Europa firmam constituerem. Hunc mihi finem omnium bellorum semper proposui, non ut latius fines regni extenderem, sed

1) sumtus] sic recte Editt. 1580.. 1581.. 1624.: Ed. 1572. sumtos

ut pace parta bellum transferrem in Turcicum regnum. Hanc ob causam victor multa concessi iis, quos armis domui, ut mea moderatione eos ad pacem invitarem.

Haec praefatus sum aliquanto prolixius, ut quae mea voluntas in his bellis, quae gessi hactenus, fuerit, plane omnes intelligant, ac sciant neque antea me iracundia, aut iniusta cupiditate unquam arma sumsisse, neque hoc Turcicum bellum alio consilio parare, quam quia necessarium et pium esse iudico. Qua de re ubi pauca addidero, postea reliquam deliberationem de copiis, de commeatibus, deque modo belli gerendi pertexam. Quae, domi pace constituta, non potest difficilis videri vobis, qui periti estis rei militaris, et quibus Germania satis nota est; denique qui arma, et opes, et hanc imperii dignitatem tenere nos scitis, ut vitam et omnes fortunas nostras ad defensionem et publicam salutem orbis terrarum conferamus.

Nec vero quenquam e vobis quidem arbitror esse, qui Turcicum bellum parum necessarium existimet, aut postulet, ut alii potius Reges, aliae nationes sibi has partes sumant. Nam etiamsi Turcae suis finibus iam contenti, non proferrent arma longius, nec nobis periculum denuntiarent, nos quidem, quibus Deus praecipue commendavit orbis Christiani defensionem, bellum inferre illis oportebat, ut Graeciam et vicinas provincias crudeli servitute liberaremus. Nam si quis putat mitia aut tolerabilia esse Turcarum imperia, is longe fallitur, nec nobis de Imperii laude cum illis certamen est, sed de religione, de disciplina, de coniugum et liberorum pudicitia. Praecipue autem grassantur in nobilitatem, nec solum possessiones certae victis nullae relinquuntur, sed etiam lixae, et gregarii milites rapiunt ad stupra nobilissimas atque honestissimas matronas, virgines, pueros. Ad haec multis modis extinguunt ac delent Christianam religionem.

Haec sunt magnae et iustae causae, quae viris fortibus ad tuendam gloriam Dei et salutem omnium gentium arma induant. Quare ingenti dolore afficior, cum cogito Graeciam, quae non solum doctrinarum parens est, sed etiam omni laude virtutum excelluit, et diu florentissima pars Ecclesiae Christianae fuit, nunc tali servitute oppressam esse, in qua cum caetera dictu foeda atque horrenda perferenda sunt, tum etiam religio penitus aboletur; et auget meum dolorem, quod res gestae praecipue testantur, Graeciam non sponte aut sine certamine accepisse hoc iugum.

Illa vero multos annos fortissime dimicans tandem concidit, non virtute superata, sed quia sola tantam hostium multitudinem, et tam longum bellum sustinere non poterat. Audio etiamnum tantam esse vim ingeniorum, tantam virtutem Graecae nationis, ut non alia gens praestantiores duces Turcis suppeditet, quam Graeca, qui, ut audio, quanquam ritibus imbuti Turcicis, tamen memores nostrae nobiscum necessitudinis, inviti bella gerunt in nostris provinciis. Hanc certe nationem, quae pulcerrimum ornamentum Christiani nominis, quaeque cum maioribus nostris sanguine, foederibus, et multis officiis coniuncta fuit, cum ob caeteras causas oportuit nos in libertatem vindicare, tum ob haec merita, quod aliquot saeculis immanem illam barbariem fortissime repressit, et a nostris cervicibus depulit. Nullum enim iustius est officium, quam servatoribus, calamitate aliqua fractis, rursus opem ferre, et parem gratiam referre.

Sed quo me dolor [2]) abducit? Tanta est enim non solum regnandi cupiditas, sed multo magis humani sanguinis sitis, tantus [3]) furor in Turcis, ut non reliquerint nobis deliberationem de inferendo bello liberam, sed de propulsando bello, de defensione religionis Christianae, quam ubique terrarum delere conatur illa barbaries, consilium capiendum est: retinenda est huius Imperii maiestas, tuendae coniuges et liberi nostri.

Nisi enim occurrimus, paulo post domitis vicinis gentibus in media Germania videbitis excindi urbes, inflammari templa, rapi ad omne flagitii genus coniuges et liberos, divelli infantes a complexu parentum atque interfici, medias secari gravidas mulieres, illo acynace barbarico, fanaticae religiones, quibus initiati [4]) sunt, ne quidem concedunt eis otium, sed lege cogunt imperium extendere. Et successus tanti, tamque prosperi annorum fere ducentorum, addunt eis animos, ut quiescere nullo modo possint.

Quod si tanta fuit gloriae atque imperii cupiditas, tanta audacia tunc, cum vires haberent admodum exiguas, nec quicquam nisi littus ad

---

2) dolor] sic recte Editt. 1580., 1581., 1624.; Ed. 1572. dolore

3) tantus] Ed. 1580. male: tantis

4) initiati] sic Editt. 1572., 1581., 1624.; Ed. 1580. incitati

Pontum Euxinum tenerent, ut non mari, non montibus, non magnitudine Graeci imperii deterriti sint, quo minus in Asiam et Europam impetum facerent, cum quidem magnas insuper clades acciperent: an nunc adeptos tantam potentiam, tantas vires, et hoc fastigium, existimatis non delectari Imperii gloria? Ac vero acerrimus est stimulus in bellicosis ingeniis, armorum et Imperii decus, praesertim si aspiret etiam fortuna.

Multae autem nostrae clades numerari possunt inde usque a praelio, quod Sigismundus Imperator cum Turcis infeliciter commisit, cum interea nullam ipsi insignem cladem acceperint. Itaque in tam felici victoriarum cursu, quam non cessarint, videtis. Ut enim omittam res gestas superiorum, Mahometus, qui me puero floruit, summa celeritate, ceu fulmen quoddam, magnam Europae partem pervagatus est, cum in Pannoniis infeliciter dimicasset, victus a Ioanne Hunniade, nequaquam animo fractus est, sed Constantinopolim adortus, diu obsessam, tandem anno, antequam natus sum, sexto, vi captam diripuit, crudelissime interfecto Imperatore Constantino, cognato nostro, et raptis ad stuprum eius liberis.

Postea capta Thracia, Mysiam invadit, ac fere toto Illyrico domito, et occupato regno Bosnae, Graeciam adoritur. Corinthum vi expugnat, et Peloponnesum ditioni suae adiicit, interfectis Palaeologis, Demetrio et Thoma fratribus.

Tot regnis ac provinciis in Europa potitus, adeo non recepit se in otium, ut subinde maiora spe atque animo conciperet. Constitutis provinciis in Europa, traiicit in Asiam, Trapezuntem expugnat rege interfecto. Deinde Mitylenem armis cepit; cumque iam minorem Asiam ac Ponti oram universam teneret, transfert bellum in Syriam et Aegyptum. Sed cum Sultanus acie victus pacem peteret, quia maioris gloriae materiam vidit esse in Europa, foedus cum Sultano ferit, et rediens in Europam, instructa classe, et contractis copiis traiicit in Italiam, et oppugnavit Hydruntem, ac tantum terroris Italiae incussit, ut iam Romanus Pontifex fugam pararet; omnia erant in Italia et Gallia bellorum plena. Deinde non solum Turcarum vires, sed multo magis ducis felicitatem, scientiam rei militaris, vigilantiam et celeritatem, omnes gentes formidabant.

Memini me puero hunc tanquam Alexandrum alterum praedicari, eiusque virtuti [5]) et felicitati prona omnia videri.

In tanta trepidatione nostrorum, Deus clementer respexit Ecclesiam suam, et illi tyranno iam Italiae aditum tenenti manus iniecit, eumque, ne funditus Christianum nomen, aras nostras, et sacratissimam religionem deleret, e medio sustulit, atque extinxit. Hoc beneficio clarissime testatus est Deus, nos sibi curae esse. Quod quidem si agnoscimus, cogitemus, nos quidem eo servatos esse, non ut otiosi perpetuo grassari in Ecclesia Turcas sinamus, sed ut excitati nos quoque cura Ecclesiae liberandae et defendendae afficiamur, et sciamus Deum rem tam piam suscipientibus affuturum esse. Nam nos quidem, quibus reipublicae defensio commendata est, non alium Deo cultum gratiorem praestare possumus. Divinitus et illud accidit, quod nonnihil retardarunt victoriarum Mahometi cursum fortissimi viri, primum Ioannes Hunniades, deinde Georgius Scanderbeius, et Rex Hungariae Matthias. Libenter enim commemoro, ut cogitetis salutem Ecclesiae Deo curae esse, et ut debitum virtutis testimonium his ducibus optime meritis tribuamus. Hos enim antagonistas ceu murum opposuit Deus irruenti Mahometo, ne subito impetu universam Europam opprimeret.

Primum in Pannoniam ingressus, magno victus est ab Hunniade. Deinde remorata est eum per multos annos Macedonia. Nam quoad vixit Scanderbeius, repressit barbarum, et singulari virtute et foelicitate patrium regnum defendit. Hoc mortuo tandem Macedonia, non diuturno bello vexata, sine certamine Mahometo cessit. Matthias aliquot [6]) praeliis deterruit eum ab Hungaria; ad haec arcem ei Sabaceam, trucidato exercitu Turcico, eripuit.

Extincto igitur Mahometo paulisper respiravimus. Nam et domestica dissensio mortem eius sequuta est; sed aliquanto post, sedatis discordiis intestinis, iterum vicinis regnis bella inferunt. Pazaites Methonam Venetis ingenti certamine eripuit.

Quid nunc Selymum? nonne videtis domita Syria et Aegypto, Hungariae audacissime bellum inferre? a qua nisi eum depellimus, quam facile

5) virtuti] sic recte Editt. 1580., 1581., 1624.: Ed. 1572. virtute
6) aliquot] Ed. 1572. male: aliquod

erit Turcis postea per occasionem, irruptiones in Germaniam facere, quoties velint. Ac mihi credite, non solum fortiter, sed etiam magno consilio Turcae belligerantur, intenti in occasiones; nec omnia simul occupare conantur, sed arce aliqua belli capta, paulatim tentant vicina loca.

Ad hoc accedit assiduitas, qua crevisse magna imperia praecipue videmus; ubi semel pedem posuerunt, inde non facile depelluntur. Deinde communitis iis locis, quae occuparunt, tum demum arma proferunt ulterius. Quare etiamsi Germaniam nondum attingunt, quanquam saepe iam in Carnas fecerunt irruptiones: tamen ubi Hungaria potiti fuerint, erunt intenti in omnes occasiones, ut nos imparatos, aut distractos intestinis discordiis opprimant.

Si, ut Bulgaris, ut Valachis imperarent, nullos labores, nulla defugerunt pericula, quanto magis Germaniam atque Italiam, ipsas quidem arces Christiani nominis appetent, quas si tenerent (quod prohibeat Deus), non solum imperii magnitudine veteres Romanos aequarent, sed etiam totam Christianam religionem delesse sibi viderentur. Haberent accessionem tantam virium, ut reliquae nationes sine ullo certamine cessurae essent. Et vos, qui nunc arma geritis, ne Christi nomen aboleatur, quique veram religionem et libertatem vestram defenditis, postea adversus Christum pro nefaria impietate militare, tyranno servire, et fustes expectare alicuius Scythae, cogeremini. Qua immanitate domini in coniuges vestras ac liberos usuri essent? Verecunde dici non possunt ea, quae non tantum in captivos, sed etiam in suos committunt.

Illud tantum recitabo: Capto Byzantio Imperatoris Constantini caput cervici abscissum est, id Mahometus fixum gestari per urbem iussit in pilo. Eius vero coniugem ac filios non ita sancte, ut Alexander Macedo Darii regis matrem et coniugem, captivas habuit; sed in convivium adductas tradidit flagitiose stuprandas suis satellitibus. Eadem in aliis regionibus accidere captivis credibile. Nunquam dicam fortem esse virum, quem talia exempla non movent, qui non summa animi cupiditate desiderat, ut statim pugnae signum proponatur.

Itaque cum necesse sit nobis tueri veram religionem, libertatem nostram, coniuges, liberos, leges, ac disciplinam publicam, adhortor vos ad huius iustissimi ac necessarii belli societatem. Maiores nostri quantas res gesserunt, ut in Asia reprimerent Mahometicam barbariem! Illi non dubitabant, talem hostem procul quaerere, nunc Turcae regnum nobis vicinum invaserunt, nec tam Pannoniae, quam Germaniae bellum denuntiant. Multos iam annos Hungarorum virtute barbaries illa est a nostris cervicibus depulsa, nos vicissim nationi bene meritae defensionem debemus. Manes etiam fortissimorum virorum, qui in acie propter communem libertatem ceciderunt, flagitant, ut suae patriae mutuam gratiam referamus, quanquam re ipsa non minus periculi nobis, quam Hungariae impendet.

Reliqua est altera pars deliberationis, quantis copiis res gerenda sit, quo in loco bellum inferendum, unde commeatus subvehendi, si animi non abhorrent ab hoc bello: haec deliberatio facilis erit. Nam summus Pontifex, rex Hispaniae, et Veneti classem instruent, et civitates in littore Epiri et Peloponnesi sitas invadent. Noster exercitus cum Gallicis et Anglicis auxiliis in Pannonias ducendus erit. Nam ideo properamus, ut hoc regnum Turcico latrocinio liberetur; inde in Illyricum transferri bellum erit commodissimum.

Formulam etiam propono, quantum pecuniae, quantum equitum ac peditum singulis Principibus Germaniae imperandum esse putem. Commeatus ut Danubio convehantur, a me certo providebitur. Quare si, ut spero, hoc bellum expetitis, deliberationem ita instituetis, ut de formula inter vos conveniat. Nam propter hanc praecipue hic conventus indictus est: non sumtus, non labores, non pericula detrectabitis, si statuetis Deo vos hoc officium debere, ut hoc bellum summo studio suscipiatis. Christus in extremo iudicio rationem a nobis poscet, si, cum Imperii summa dignitas sit penes nos, deseremus caeteras nationes, si non suscipiemus defensionem Christianae reipublicae. Genus hostium non extenuavi. Errant enim, si qui putant Turcas ignavos aut imbelles esse. Tot victoriae indicant, eis nec scientiam rei militaris, nec fortitudinem deesse. Polliceor tamen laetum belli exitum, quia Deus favet iustis et piis consiliis, ac certum est suam conservaturum Ecclesiam. Servat autem non otiosos, sed facientes officium, et serio opem eius atque auxilium implorantes. Nec multitudinem hostium, nec vires pertimescemus; sed ut docet nos Psalmus: Illi

in curribus et in equis, nos autem in nomine Dei nostri omnia geremus.

Postquam peroravit Imperator, Principes aliquantisper, ut fit, collocuti sunt; et quia ex Imperatoris oratione intellexerant non solum, quam necessarium esset hoc bellum, sed etiam quae futura essent auxilia, cum scirent se nec communi saluti, nec studiis aliarum gentium deesse debere: dant negotium Alberto Archiepiscopo Moguntino, Principi Electori, ut de bello voluntatem ipsorum Caesari exponeret: se Deo gratias agere, quod pace inter Christiani nominis Reges constituta, tandem hoc bellum suscipi posset, ac libenter se venturos esse in societatem tam gloriosi et pii belli, omnesque opes et vires suas ad communem defensionem collaturos. Quare statim velle se deliberationem de formula instituere, et quid ipsis videretur, Imperatori indicare, ut quam primum convenire posset. Formula complectebatur, quantum equitum et peditum singuli Principes et populi mittere deberent. In hac parte nihil mutatum est. Nam militiam nemo detrectabat; libenter enim singuli suis stipendia daturi erant. Sed praeter haec in formula erat novum tributi genus, ut Episcopi et Sacerdotes deciderent de suis reditibus decimas conferendas in belli sumtus, reliqui Principes vicesimas.

De hac nova tributi formula sententiae Principum variabant. Erant enim, qui libertati veteri periculosam esse ducebant. Sed ea erat tunc quidem gravitas et Principum virtus, ut impedire bellum privatis curis aut affectibus nequaquam voluerint. Itaque etsi de hac tributi formula dissenserant, tamen statim convenit ita, ut certum numerum equitum et peditum singuli mitterent, et his stipendia solverent ipsi.

Deinde ut tributa singuli indicerent in suis ditionibus pro facultatum modo, eaque ad Caesarem retulerunt. Qui collaudatis Principum voluntatibus, tandem de tributo decrevit, ut singuli cum in suas ditiones redissent, subditis consilium et voluntatem Caesaris proponerent, et re deliberata, tantae publicae utilitatis causa, tributa indicerent. Et quia totam deliberationem de apparatu belli ante proximum ver perfici voluit, addidit decretum, se proxima hyeme in Epiphaniis iterum acturum esse conventum, ad quem ut Principes afferrent formulam et modum tributorum mandavit, ne in mora essent bellum moturo.

His actis Imperator conventum dimittit circiter festum Divi Bartholomaei: inde in Austriam proficiscitur. Egregios autem conatus et optima eius consilia luctuosissimus toti reipublicae casus antevertit. Ipse enim extinctus est pridie Idus Ianuarias Anno M.D.XIX., cum quidem paucos dies febricula et cita alvo laborasset. Extat genesis Maximiliani, quam huic historiae inserendam duxi: quod quidem non facio novo exemplo. Nam et Plutarchus Romuli genesin inquisitam esse scribit, et Suetonius quaedam commemorat de genesi Augusti.

Sed quod rariora extant in historiis huius rei exempla, partim scriptorum inscitia in causa est; partim eo accidit, quia vel non extiterunt descriptae geneses clarorum virorum, vel amissae fuerunt tunc, cum res eorum mandarentur literis. Quod si prodigia et caetera signa, quae nascentibus regibus aut praestantibus viris magnas felicitates, aut varios casus denuntiarunt, boni scriptores recitanda esse duxerunt, multo magis coelestes significationes commemorandae sunt, quae minus sunt obscurae prodigiis.

Nec vero dubito, quin docti et prudentes meum consilium magnopere probaturi sint, propterea quod, quae vis sit significationum coelestium, et quae fides sit artis illius, quae de effectibus siderum praecipit, maxime in talibus exemplis perspici potest. Quam ob causam Ptolemaeus testis est, Aegyptios habuisse vetustissima volumina, in quibus plurimorum Regum et aliorum praestantium virorum non solum geneses descriptae fuerunt, sed etiam adiecta iudicia et historiae eventuum, ut posteritas teneret exempla observationum coelestium. Ac si vir sapientissimus Pomponius Atticus a Plutarcho laudatur, quod Astrologo Tarutio mandatum dederit inquirendi genesin Romuli, spero meam in hoc genere diligentiam etiam ad posteritatem gratam fore.

Postremo ipsius Maximiliani honori hoc officium tribuamus, quem scimus has pulcerrimas artes non solum amasse, sed etiam praeclare intellexisse, ac iudicasse earum cognitionem inprimis dignam principibus viris, et ad multos in vita casus gubernandos utilem esse.

Natus est Maximilianus in Nova civitate Austriae XI. Cal. Apr. hora tertia a meridie, Anno M.CCCC.LIX., fuitque in horoscopo, seu ascendens, quartus gradus Virginis, unde colligi reliquarum domorum constitutio facile potest.

Etsi autem non est nostri instituti, interpretari genesin, tamen cum compareant in ea non obscurae significationes ingenii et fortunae Maximiliani, putavi quasdam illustriores adscribendas esse. Nam et ingeniorum descriptio (ut ego quidem arbitror) ad historicum pertinet. Multum enim conducit in vita naturarum dissimilitudinem considerare, et fortassis non est ingratum videre aliquas eventuum significationes.

Constat autem mirificam fuisse in Maximiliano dexteritatem ingenii; facile disciplinas, varias artes, ac linguas percepit. Multa in republica sagacissime providit; multa consilii celeritate, interdum singulari arte etiam perfecit, ut mihi cogitanti, quorum veterum ducum similis fuerit, videatur Adriani Imperatoris non multum dissimilis: etsi Maximilianus vir melior fuit, sed ingeniorum quaedam fuit similitudo.

Conferrem et ad Philippum Macedonem; sed Maximilianus fuit vir longe melior. Hanc ingenii celeritatem significant, Mercuriale signum Virgo in horoscopo, et Iupiter in Virgine, et Mercurius in Ariete. Sunt eius rei et aliae quaedam notae, quas iudicandas relinquo artificibus. Sed Mars in Leone in duodecima, etsi magnitudinem animi auxit, tamen ingentia ei pericula, ingentes difficultates attulit. Hoc loco Mars captivitatem et multiplices insidias denuntiare solet.

In Ariete ubi habet exaltationem, Sol imperii fastigium et rei militaris studium significavit; fortassis et dotis atque haereditatis magnae accessionem significavit Sol et Venus in octava domo. Saturnus in quinta infestus fuit liberis, maribus. Nam paucorum annorum intervallo tribus filiis, Georgio, Francisco, et Philippo, orbatus est. Luna in tertia auxit amorem crebrarum peregrinationum. Multa alia possunt deprehendi, si quis omnium stellarum loca diligenter conferat.

Sed haec breviter attigimus, quod eventus aliqui cum praeceptis artis valde consentiant, etsi ego quidem de fide artis hoc loco non disputo. Verum hanc descriptionem arbitrabar non ingratam esse in historia, praesertim cum haec scribamus hominibus eruditis, quibus huiusmodi descriptiones vel ad considerandam ingeniorum varietatem, vel ad artes iudicandas conducunt.

Interitum vero Maximiliani omnes imperii ordines acerbissime tulerunt. Nemo enim non dolebat, rempublicam tali tamque excellenti Principe orbatam esse, alienissimo praesertim tempore, cum maxime opus erat et consilio et animi magnitudine ad depellenda pericula, quae universo orbi Christiano imminebant. Magno igitur luctu et ornatissimo funere elatus est heros omni seculorum memoria dignus, estque in Nova civitate Austriae humatus, sub maiori ara, in templo arcis.

Nota. Cum hac exhortatione conferatur: Ulrichi de Hutten *Equitis Germani ad Principes Germaniae, ut bellum Turcis invehant, Exhortatoria. Publico Germaniae concilio apud Augustam Vindelicorum. Anno domini M.D.XVIII.*, de qua disserit Ge. Wolfg. Panzerus in libro: Ulrich von Hutten in litterarischer Hinsicht (Nürnberg, 1798. 8.) p. **63 — 74**.

III. PHIL. MEL. DE ELECTIONE ET CORONATIONE CAROLI V. CAESARIS HISTORIA.

Hanc historiam primum Georgius Sabinus, Melanthonis gener, suo nomine a. 1544. edidit sic inscriptam:

Georgii Sabini Brandeburgensis, de Electione et Coronatione Caroli V. Caesaris Historia. Ecloga eiusdem Sabini, de Gallo ad Ticinum capto. Moguntiae, excudebat Iuo Schoeffer. Anno M.D.XLIIII. — (In fine:) *Moguntiae, in aedibus Iuonis Schoeffer, Anno a partu virgineo M.D.XLIIII.* 10 plagg. litt. A — K sign., 80 foll. non num., 8. (fol. A 2ª — 4ᵇ Ge. Sabini praefatio rhythmica ad Phil. Bucchemerum, Principis Alberti Cardinalis et Archiepiscopi Moguntini Medicum; fol. A 5ª — K 2ᵇ De Electione et Coronatione Caroli V. Caesaris Historia; fol. K 3ª — 6ᵇ Ecloga Ge. Sabini de Gallo ad Ticinum capto, scripta ad Stanisl. a Lasco, Poloniae Baronem, annexo Epigrammate de Principum discordia; fol. K 7ª Clausulam exhibet; fol. K 7ᵇ — 8ª vacant; fol. K 8ᵇ cont. Insigne typ.: Scutum, in quo I·S cum V inverso, appositis duabus stellulis et duobus pastoribus eorumque gregibus.) *)

Haec Ed. eodem ficto nomine repetita est in hisce libris:

Electio et Coronatio Caroli. V. Imp. Aug. docte et eleganter per Georgium Sabinum Brandeburgen. conscripta. Libellus Imperij dignitatem, maiestatemque complectens, dignusque qui intercidere debeat nunquam. Ei accessit iam recens ad calcem gestorum eiusdem Caroli. V. Caesaris ab initio Imperij, usque huc compendiosa ac perstricta relatio, per Nicolaum Mameranum Lucemburgensem. Cum Gratia et Priuilegio Caesareo ad decennium. (His subiunctum est Insigne: Aquila biceps, cui mitra archiepiscopalis imposita est, cum inscriptione.) *Coloniae Henricus Mameranus excudebat.* (1550.) 13 plagg. litt. A, A — M sign., 104 foll. non num., 8. (fol. A 1ᵇ — 2ᵇ Privilegium Caesareum datum d. 17. Maii 1550., quod tres Script. S. loci e Prov. 7., Deut. 17., Rom. 13. laudati subsequuntur; fol. A 3ª — 4ᵇ Nic. Mamerani epistola ad Principem Philippum, Caroli V. Imp. F., data d. 7. Idus Iunii 1550.; fol. A 5ª — 8ᵇ Ge. Sabini praefatio rhythm. ad Phil. Bucchemerum, item Mamerani praef. ad Lectorem cum tribus Hermanni comitis Nevenarii Epigrammatis annexis; fol. A 1ª — I 5ᵇ De Electione et Coronatione Caroli V. Caesaris Aug. historia; fol. I 6ª — M 5ᵇ D. Caroli V. Imp. Aug. praecipuorum gestorum, breuis ac perstricta, in paucula verba, Relatio, per Nic. Mameranum, annexis eiusdem 10 distichis de laboribus Caroli V. Imp.; fol. M 6ª — 8ª Prophetia a. 1440. scripta et Locus Sapient. 6. [vss. 1 — 22.] De sapientia et Principibus, populorumque Rectoribus; fol. M 8ᵇ vacat). **)

Et in Ad. Sim. Schardii operis historici iam supra Vol. XVII. p. 617 sq. descripti ***) Tomo II., ubi primo loco (p. 827 — 850. Editionis Basileensis a. 1574.; p. 1 — 15. Editionis Giessensis a. 1673.) exhibetur sic inscripta: *Electio et Coronatio Caroli V. Imperat. Aug. docte et eleganter per Georgium Sabinum, Brandenb. conscripta,* praefatione eius rhythmica praefixa, et tribus Hermanni Comitis epigrammatis, quae in Ed. Colon. a. 1550. leguntur, in fine annexis.

At huius historiae auctorem non Georgium Sabinum, sed Phil. Melanthonem esse, Peucerus, alter eiusdem gener, eo affirmavit, quod hanc historiam, Melanthonis auctoris nomine adscripto, Chronici Carionis Edi-

---

*) Haec Ed. princeps in meis libris est.

**) Hanc Ed. ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo.

***) Illo loco duas huius Operis Editiones recensui, scil. Ed. *Basileensem* a. 1574. Fol et Ed. *Giessensem* a. 1673. Fol., quarum prior in Biblioth. acad. Halensi, altera in meis libris est. — In Mart. Lipenii Biblioth. realis philosoph. Tomo I. (Francof. ad M. 1682. Fol.) p. 349. affertur: *Selectus Historicus, s. Electionis et Coronationis Caroli V. Descriptio, Autoribus G. Sabino et Hartm. Mauro Basil.* 1574., *Francof.* 4. 1614. Suspicor harum Editt. priorem esse illam Schardiani Operis Ed. Basil. a. 1574.

tioni formae maximae a. 1572. supra p. 439 sq. recensitae pag. 720—746. adiunxit *). Item invenitur in Editionibus ex illa recusis annorum 1580. Fol. (p. 720—746.), 1581. 8. (p. 1146—1189.) et 1624. 8. (p. 1331—1377.) atque in Christophori Pezelii germanica huius operis translatione a. 1578. (p. 1105—1142.), quas Editt. iam supra p. 439—442. descripsimus.

His Editt. addendae sunt:

Phil. Melanthonis Historia de electione Caroli V. Imperatoris. Helmstadii 1660. **)

— *Historia de electione Caroli V. per Mart. v. Doering.* s. l. 1662. 4. ***)

In vernaculam linguam translata est haec historia non solum a Christophoro Pezelio in illo Chronico germanico anni 1578. Fol. supra p. 441 sq. recensito, sed etiam ab Eusebio Menio:

Ph. Melanchthon von der Wahl vnd Krönung *Caroli V.* verteutscht durch *Eus. Menium.* Wittenberg 1578. Fol. ****)

Ex his elucet, hunc libellum latine decies prodiisse: 1) *Moguntiae* 1544. 8., 2) *Coloniae* 1550. 8., 3) *Witebergae* 1572. Fol., 4) *Basileae* 1574. Fol., 5) *Witebergae* 1580. Fol., 6) *Francofurti* 1581. 8., 7) *Francofurti* 1624. 8., 8) *Helmstadii* 1660. 4., 9) s. l. 1662. 4., 10) *Giessae* 1673. Fol., quas Editt., octava et nona exceptis, omnes in manibus habeo.

Haec historia ex *Editione principe Moguntina anni* 1544. h. l. recuditur.

---

*) Hanc ob rem Vincent. Placcius in Theatri Anonymorum et Pseudonymorum (Hamburgi 1708. Fol.) libro, in quo de Pseudonymis Scriptoribus disserit, p. 549. nr. 2394. a. inter hos pseudonymos refert „*Georgii Sabini* ficto nomine editum a *Philippo Melanchthone* libellum *de Electione Caroli V.*", testesque addit. — Quapropter haec historia in hoc Corpus eodem iure recipienda est, quo Georgii Sabini *oratio de utilitate studiorum eloquentiae, habita in Gymnasio Francofordiensi anno* 1538., quippe quae item Melanthonis est, in huius Corp. Vol. XI. p. 364 sqq. est recusa. Melanthonem enim, ut aliis multis, ita etiam Sabino varia scripta publice praelegenda composuisse, satis intelligitur ex epistola Sabini, quae in huius Corp. Vol. III. p. 1104. legitur.

**) Haec Ed., quam nondum vidi, in Biblioth. Illustr. Comitis Stolbergo-Wernigerodani est. Suspicor autem, hanc Ed. esse *Christiani Eberhardi* Collectionem librorum de electione et coronatione Caroli V., quippe quae Helmstadii 1660. 4. prodiit.

***) Haec Ed. in Biblioth. regia Dresdensi asservatur.

****) Haec translatio in Biblioth. ducali Guelferb. exstat.

DE ELECTIONE ET CORONATIONE CAROLI V. CAESARIS HISTORIA
PHILIPPO MELANTHONE AUCTORE.

Cum Maximilianus exemptus esset rebus humanis, et magno in luctu esset Germania: exteri reges quasi custode publicae pacis a statione remoto, in tanta occasione rei bene gerendae non cessandum sibi esse ducebant. Alibi Selymus Turcarum imperator, pacato regno in Syria et Aegypto, magna foelicitate adiecit animum ad Pannonias occupandas, eamque in rem omni cura et studio incumbebat. Alibi Gallus Mediolanum nemine iam adversante tenens, et elatus clarissima victoria, cum triennio ante ingentes copias Helvetiorum profligasset: habere se occasionem optatam arbitrabatur decus ac nomen imperii ad Gallos transferendi, et recuperandi regni Neapolitani, quod aditum in Italiam, et eam partem teneret, quae quasi domicilium fuisset imperatorum. Itaque repente novas res moliri coepit, conscribit exercitus, foedera cum Burgundis dissolvit, facit nova cum iis, quorum sibi profuturam amicitiam existimabat. Et inprimis Pontificem Leonem X. sibi adiungere studet, ut petitionem imperii adiuvet. Flagitat etiam sibi titulum Imperatoris Constantinopolitani decerni. Nam ut persuaderet, ex republica esse, ut imperium sibi committeretur: pollicetur se moturum esse Turcicum bellum, ad quod gerendum maxime profutura esset coniunctio Italiae, Galliae et Germaniae. Neque haec Romae tantum aguntur: invitantur et Veneti ad societatem consilii. Mittuntur Legati in Germaniam, petituri imperium apud Electores. Interea sollicitantur et civitates aliquae in Germania, ut Gallicis exercitibus receptum praebeant: quae videbantur arces belli futurae, si armis possessio imperii tuenda esset.

Tali tempore maxime conspici potuit, quantum ad tranquillitatem et salutem orbis terrarum conducat Electorum in Germania consilium. Cum enim impenderet ingens rerum mutatio, sapientia, constantia, concordia, et fide Electorum, dignitas imperii et forma reipublicae conservata est. Statim enim Archiepiscopus Moguntinus Albertus Marchio Brandenburgensis Cardinalis titulo divi Chrysogoni, intellecta morte Maximiliani, cum ipsius munus sit convocare Electores, significat eis interitum Imperatoris, et Francofordiam eos ad deliberationem de successore, et ad electionem vocat.

Quos etsi per sese movebat officii ratio, ut electionem maturare studerent: tamen cum in tantis periculis, quae videbant impendere, magis etiam properandum esse intelligerent, ad dictum diem omnes Francofordiam ad Moenum conveniunt: videlicet Albertus Cardinalis Archiepiscopus Moguntinus, Hermannus Comes de Vida Archiepiscopus Coloniensis, Richardus Archiepiscopus Trevirensis, Lassa Dominus de Sternbergo, Ludovici Regis Bohemiae legatus, Ludovicus Comes Palatinus, Dux Bavariae, Fridericus Dux Saxoniae, Ioachimus I. Marchio Brandenburgensis.

Velut omen fuit faustae electionis, quod nemo Electorum aberat; sed convenerant omnes, ut communi consilio atque animo rem tantam agerent, quae ad salutem totius orbis terrarum, et ad universam posteritatem pertineret. Ac die Iunii decimo septimo anni millesimi quingentesimi decimi noni, in aede Divi Bartholomaei Francofordiae, ut auspicia horum consiliorum essent foelicia, sacrum de Spiritu Sancto celebratum est, in quo ad aram stantes Electores singuli trabeati, inspectante Ecclesia, publice iusiurandum religiose dederunt: se bona fide servaturos decreta de electione, quae in aurea Bulla (sic enim Imperii constitutionem vocant) sancita sunt. Et articuli ea de re in aurea Bulla publice lecti sunt.

Mox ab ara in sacrarium interius eius templi, ubi veteri more solet electio fieri, principes Electores ingressi sunt, ibi Moguntinus, ut deliberationem auspicaretur, hanc ad Collegas orationem habuit. Ut in publico sacro vota fecimus, ut Deus gubernet consilia nostra de re omnium maxima, videlicet de eligendo Imperatore: ita nunc postquam auspicato ad hanc difficillimam deliberationem inchoandam, inter ipsas aras congressi sumus, iterum precor Deum optimum maximum, ut mentes nostras regat ad retinendam inter nos concordiam, et flectat ad eligendum principem salutarem universo imperio Romano, ac praecipue utilem Ecclesiae Christianae. Nec dubito, quin vos omnes magna sollicitudine et pietate, assiduis votis idem a Deo petatis. Nulla enim difficilior deliberatio de ulla re humana incidere potest, quam de Imperatore eligendo. Nam caeteri Reges non sustinent hoc ingens onus externa regna propugnandi. Noster Imperator eligitur, ut sit Dux publici consilii inter omnes Reges, ut propugnet Italiam, ut tranquillitatem Ecclesiae praecipue custodiat.

Itaque cum tantarum rerum cura Imperatori commissa sit, non, ut in caeteris regnis, nascuntur successores; sed gravissimo consilio constitutum est, ut iudicio atque autoritate nostri collegii quaeratur successor, qui molem tantarum rerum sustinere possit.

Equidem agnosco huic tam difficili deliberationi nullam humanam sapientiam parem esse; sed me in his curis praecipue haec consolatio erigit, quod cum imperia divinitus constituta sint, non dubito, et nostrum collegium a Deo gubernari, qui, si nos legibus nostris obtemperabimus, si pietatem, fidem, et diligentiam, quantum prospici hominum mentibus potest, praestiterimus, aspiraturus est consiliis nostris, ut electio sit fausta ac felix patriae, ac universo nomini Christiano.

Deinde ea, quae in tali senatu et summo consilio orbis terrarum requiri possunt, video in vobis esse: rerum usum, sapientiam, pietatem erga Deum, fidem erga rempublicam, studium tranquillitatis communis. Cumque praecipue nobis concordia opus sit, declarastis ea in re aliqua ex parte voluntatem vestram, quod sine contumacia omnes in tempore convenistis. Quamobrem vobis publico nomine gratias ago. Et modo iusiurandum dedistis, cum in caeteris articulis obtemperaturos vos esse legibus, tum vero in eo, qui ad retinendam communem tranquillitatem praecipue pertinet, ut illi, qui plurium suffragiis rex creatus et renuntiatus fuerit, omnes obediant.

Quare satis provisum est iureiurando, ne qua publica in imperio discordia oriatur. Hic aditus ad causam nostram, bonam mihi spem facit de caeteris, quae restant agenda. Sed tamen

ut magis muniatur concordia, duxi initio vos cohortandos esse, ut, priusquam in suffragium itur, inter nos re disputata, demus operam, ut omnium suffragia consentiant. Multa in hac natione bella civilia, plena crudelitatis, et perniciosa toti orbi terrarum, et antequam concilium Electorum constitutum est et postea, propter successionem aut suffragiorum dissimilitudinem, in electione exarserunt.

Ludovico pio filius Lotharius conatus est regnum eripere. Capto patre postea Lotharius conflixit cum fratribus tam atrociter, ut in eo praelio Francorum vires adeo afflictae sint, ut postea decus Imperii tueri non potuerint. Saxones deinde rerum potiti sunt, quos exercuerunt asperrimae seditiones. Adversus Henricum I. dux Bavariae Arnoldus bellum movit, quod tamen moderatione Henrici cito sedatum est. Sequens bellum, quod Lotharingus movit adversus Othonem, ut Francico nomini imperium restitueret, annos duravit sex; estque Germania foede igni ac ferro vastata, donec ad extremum in acie interfectus Lotharingus pertinaciae suae poenas dedit.

Ottonis II. tempore, Galli armis conati sunt ad se transferre imperium. Ottoni III. eripere conati sunt imperium Henricus Bavarus, et quidam Romae Crescentius. Haec certamina ut caveret ad posteritatem Otto III., gravissimo consilio et comprobante Romano Pontifice, collegium Electorum instituit, cuius collegii sapientia et fide iam annos quingentos imperii possessio in hac natione retinetur. Quod non modo Germanico nomini gloriosum est; sed etiam toti Europae multis modis salutare fuit. Saepe enim nostri Imperatores ex Italia barbaros depulerunt, et perniciosas mutationes magna virtute prohibuerunt. Sed tamen aliquoties contentio de regno gravissime afflixit Germaniam atque Italiam.

Adversus Henricum IV., virum fortem et impigrum, multi principes in Germania atque Italia conspirarunt, qui Rodolpho Duci Saxonum et Suevorum, tribuerunt nomen Regium. In hoc bello cum essent duae fortissimae nationes coniunctae, Saxonica et Suevica, nec posset Henricus sine acerrimis dimicationibus dignitatem suam propugnare: ita ab utrisque dilacerata est patria, nunquam ut postea pristinam maiestatem recuperaverit imperium nostrum. Dum enim civilibus bellis domi conflictamur, interea Galli bonam Belgici partem et Sequanos invaserunt. Denique multis ubique praesidiis atque ornamentis amissis, postea nec caeteris nationibus opem ferre potuimus ut antea, nec Regibus aliis formidabiles fuimus, ut olim.

Potest et inde aestimari, quam funestum et luctuosum bellum patriae fuerit, quod in eo non solum multi profani principes interfecti sunt, Rodolphus Dux Sueviae, Otto Dux Saxoniae, et Gerardus Lotharii pater, Egbertus Marchio Misnensis; sed etiam trucidati sunt aliquot Episcopi, quos religio adversus bellorum iniurias defendere debebat. Sunt enim occisi Episcopi Magdeburgensis et Vormatiensis. Ad haec mala accessit et perturbatio religionum, et schisma. Secutum est aliud bellum, ortum ex dissimilitudine suffragiorum in electione, inter Conradum Suevum, et Lotharium Saxonem, quod, postquam multae urbes in imperio vi captae sunt, autoritate divi Bernhardi sedatum est. Exarsit multo crudelius bellum inter Philippum et Ottonem IV. propter Electorum discordiam. Aliquot praeliis victus Otto fugit ex Germania in Angliam. Postea adversus Fridericum II. a quibusdam electus est Henricus Landgravius Thuringiae, qui in obsidione Ulmae ex vulnere periit. Secutum est interregnum, quod duravit annos ferme octodecim, in quo nonnulli Electores accersiverunt in Germaniam ad imperium Richardum, fratrem Regis Britanniae. Interea cum sine rege esset respublica, non solum defecerunt in Italia civitates, sed etiam in contemptum venit apud omnes Germanica natio.

Aliquanto post dissensio in electione Ludovici Bavari, et Friderici Austriaci, bellum ingens excitavit, quorum alter Bohemos, alter Hungarica auxilia in Germaniam adduxit. Ita utrinque a barbaris Germania crudeliter vastata est. Deinde adversus Ludovicum electus est Carolus Lucelburgensis. Neque haec electio habuit omnium suffragia, et statim nonnulli ex Electoribus expetiverunt Eduardum Angliae Regem, alii deinde Comitem Suarceburgensem. Toties inciderunt certamina in hac natione de successione, quibus et domi maiestas imperii graviter concussa est, et interea foris neglecta est respublica. Dum enim occupati sumus civilibus bellis, aut fracti domesticis cladibus, non potuimus reprimere Turcas, quorum potentia, nemine obsistente, quantum creverit, videtis.

Tot igitur exemplis tristissimis moniti, pertinacissime tueri concordiam debemus, praesertim hoc tempore, cum Turcae nobis bellum denuntiant: comminantur se non modo imperium, sed libertatem et religionem erepturos esse. Etsi autem iureiurando vestro prospectum est, ne qua seditio oriatur, etiamsi suffragia non consentirent: tamen vos ipsi intelligitis, plurimum referre, ut prorsus consentiant suffragia. Nam quamlibet levis dissensio, tamen multas in rebuspublicis deliberationes impedit, et saepe horribiles motus parit. Nec desunt, qui captant omnes occasiones distrahendae Germaniae in diversas partes. Multum autem ad illos deterrendos profuturus est consensus noster; plurimum etiam afferet momenti ad voluntates principum ac populi Germaniae ad nostram sententiam adiungendas.

Cogitate omnium Regum ac Principum oculos in nos esse coniectos, qui non modo de eo, quisquis electus fuerit, sed de nobis etiam iudicium facient: an gravitatem tantam praestiterimus, quanta in hoc summo consilio orbis terrarum requiritur; an saluti orbis terrarum consulere voluerimus, aut privatis cupiditatibus morem gesserimus. Et nos quidem non modo hominum iudicia, sed multo magis Deum testem atque arbitrum harum nostrarum cogitationum vereri decet, qui cum imperia constituerit ad defensionem pacis, iuris, et religionum, nequaquam vult ea discordiis non necessariis labefactari aut dissipari.

Nec dubium est cultum Deo gratissimum esse, studium concordiae publicae, praesertim quae ad imperiorum conservationem pertinet. Quam opinionem, etsi omnibus hominibus oportuit infixam esse: tamen viros principes ita amplecti decet, ut in publicis consiliis nunquam ab ea deflectant, ut omnes deliberationes atque actiones referant ad communem concordiam retinendam. Ego quidem mori malim, quam autor esse publicae inter Electores discordiae. Quare sententiam meam re disputata libenter cum vestra coniungam, ut consentientibus suffragiis, id quod optimum erit, Deo adiuvante, statuamus.

Velim igitur prius nos de universa republica colloqui, quam in suffragia eatur. Est enim disputandum etiam, quarum rerum curam Imperatorem maxime suscipere velimus; quas imperii partes sanari initio necesse sit; quomodo constituenda iudicia in imperio, et pax munienda sit. Et sunt alia multa, de quibus expedit nostras opiniones conferre. Locus imposuit mihi necessitatem dicendi, et inchoandae huius deliberationis. Caeterum meum iudicium non antefero, vosque pro excellenti sapientia et gravitate vestra scio venire huc paratos et meditatos. Quare sententias vestras audire maxime cupio, vosque rogo, ut orationem meam profectam ab animo et amante reipublicae, et de vobis amanter et honorifice sentiente, boni consulatis. Etsi autem fortasse non necessaria fuit haec cohortatio; novi enim voluntates vestras, ac saepe comperi vos concordiae publicae cupidissimos esse, et multa nos foedera coniungunt, cognatio, societas religionis, et huius nostri amplissimi Collegii: tamen huic tempori videbatur apta haec oratio. Nunc enim toti orbi terrarum maxime opus est nostro consensu.

Haec cum dixisset Moguntinus, congressi reliqui Electores, breviter colloquuntur; et cum adhortationem de retinenda concordia in tanto publico periculo gratissimam sibi fuisse ostendunt; tum vero sapientiam Moguntini laudant, quod et dux publici consensus esset, et monstraret viam, qua dissensio caveretur, seque omnes profitentur assentiri dictae a Moguntino sententiae, et summo studio daturos operam, ne suffragia discrepent. Haec iubent communi nomine omnium dici a Ioachimo I. Marchione, cui libenter has dicendi partes tribuebant caeteri principes propter excellentem eloquentiam. Erat enim tum quidem ea virtus et gravitas principum, ut sine invidia singulis concederentur suae laudes; nec parum ad communem salutem tum quidem profuit, quod adhuc privatim magna inter se benevolentia devincti erant, quam et reipublicae causa diligenter tuebantur. Et quia veteri Germanorum more sentiebant bona fide amicitias colendas esse; et erat ea magnitudo animi non solum, ut privatas simultates nullas afferendas esse ad publica consilia ducerent; sed etiam ut nullas admitterent in animos adversus cognatos, praesertim in republica coniunctos. Sed ab hac virtute quantum degeneraverit sequens aetas, non libet hoc loco commemorare. Videmus enim in multis magnis rebuspublicis consilia privatis odiis impediri. Sed redeo ad historiam.

Cum Ioachimus Marchio, Moguntini frater, dixisset communi omnium nomine, assentiri

omnes dictae sententiae, ut prorogato die suffragationis, postridie ad deliberationem conveniant. Interea venerant Moguntiam legati Caroli Archiducis Austriae et Burgundiae, et Regis Hispaniae: Matthaeus Episcopus Gurcensis Cardinalis, Fridericus Comes Palatinus Dux Bavariae, Casimirus Marchio Brandenburgensis, Henricus Comes Nassaensis, et his adiuncti consiliarii aliquot. Hi nomine Regis Caroli modeste petebant, ut eius in electione ratio haberetur, quoniam et indole ad virtutem egregia esset, et religionem ac iustitiam summo studio coleret, natura vero a crudelitate et ab obscoenis libidinibus abhorreret, et iam specimen dedisset industriae, fortitudinis, et felicitatis suae in occupandis Hispaniae regnis. Cumque de eius ingenio spes esset optima: pollicebantur potentiam, qua caeteris principibus antecelleret, futuram esse praesidio Germaniae, et universo nomini Christiano. Admonebant etiam Electores, a Maximiliano Imperatore nepotem ipsis commendatum esse, cuius memoria ipsis, propter excellentem eius virtutem et sapientiam, gratissima esset. Tanta autem in Maximiliano gravitas fuit, tantus amor patriae et communis salutis, ut, nisi probasset ingenium nepotis, et iudicasset profuturam orbi terrarum electionem ipsius, non fuerit eum commendaturus Electoribus. Haec cum legati Austriaci Electoribus significassent, postea Moguntiae cum summa modestia eventum electionis expectabant; nulla praesidia comparabant, ne quid contra Electorum libertatem in interregno moliri viderentur. Erant et Confluentiae Gallici legati, qui privatim ingentibus promissis animos non Electorum tantum, sed etiam aliorum principum, et civitatum conciliare Regi Francisco conabantur, disputabantque, nihil contra leges facturos Electores, si Francorum Regem designarent Imperatorem, quod Francorum Reges a Germanica stirpe orti sunt. Addebant olim tantam fuisse coniunctionem utriusque gentis Gallicae et Germanicae, non ut distractae in duo regna fuerint, sed velut unum regnum sub iisdem signis, sub eodem Rege Francorum, socia arma gesserint, domi iisdem legibus, eodem iure gubernatae sint, eamque coniunctionem primum gloriosam fuisse Germanico nomini, deinde etiam salutarem universae Europae ac praecipue Ecclesiae. Nam imperii decus initio partum utriusque nationis virtute, postea Germanos quasi usucapione retentum possedisse.

Quantum vero profuerit coniunctio Galliae et Germaniae initio, inde aestimari posse, quod, cum Italiam alibi Saraceni popularentur, alibi vero Longobardi non contenti finibus suis, Romam ipsam arcem et caput Christiani nominis in Europa, in barbaricam servitutem redigere conarentur: diu quassatae Italiae haec una res, videlicet coniunctio Galliae et Germaniae, optatam pacem attulerit, quae duravit annos fere centum, quoad familia Pipini et Caroli imperium tenuit. Defensas esse aut pacatas a nobis communiter et alias regiones in Europa: Saracenos ex Hispania effusos in Galliam, fuisse repressos, liberatam Germaniam terrore Hunnorum. Sed si unquam, nunc maxime optandam esse coniunctionem Galliae et Germaniae ad reprimendam barbariem Turcicam. Tenere autem Regem Franciscum etiam bonam Italiae partem, et habere studia reliquorum Italorum. Semper Gallicos Reges Romanam sedem singulari pietate veneratos esse. Quare et erga Regem Franciscum et Gallicum nomen optimam esse hoc tempore Romani pontificis voluntatem; nec vero aliam ullam ostendi posse expeditam rationem belli adversus Turcicam nationem gerendi, quam si communibus opibus Italiae, Galliae, et Germaniae res suscipiatur. Has regiones propter opportunitatem locorum, propter copias, et exercitus etiam antea visas esse inprimis idoneas ad hoc bellum gerendum. Nam et Sigismundi Imperatoris tempore, exercitum contractum fuisse ex Italis, Gallis et Germanis. Ad haec quod classem ita instructam habeat Gallia, ut, si Veneta classis adiuncta fuerit, non dubium sit, mari toto, quae velint littora, quas oras, insulas, portus, tuto petere et oppugnare possent.

Porro si tanto bello dux quaerendus esset, rempublicam ipsam flagitaturam esse Regem Franciscum, quia non solum autoritate reliquos principes anteiret, sed etiam usu et peritia rei militaris. Nec deesse eius virtuti felicitatem; quantas enim res gessisset, dum recuperaret Insubriam, omnibus notum esse: quanta felicitate maximas hostium copias profligasset, quoties toto triennio dimicasset acie. In his rebus cum felicitas eius conspici potuerit; tum vero virtus, magnitudo consilii atque animi, laborum tolerantia,

diligentia in omnibus rebus providendis, quae ad imperatoris curam pertinent, tanta fuerit, ut peritissimorum confessione nemo ei ducum hoc tempore anteferendus sit. Etenim quod hoc bellum non tantum auspiciis ipsius, sed etiam consiliis et ductu gestum fuerit: ipse loca castris ceperit, intentus fuerit in occasiones pugnandi; providerit, ut non hostis arbitrio, sed suo dimicaret; rationem inierit, quarum arcium oppugnatio tentanda esset, ubi hostis elici posset. Quia vero in Imperatoribus non minus felicitas, quam fortitudo spectanda sit: hactenus Deum favisse inceptis Regis Francisci, et in spem omnes adduci, propter caeteras eius virtutes hanc felicitatem diuturnam fore.

At nihil esse, quod Germanici principes, accersito Rege Galliae, metuant veteri suae libertati, cum et Rex sua voluntate leges et instituta maiorum libenter observet, et Electoribus permissurus sit, ut conditiones ferant, quas eum in accipiendo imperio servare velint. Quia Rex non aliam ob causam petat imperium, nisi quod toti nomini Christiano hanc Galliae Germaniaeque coniunctionem maxime profuturam esse iudicet: quae coniunctio non esset diuturna et stabilis futura, si alterutri nationi libertas eriperetur. Eamque ob rem promittebatur, Regem non collocaturum esse Gallica praesidia in Germania; sed Germanicos exercitus suo stipendio conducturum esse, quibus de consilio principum, Duces Germanici, quorum virtus et fides probata esset, praeficerentur.

Ostendebatur etiam, quas commoditates allatura paulatim esset principibus haec nationum coniunctio, cum Rex etiam Gallicis ditionibus donaturus esset Germaniae principes, sicut olim sub Carolo Magno aliqui principes tenuissent amplos principatus in utroque regno.

Haec fere summa fuit Gallicae orationis, cui erat adiecta adhortatio, ut Electores non amitterent hanc occasionem coniungendae Germaniae cum Gallia: quod ea res Germanis esset futura gloriosa, qui, hac virium accessione facta, multo essent futuri ad res maximas gerendas instructiores; et quod ad defensionem Europae, et ad Christiani orbis tranquillitatem nihil hac coniunctione posset utilius cogitari ac reperiri. Recitatis legatorum literis, breviter responderunt Electores: gratam sibi esse benevolentiam Regum erga nomen Germanicum; sed de electione se Deo adiuvante optima fide facturos esse id, quod postularent leges, et instituta maiorum, et religio iurisiurandi, quod dedissent.

Miserat autem Gallus paulo ante legatos in Helvetiam, petieratque indici conventum, quod pro veteri amicitia, quae Helvetiis fuit cum Gallico regno, quaedam ad utilitatem Europae pertinentia, ad ipsos referre cuperet. Indicto conventu, exposuerant legati, Regem Franciscum re deliberata cum summis principibus Christianis, adhortatione etiam quorundam, quorum praecipua sit autoritas, et voluntas erga rempublicam Christianam optima, constituisse, petere ab Electoribus, ut designetur Romanus Imperator. Commemorant nihil vi, nihil per seditionem facturum esse contra Germanorum libertatem; sed Electorum suffragiis, et autoritati pontificiae rem permissurum esse. Sed ad hoc consilium initio adiungendos duxisse Helvetios, ut, si Electorum suffragiis fuerit electus, ipsi non adversentur; sed potius sint in partibus, et hanc electionem una defendant. Quod ut faciant, non modo vetus cum Gallis amicitia, mutuis utriusque gentis beneficiis confirmata, eos hortetur; sed etiam salus totius Christiani orbis, quia haec petitio praecipue hanc ob causam instituta sit, quod ad pacem in Europa constituendam, et ad depellendos Turcas, nihil cogitari accommodatius possit, quam coniunctio Italiae, Galliae et Germaniae: quae si procederet, bellum terra marique adversus Turcas Rex moturus esset. Est autem Helvetiae situs opportunus, primum ad Italiae tranquillitatem defendendam; deinde ad expeditiones ad vicina Italiae loca suscipiendas. Itaque ferebant Regem adiuncturum esse Gallico equitatui Helveticum peditem: idque robur ac nervos Christiani exercitus fore. Non enim dubitabat Rex libenter venturos in societatem periculi generosos Helvetiorum spiritus, quia nulla aetate iustius, aut magis necessarium bellum unquam gestum sit. Depellendus est a nostris cervicibus hostis, qui non de gloria imperii, ut veteres Monarchae, bella gerit; sed ut religionem Christianam deleat, ut universam disciplinam civilem, ut iura matrimoniorum tollat, ut ad stupra nostras coniuges ac liberos rapiat, liberandae sunt hac miserrima servitute gentes vicinae, quae nobiscum religione et aliis multis foederibus antea coniunctae fuerunt. Hae sunt causae graves et iustae viris fortibus arma ca-

piendi. Quare non dubitare se aiebant, quin Helvetii huius militiae decus maxime expeterent. Cum autem electio illa his tantis rebus gerendis opportunitatem allatura esset, debere [1]) Helvetios quoque suis studiis, ac significatione voluntatis eam adiuvare. Postremo pollicebantur, Regem, si eligeretur, gentis Helveticae libertatem nulla in re labefacturum esse, sed potius confirmaturum, et multa additurum esse commoda atque ornamenta, si Helveticorum virtus et fortitudo non esset communi saluti nominis Christiani defutura.

Haec cum Gallici legati commemorassent: quanquam privatim multos ingenti pecunia et novis largitionibus obligatos tenebant: tamen honesti viri delecti ex civitatibus, modeste responderunt: se non impedituros libertatem principum Electorum, nec significatione aliqua voluntatis suae, aut terrore ullo, praebituros occasionem turbandae tranquillitatis Germaniae, quam agnoscerent patriam. Deinde cum nominatim Helvetico foedere exceperint Romanam Ecclesiam, et Romanum Imperium: profitebantur se nihil contra Romani Imperii Maiestatem facturos esse. Pertinet autem ad Maiestatem libertas principum Electorum. Ita Gallis dimissis, scribunt Helvetii literas ad singulos Electores, in quibus commemorant, se scire, quam vehementer ambiat Gallus imperium, et quod multorum animos ea de re sollicitet. Narrant etiam, quae apud ipsos petiverit, quidque ipsi responderint. Deinde exponunt, se defugere omnia consilia, quae videantur esse contra Germaniae tranquillitatem, et negant se ulla in re libertatem principum Electorum impedituros esse.

Adiiciunt dehortationem, ne ad Gallos transferatur Romani Imperii decus, neve moveantur principes opibus aut viribus Gallicis, quia adhuc in Germanica natione tantum sit consilii et virium, ut nihil opus sit exteros Reges accersere. Postremo hortantur, ut aliquis eligatur ex Germaniae principibus; et pollicentur, sua arma non defutura esse defendendae tranquillitati Germaniae. Scribunt et ad Leonem X. Romanum pontificem, et petunt, ne sit autor Electoribus eligendi Regis Francisci, quod Gallorum dominatio in Germania paritura esset ingentia bella, et futura exitiosa utrique nationi. Nec impliciti Galli Germanicis bellis, Italiam defensuri essent, aut alias res utiles nomini Christiano moturi. Ad has literas Romanus pontifex respondens, narrat in foederibus, quae Romana sedes habeat cum Regibus Neapolitanis, cautum esse, ne quis simul Romanum Imperium teneat. Cum autem sibi Romanae sedis privilegia religiose et summa ope tuenda sint, ea de re certiores factos esse Electores, ne quid fieret contra libertatem et commodum Romanae sedis. Quod autem alium quendam principem evehendum esse ad fastigium Romani Imperii magis senserit, adductum se non privata benevolentia, sed certo iudicio, quod cognoverit eum excellenti ingenio, industria, et magnitudine animi praeditum esse, et cupere potentiam suam ad communem salutem conferre.

Hanc excusationem scripsit ad Helvetios Leo pontifex, omissis Regum nominibus. Etsi autem intellexerant Electores, quae omnium Regum ubique terrarum vel studia essent, vel expectatio de hac electione, et quo singulorum voluntates inclinatae essent: ipsi tamen summa cum gravitate cavebant, ne ad ullum inflectere se quisquam videretur ante suffragationem. Nemo ullas aluit factiones, nemo paravit sui suffragii defensores; sed integris animis convenerunt in colloquium Electores, e quibus Moguntinus unus omnium gravissimum onus sustinebat. Nam cum primus sententiam dicturus esset, laborandum ei fuit, non modo ut suffragio suo aliquem nominaret; sed etiam causas suae suffragationis exponeret, ut reliquos ad suam sententiam adiungeret. Itaque prius cum Friderico, Duce Saxoniae, de universa republica Christiana, et omnibus Imperii Germanici partibus colloquitur. Et his congressibus totas impertit noctes: ac re diligenter disputata, huic ostendit maxime e republica sibi videri, ut Carolus Archidux Austriae eligatur. Idem cum videretur Duci Saxoniae, iubet eum constanter in sententia manere, ut consensu suo dubitantes invitarent, et repugnantes vincerent.

Cum igitur constituto die ad deliberationem Electores in Curiam Francofordiae (quae dicitur Romana) convenissent: Moguntinus bene paratus orationem habuit in hanc sententiam. Non dubito equidem, principem orbi terrarum divinitus dari: tamen cum nostra suffragatio requiratur, primum oro Deum optimum maximum, ut mentes nostras gubernet. Deinde censeo no-

---

1) debere] sic Editt. 1544., 1550., 1581., 1624.; Editt. 1572., 1580. debet

bis quoque diligentiam et fidem praestandam esse, ut, quantum a nobis provideri potest, maxime idoneum eligamus, qua in re primum habenda est ratio legum nostrarum, et iurisiurandi. Et quoniam hic congressus institutus est, non ut suffragia feramus, sed ut libere colloquamur, cum de universa republica, tum de electione: dicam, quid mihi maxime videatur e republica esse. Etsi autem mirifice angor animo de eventu electionis: tamen haec res nonnihil levat animum meum cura, quod antea polliciti estis, vos non commissuros esse, ut suffragia dissentiant. Disputabo igitur liberius, vosque, ut idem faciatis, adhortor. Deinde collatis opinionibus, sine privatis affectibus, ut decet principes, quorum sapientiae et virtuti res omnium maxima commendata est, unam sententiam eligemus, quae videbitur utilissima universae reipublicae Christianae. Existimo vos omnes de tribus sententiis disputare: an rex Galliae sit ad Imperium accersendus, aut Carolus Rex Hispaniae; an vero satius sit, aliquem eligere ex caeteris Germaniae principibus, qui virtute et potentia aliis antecellere videatur. De his omnibus exponam breviter meam opinionem.

De Gallo arbitror nos impediri nostris legibus, et iureiurando. Est enim diserte constitutum, ne extero, sed Germanico principi imperium commendemus, ne hoc tantum decus ad exteras nationes transferatur, et non modo Germania veniat in servitutem, sed etiam in Italia, aut statu Ecclesiae, mutatio sequatur. Nec vero dubium est, Regem Gallicum esse peregrinum principem, et eo appetere hoc fastigium, ut ad suos transferat, sicut idem maiores ipsius saepe armis ad se retrahere conati sunt. Nec sine acerrimis dimicationibus, Carolus Crassus, et Ottones, possessionem Imperii in Germania retinuerunt. Quod autem aliqui referant vetustam originem Francorum Regum ad Germanos, haec leviora sunt, quam ut principes tanta sapientia et gravitate praeditos movere debeant. Constitutio postulat talem eligi, qui vere sit haeres alicuius ditionis, quae huic nostro Imperio paret. Alioqui si illae veteres fabulae Gallis patrocinantur, perinde poterunt a Turcis Troiam repetere, atque a nobis imperium: quia perhibent se ab Hectoris filio ortos esse. Cum igitur constet, excludi Gallicum Regem constitutione publica, quam iurati in electione sequimur: nihil opus est longa disputatione, quanquam etiam si natio nihil impediret, dissuaderem hanc electionem. Primum enim in Germaniam adducendus erit Gallus. Quantum ea in re periculi erit, cum exercitus peregrinus distribuetur in urbes Imperii! An superbiam, et libidines equitum Gallicorum civitates ferent? Sed aliud impendet gravius malum. Veniet inimicus Carolo, quod ne cui dubium sit, iam bellum denuntiatum est, antiqua foedera Burgundionum et Gallorum rescissa. Bellum etiam Neapoli inferre decrevit. Itaque cum detrectabunt imperium Gallorum Austriaci et Belgae, et habebunt alii aliorum principum studia atque auxilia: videbitis arsuram civili bello universam Germaniam. Porro cum alia nobis prospicienda sunt: tum hoc natura primum est, ne nostra electio civile bellum in Germania accendat. Iam si Gallum elegerimus, oportebit nos suffragia nostra tueri. Ubi si incidet discordia cum Austriacis, num arma geremus ad opprimendam domum Austriae? Nec nos vetus necessitudo, nec sanguinis coniunctio, nec merita et nobilitas domus Austriacae, denique non Maximiliani manes, a tanto scelere deterrebunt? Deinde oppressis Austriacis, an putatis libertatem caeteris principibus in tuto fore? Ut Mediolanum non reddet unquam Germanis, ita, ubi poterit, Gallorum potentiam augebit.

Nihil me illa magnifica promissa movent, quae audistis. Non pacta, non leges plus valent, quam iracundia, superbia, ambitio victoris. Scimus Gallum in patria, quam natura amare debebat, quosdam iam principatus rapuisse, brevique orbatam videbitis principibus universam Galliam. Est omnino Gallus excelso animo praeditus; sed nimis cupidus Monarchiae. Nos autem nisi Aristocratiam principum in Germania omni consilio, omnibus viribus ac nervis tuebimur: male consulemus universae posteritati. Minus etiam movent me illa gloriosa promissa de bello Turcis inferendo. Equidem agnosco coniunctionem Germaniae, Italiae, et Galliae, magnum ac salutare praesidium Europae esse, si quis teneret pacatas et obedientes. Sed Gallus nihil gerere adversus Turcas aut volet, aut poterit, nisi prius domitis in Germania Belgis, in Italia vero recuperata Neapoli. Has ad res armare Gallum, hoc est, ad crudele bellum in ipso imperio excitandum, nostra autoritas nequaquam debet. Nec est, quod mihi quisquam obiiciat vaticinari me de

rebus ambiguis. Ego vero certa et explorata commemoro. Iam enim, ut dixi, bellum denuntiatum est, conscripti exercitus, quos tamen fama nostrae electionis, si alius fuerit electus, facile reprimet.

Quare ut finiam hanc disputationem, primum lege et iuramento impediri nos censeo, ne Regem Gallicum Franciscum ad imperii fastigium evehamus. Deinde etiam, si eligere eum liceret, censeo id non esse e republica, sed futurum exitiale Germaniae et fortassis universae Europae. Quare profiteor me suffragio meo nequaquam accersere Gallum ad imperium.

Restant duae deliberationis partes, an Carolus sit eligendus, aut alius quispiam Germanicus princeps. Haec deliberatio multo mihi difficilior est. Nam de Carolo opinor plerosque vestrum propter multas graves causas dubitare, quae etiam meum animum non leviter movent. Primum Hispania longe dissita est a Germania, quod ut libertati nostrae tutius videtur, ita, si Carolum detinebunt Hispaniae, interea sine praesidio, et sine custode publicae tranquillitatis erit Germania. Et vel Turcici belli causa, vel propter domesticos principum tumultus, necessitas publica flagitat, ut velut in statione adsit Imperator. Quid? si etiam subito de imperio, aut de religione exarserit aliqua seditio? Equidem perhorresco, cogitans, quantum tunc habitura sit periculi haec natio absente Imperatore. Fateor huius periculi cogitatione angi animum meum. Aliud levius est, sed tamen non contemnendum. Si enim iratus aliquando in Germaniam veniret, et Hispanos adduceret: libertas nostra non esset in tuto. Fortassis et Hispani difficulter nobis restituent imperii decus, postquam semel in hanc possessionem venerint, praesertim cum aditum ad Italiam eis patefaciat. Et cum suo sanguine recuperabunt Mediolanum, non sine certamine inde nobis cessuri sunt. Videretur igitur tutius, omissis exteris regibus, eligere aliquem, prudentia, iustitia, fortitudine, et fide praestantem virum ex reliquis nostris principibus, ut saepe maiores nostri fecerunt, qui plerumque virtutem in electione magis spectasse, quam potentiam videntur.

Agnosco id quidem; sed tunc populi Germaniae minus erant contumaces. Facile erat, ut dicitur in proverbio, imperium in bonis. Nunc autem quid fieret, si electo Imperatore infirmo, nec Belgae nec Austriaci parerent? Et ut futurum non dubito, si bellum inter duos Reges, Gallicum et Hispanicum, in Belgico, aut in Italia oriretur: an Imperator, velut otiosus spectator, sineret duas exteras nationes diripere bonam imperii partem? Quid? quod ipsi principes Germaniae, ut nunc sunt mores, spreto suo Imperatore, alii se cum Austriacis, alii cum Gallis coniungent? Ut igitur lepores dicuntur frustra concionari leonibus, ita sedebit noster Imperator, velut lepus, edicta componens leonibus, videlicet istis Regibus: quae edicta derideant omnes exterae nationes. Minus periculi fuit, cum regnaret Fridericus III.: et tamen dedecori nobis fuit, tunc Burgundum ferre signa per bonam Germaniae partem; Philippum Mariam impune grassari in Italia; alibi etiam circumsederi Imperatorem in ipsa Austria, nec nisi Bohemicis auxiliis liberari, postremo ab Hungaris pelli Austria, et eiici ex suis laribus: cum quidem ea aetate haberet coniunctos principes, meum avum Marchionem Albertum, fortem et sapientem virum, et Albertum Saxoniae Ducem. Quid nunc fieret, cum exteri reges haberent alii alios principes stipendiis obligatos? Et quam multae causae incidere possunt, vel principibus vel civitatibus detrectandae obedientiae! Videntur etiam de religione impendere horribiles tumultus. Sunt enim semina iam sparsa de indulgentiis, de potestate pontificia, de autoritate Ecclesiasticarum traditionum, quae etiamsi adhuc sanabilia existimantur, tamen paulo post, magnam mutationem universae Ecclesiae afferent. Nullum enim doctrinae genus maiore applausu exceptum est, quam hoc. Et quotidie plura dogmata moventur, irritantur ingenia ferocissimarum gentium in Germania, Saxonicae et Helveticae. Nec poterit sine Synodo tranquillitas Ecclesiae restitui. Quae autem erit infirmi Imperatoris autoritas, vel in petenda Synodo, vel in defendenda, praesertim si caeteri reges adversabuntur? Nihil iam de Turcicis bellis dicam, etsi nostrum est, non modo de defendendis finibus nostris, sed etiam de liberanda Graecia cogitare. Quam ad rem opus est multarum nationum copiis, et viribus, quas contrahere Imperator, si parum habeat autoritatis, non poterit. Haec atque alia multa meum animum adducunt, ut in hac electione potentiae rationem ducendam esse iudicem, nisi Imperatorem velimus habere, qui titulum et um-

bram imperii, sine autoritate, sine viribus gerat. Itaque antefero Carolum Archiducem Austriae caeteris Germaniae principibus, et incommoda, quae de illius electione colligi possunt, leviora iudico omnibus, quae alterius cuiusquam electionem secutura essent. Primum origo est vere Germanica; nec dici potest, nos re transferre imperium ad exteros, titulo tenus principem habere Germanicum. Possidet enim in Germania ditiones plurimas, quae parent nostro imperio, et quarum aliquae antea pepererunt Imperatores. Nec credibile est, hoc animo esse Carolum erga patriam, ut velit Austriam, aut Belgas opprimi servitute ab ulla extera natione. Ergo de origine Caroli nulla disputatione opus est. Et si quis scrupulus est, ne transferatur imperium ad exteros, habemus solennem formulam iurisiurandi, iuxta quam fidem dabit Carolus, se non labefacturum aut mutaturum iura electionis nostrae et Imperii statum. Cum igitur et origine vere sit Germanus, et tempora flagitent potentem Imperatorem: censeo Carolum Austriacum evehendum esse ad imperii fastigium. Quod ipsum tamen non facerem, nisi indoles eius nobis nota et probata esset. Omnium maximarum virtutum, praesertim in principe, fons est, amor religionis Christianae. Haec virtus imprimis eminet in Carolo. Quare pactorum et iurisiurandi violationem tanquam summum scelus detestatur. A crudelitate eum abhorrere natura, multis certissimis indiciis comperi. In controversiis diiudicandis, in coërcendis improbis, iustus est. Ingenii vis, prudentia, ac diligentia iam conspici potuerunt. In tyrocinio Regni Hispanici magnos motus compescuit. Et constat eum suo ingenio multa graviter et dextre respondere et constituere. Magna laus in iuvene et haec est, et signum multarum aliarum virtutum, quod pudicitiam amat, quod nullis libidinibus obnoxius est. Quare religionis, iustitiae, et pudicitiae custodem fore credibile est. In tali natura nihil tyrannicum exoriri potest. Regent enim eum illae virtutes, ut servet pacta, ut nulla moveat bella iniusta, ut non mutet veterem et constitutam imperii formam. Excitabunt eum etiam ad liberandum orbem terrarum impietate Turcica, ad propagationem Ecclesiae Christi, ad tuendam et muniendam disciplinam, ut homines ad pietatem et caeteras virtutes assuefiant. Ac ne ingenium eius mihi inexploratum esse putetis: prudentissimorum hominum, qui eum familiarissime norunt, et acutissime de ingeniis iudicare possunt, exploravi sententias. Hi probant ingenium, ac mirifice eius bonitatem laudant.

Postremo si de ingenio coniectura facienda est ex natura maiorum (quia quaedam similitudo propagari solet), meminimus, quanta vis animi, prudentia, iustitia, fortitudo, continentia in Maximiliano fuerit. In patre Philippo dexteritas et industria singularis erat. Non dubito autem, quin maiorum naturam Carolus referat. Nec aetas est aspernanda, quae iam matura est rebus gerendis. Nec enim quaerendus est senex Imperator, ut, cum biduum aut triduum imperarit, postea de electione novi tumultus oriantur.

Videtis in hoc nostro consensu, quam varia sint multorum Regum certamina de electione: quid [2]) futurum est aliquando, ubi dissentient Electores? Utinam quidem Electorum concordia perpetua sit; sed multa incidere possunt, praesertim in hac disciplina, ac morum corruptione, et gliscentibus Ecclesiasticis discordiis, quae animos eorum disiungant. Quare interregna plena periculorum futura sunt. Accedit et illud, quod Carolus utetur consiliariis avi, et leget in senatum principes Germanicos, sine quorum consilio nihil de maximis rebus decernet.

Exposui causas, quare Carolum eligendum esse statuam: ac meo iudicio ita multae graves causae concurrunt, ut hanc electionem sperem Germaniae ac toti Europae salutarem fore. Quod autem initio disputabam, quantum foret incommodi, si Imperator perpetuo abesset extra Germaniam, moveor equidem hac difficultate; sed de ea re in formula constituendi et regendi Imperii cum Carolo agendum erit. Cumque habeat amplissimos in Germania et in Belgico principatus, tribuet hoc necessitati earum gentium, tribuet patriae, ut saepe in Germaniam veniat. Non ad otiosa spectacula se accersi intelligit, cum ad Imperium vocatur, res magnae ei gerendae erunt: Galli depellendi ex Italia, Turcae arcendi ab Austria, liberandae et vicinae regiones, Ecclesia emendanda et constituenda. Harum maximarum rerum curam ut suscipiat, ipsa eum heroica natura et virtus exuscitabit. Haec non sinet eum domi languescere otio et voluptatibus.

---

2) quid] sic Editt. 1550., 1572., 1580., 1581., 1621.; Ed. 1544. quod

Et facilis aditus est in Germaniam ex Italia, quae ei multis de causis saepe adeunda erit. Sicut Carolus Magnus, Ottones, Henrici crebro in Italiam venerunt: alias, ut Ecclesiasticos tumultus sedarent; alias, ut depellerent barbaros; alias, ut civitatum seditiones opprimerent. An existimatis eum non venturum esse, ut Austriae, quae vere ei patria est, opem ferat, cum vel in Pannoniis vel in ipsa Austria Turcicas legiones vagari audiet? Ille vero magno animo accurret, ut et patriae, et toti orbi Christiano opem ferat.

Quare de absentia cum cogito, qua mente praeditus sit, quae eum pericula exuscitatura sint: etiam minus sum sollicitus. Fata etiam his temporibus promittunt Germanicum Imperatorem, qui maiores magnitudine potentiae superaturus sit. Et addunt alteram laudem multo gratiorem: futurum, ut bonitate et clementia praeter caeteros reges excellat, nec alium nisi Carolum, vaticinor. Quare opto, ut Deus Imperium ipsi committat, eumque gubernet ad salutem orbis terrarum.

Dixi, quae in praesentia de electione colligere potui. Sed quia communis est haec deliberatio nostri amplissimi senatus, et vos pro vestra sapientia, plura etiam de republica cogitasse existimo: quaeso, ut singuli suas sententias exponant, ut deinde eligamus eam, quam omnes collatis opinionibus maxime e republica esse iudicabunt.

Haec cum dixisset Moguntinus, et hortaretur caeteros, ut suo quisque ordine exponeret suam deliberationem: congressi alii ac pauca collocuti, Trevirum iubent dicere, qui pollebat ingenio, doctrina, et usu rerum. Nam et Romae in iudiciis et negotiis publicis diu versatus fuerat, et in Germania propter domesticam administrationem, et dexteritatem in publicis negotiis, vel imperii, vel aliorum principum, magnam prudentiae laudem erat consecutus. Nec ulli ex nostris principibus res Gallicae erant notiores. Is, quia in privatis congressibus aliquoties oppugnaverat Caroli electionem: videbatur paratus ad dicendum venire. Caeteri, ut liberius suam sententiam exponeret, initio audiendum eum esse censuerunt. Sic igitur exorsus est.

Audio in hac ipsa urbe, cum patres vestri ad eligendum Maximilianum convenissent, adfuisse vatem, qui dixerit, ultimum Germanicorum Imporatorum fore Maximilianum. Cumque initio fabulam, sine certo autore natam, existimarent: diligenter inquiri autorem iusserunt. Quem cum ad se vocassent, et ex moribus et sermonibus hominis iudicarent, non temere eum has fatidicas voces edere: valde hoc vaticinium admirati sunt, multaque de posteritate, et[3]) mutatione Germaniae collocuti feruntur. Meminit haec sine dubio dux Saxoniae Fridericus, qui tunc una cum patre Ernesto adfuit.

Propemodum autem respondet illi praedictioni eventus. Audivi enim attente eloquentissimum principem Moguntinum, qui cum diligentissime collegerit omnia, quae nobis in hac deliberatione prospicienda sunt: tamen ad extremum hoc censet utilissimum esse orbi terrarum, ut peregrinum Imperatorem accersamus: id si fatale est, frustra repugnamus. Sed illud miror, cur ipse Hispanum anteferat Gallo. Qua in re primum mihi deploranda est Germaniae conditio. Nihil nobis externis praesidiis, nihil peregrinis ducibus opus esset, si maiorum suorum virtutem nostrae aetatis principes imitari vellent. Otium et servitutem quaerimus, dum externum principem adducimus. An putatis, aut avos vestros, Albertum Marchionem, aut Fridericum Palatinum, aut Albertum Saxonem fuisse unquam externum dominum adducturos? ipsi militabant, res gerebant. Nec unquam exercitus, pecunia, arma nostris defuerunt, quandocunque vel mediocres duces habuerunt. Verum omitto querelam.

Si omnino peregrinus Imperator habendus est, causae sunt plurimae, quare Gallicus Rex anteponendus sit omnibus. Ac priusquam dicam huius mei iudicii rationes, primum de lege et iureiurando disputabo, unde exorsus est Moguntinus. Opinor maiores nostros hac lege cavere voluisse, ne Germania amitteret Imperii decus: eoque peregrinos Reges eligi noluerunt, hoc est, tales, qui non haberent in Germania domicilium, ne externa natio paulatim usu caperet imperium. Haec si est voluntas legis, nihilo magis licebit Hispanum eligere, quam Gallum. Hispanicus Rex longius a nobis abest. Et natio ipsa dominationis cupida et bellicosa, postea sibi imperium extorqueri non sinet, ut postea iterum dicendum erit. Et si hoc satis est causae, cur Carolum

---

3) et] sic Editt. 1572., 1580., 1581., 1624.; ab Editt. 1541., 1550. abest.

eligimus, quia tenet quasdam ditiones ad Imperium pertinentes?

Valeat idem in Gallo, qui Mediolanum, et Regnum Arelatense, veterem nostrorum Imperatorum sedem, in potestate sua habet. Denique prorsus ita sentio, quod ad electionem attinet, non minus accersi peregrinum Imperatorem electo Hispanico, quam Gallico Rege: etiamsi aliqua subtili interpretatione iam inseritur Hispanus Germaniae, eamque totam deliberationem in utramque partem disputari posse iudico, et penes nos declarationem legis esse sentio. Quaerendum igitur est, utrum sit utilius. Ego cum cogito illam auream aetatem nostri Imperii, cum essent coniunctae Francorum temporibus Germania et Gallia; ac reputo, quantum ea coniunctio ad tranquillitatem universae Europae contulerit: mirabiliter afficior, nosque beatos ducerem, si eum statum restituere possemus.

Divinitus autem nunc oblata est occasio eius rei efficiendae. Quare nihil dubito vos adhortari, omni studio ut occasione utamini. Nec ab hoc meo iudicio discrepat Italia. Idem optare scio Romanum pontificem, Venetos, Italiae principes, ac civitates omnes. Cum tot iudicia congruere videatis hominum sapientissimorum, nolite existimare leves causas esse, cur idem tanto consensu probent, et omnibus votis expetant omnes. Gallica gens ut est vere cognata Germanis, ita opinionibus ac moribus, liberalitate, clementia, pietate, literarum cultura, Germanis simillima est. Et quod constat, una est exterarum nationum maxime amans nostrorum hominum, ut vestigia quaedam cognationis in hac ipsa benevolentia agnosci possint. Vicinia vero quam est opportuna ad defensionem utriusque regionis, si quis subitus tumultus inciderit! Nec ad Italiae pacem tuendam reperiri utilius consilium potest coniunctione harum duarum gentium, quarum utraque exercitus ingentes equitum ac peditum conficere, et Gallia suppeditare belli nervos, videlicet ingentem vim pecuniae, potest. Et quia non solum Germaniae, sed toti nomini Christiano, in hac electione consulere debemus: quaerendum est praesidium adversus Turcica arma. Cum enim teneant iam pacatam Asiam, nihil dubium est rursus in Europa bellum molituros esse. Invadent Pannoniam et Italiam. In tali discrimine, quid erit optatius, quam Imperatorem habere instructum copiis ac viribus Germaniae et Galliae?

CIX. Bambergae duae filiae seductae ab Anabaptistis ducebantur ad supplicium, sed tamen didicerant nosse filium Dei redemptorem, in illum confidebant et invocabant. Postquam ad supplicium ducebantur, imponebantur eis stramineae coronae, et cum ignis incenderetur, colloquebantur de illis coronis dicentes: Nos antea gestavimus coronas ex auro et argento, nunc gestamus ex stramine; sed istae stramineae coronae erunt plus quam aureae, quando veniemus ad dominum nostrum IESUM CHRISTUM.

CX. Civis in oppido Burg faciens iter incidit in tres equites. Hi cum essent soli, illum civem peditem iaculis seu globis bombardarum petunt; sed aberrant ab eo. Ipse paratus est et statim globum in unum emittit eumque interficit. Sed cum latrones amplius bombarda uti non possent, strictis gladiis ad eum accurrunt, sed ille praeveniens alteram bombardam promit, et secundum globo etiam interficit; tertio, qui tantum supererat, gladium eripit. Excellens et memorabilis virtus in hoc viro fuit, et apparet eum non fuisse sine Dei auxilio. Postea is civis in iudicium veniens, quia latrones interfecisset, absolutus est. Assedit etiam Theologus, qui illius factum comprobavit dicens: Inen ist recht geschehen. Alter eques, qui affuit, dixit: Ist das Euangelisch oder Theologisch geredt? nonne debuisses dicere: Si quis te percusserit in unam maxillam, porrige illi et alteram? Verum illa sententia hoc loco non valet, quia iure conceditur: vim vi depellere licet.

CXI. Eccius in quodam convivio assedit nobili et honestae matronae. Ille asinus (ut erat asinus) ubi paulo plus bibisset, voluit cum ea ineptire et contrectare eam. Matrona indigne hoc ferens schlegt den vnflat mit der kandell fur den kopf, dicens: Pfaff lern mores, quia debuit regere locomotivam.

CXII. Dux quidam Bavaricus habuit coniugem, quae scribens binas literas, unas ad maritum peregre absentem misit, alteras ad amatorem; in inscriptione tituli erravit, et ita literae ad amatorem scriptae pervenerunt ad maritum, et ad ducem scriptae redditae sunt amatori. Dux videns et legens illas literas ad amatorem scriptas statim profectus est Palatinum ad coniugem suam et in primo conspectu eam interfecit; profectus postea est Romam et absolutus a Papa, et imposita ei satisfactio, ut conderet monasterium.

CXIII. In bello Mediolanensi Gallus quidam divertit apud virum honestum, cui erat et formosa uxor. Gallus cum uxore illa liberius loqui

et agere coepit et tandem eius noctem flagitavit. Sed uxor honestior marito omnem rem indicat, ac rogat, quid sibi faciendum sit, nisi mos hospiti geratur, et sibi et illi periculum timendum esse. Maritus se nihil consilii habere dicit, rogat uxorem, ut, si quid boni consilii habeat, communicet. Illa respondet: Si virum fortem te praestare volueris, domusque tuae dominus manere, est mihi consilium, ut mihi videtur, satis bonum, celebrabimus, inquit, amplum convivium, et Gallum istum ingurgitabimus vino, et ego ei dabo soporiferum, ut, ubi occasionem videris, interficias eum. Instruitur convivium satis amplum, hospes ille hilaris est et nihil mali suspicatus sperat omnia sibi ex sententia esse eventura. Illa assidens ac bonis verbis eum detinens dat soporiferum, quo hausto statim ille etiam nolens incidit in somnum, atque ita postea occasione data maritus ipsum[50]) interficit. Non est hic quaestio de iure; quilibet maritus debet esse custos suae domus et familiae.

CXIIII. Ulmae fuit homo honestus, qui habuit coniugem male moratam, et questus est propinquis suis, qui aegre ferebant accusationem; sed cum videbat se non respici, nec coniugem emendari, abiturum se ad mercatum Francfordiensem simulat, clam domum redit et vesperi se occultat; quid futurum, sciebat. Monachus venit ad uxorem, et dum mutuo coenarent, semper se maritus continuit sub scalis. Tandem cum ivissent cubitum, ipse induit arma sua, et ascendit ad cubiculum. Mulier audiens strepitum, fugit e lecto et aperit ianuam antea clausam; maritus irrumpens interficit et moechum et uxorem; postridie adit senatum ac rem omnem ipsi indicat, ibi eum iuste fecisse senatus statuit.

CXV. Studiosus quidam Francfordiensis in Italiam profecturus erat, satis bene instructus pecunia, habuit apud se 400 fl. Ille non satis circumspectus (ut solent adolescentes) cum venisset Halbrunnam in ducatu Wirtebergensi, invenit in hospitio equitem, quem ego Philippus[51]) bene novi, ei se adiungit, nil mali metuens ab eo. Eques vidit illum bonum esse socium, potat cum eo, et fit ipsi familiaris, ita ut etiam adolescens ei pecuniam monstraret. Postriduum volens abire rogat equitem, ut sibi viam indicet; eques pecuniae inhians interficit ipsum. Post tres septimanas ipse vicissim deprehenditur et in eodem loco, quo alium interfecerat, eques decollatus est.

CXVI. Fuit ante paucos annos in Anglia ludimagister quidam sub Henrico octavo, proximo rege Angliae, is per scriptum monuerat quendam concionatorem tantum de quibusdam crassis erroribus in religione, sed nihil publice docuerat. Proditus est ille bonus homo et scelerate accusatus apud regem, coniectus est postea in carcerem, ac sententia lata, ut igne supplicium ab eo sumeretur. Ibi amicus vesperi in carcerem attulit ei assaturam, quam cum attigisset et fervore motos digitos attraxisset, ridens ait: Cur ego non possum perferre illum dolorem? quid fiet, cum cras ipse assabor? Postridie cum duceretur ad supplicium, et rex ipsi poenam remittere vellet, ut revocaret errorem, respondit regi: Serenissime domine Rex, secundum Deum nullius autoritatem plus facio quam tuam, sed non possum iam a Domino deficere. Ita sententia de eo lata est, ut combureretur, cumque illi antiquo more fasciculus esset propositus, utraque manu amplexus est dicens: O mihi dulcem fasciculum, qui me cum Deo coniungit! atque ita pie cum bona confessione mortuus est.

CXVII. Dalburgius Episcopus Wormatiensis[52]) D. Iuris et Cancellarius Palatini duxit uxorem vetulam Argentinam valde opulentam. Illa ut domino suo placeret, sumpsit secum in lectum pretiosissima unguenta. Quod cum ille animadvertisset, subiecit pixidem plenam atramento. Vetula vesperi in tenebris deformavit faciem atramento, existimans se unguentum sumere. Ille mane adduxit cognatos eius, et ostendit illis deformitatem uxoris. Talis est simulatus amor, cum adolescens ducit uxorem vetulam propter pecuniam et propter magnas opes et divitias, cum alioqui si iuvenculam duceret, multo plus exhilararetur, quam si vetulam multas opes habentem duceret.

CXVIII. Aliquando D. M. Lutherus dicebat de quodam Episcopo Ungariae, qui ita consolatus esset suos milites, cum pugnaretur[52a]) cum Turcis: Ihr lieben knecht sthet heut fest, vnd werdet zu christlichen Rittern, so vil als eüer sterben, denen verspriсh ich, das sie werden heüt mit gott das Abent-

50) ipsum] Cod.: ipsum ipsum

51) Philippus] Cod.: φ.

52) Wormatiensis] Cod.: Wurmaziensis

52a) pugnaretur] Cod.: pugnatur

mal im himmel halten. Da aber die schlacht angieng, da machet er sich daruon, darnach fragten die landesknecht, ob er hinwert wer, vnd ob er auch nicht im himel wolt eßen, sprach einer: Ey nein, er würdt heut gefast haben, darum kan er der malzeit nit erwarden.

CXIX. Regula oeconomica Phil. Mel.[53]).

Ego saepe audivi a matre mea puer, Es muß ein Ackerman die frücht, die im jherlich wachsen, in 3 theil theilen, den erste theil müß er haben den Acker widerum anzubauen, den Andern theil müß er der Oberkeit vnd armen leuten geben, der 3. theil kompt aller erst im zu nütz.

CXX. Witebergae ante annos aliquot pincerna, qui vinum in collegio vendit, hauserat aquam sub lectione D. Phil.[54]), eamque portavit in cellam vinariam, ut vino misceret. Vidit hoc forte unus, qui tum ibi mathemata privatim doceret, qui volens prodere imposturam pincernae, procurrit in aream collegii clamitans: Es brindt; ibi studiosi omnes ex auditorio excurrerunt quaerentes, ubi sit incendium; ducit eos in cellam vinariam, ubi deprehendunt pincernam corrumpentem vina.

CXXI. Anno 1554 fuit studiosus quidam Witebergensis, homo non satis compos mentis, cui officium deponendi beanos[55]) mandatum erat. Aliquando in media nocte in plateis decurrens vociferatus est: Es brendt, Es brendt. Huic occurrunt adolescentes, qui attoniti quaerunt, ubi sit incendium; inquit ille: Es brindt, es brindt das jünge hertz in meinem leib. Respondent ei adolescentes: Nun wolan, so müßen wür warlich leschen, vnd nemen in vnnd werffen in in den bach. Also werden die fewer balde geleschet[56]).

CXXII. Aliquando eramus in convivio D. M. Lutheri ego Phil. Melanthon[57]) et alii, ubi incidebant in colloquium de artibus mathematicis, et assidebat mihi quidam Doctor, qui contempserat illas artes. Dicebam ei: Domine Doctor, attamen discrimen dierum et annorum scire necesse est, et necesse est habere calendaria. Respondit ille: O meine Pauern wißen woll, wen es somer oder winder ist. Ego nihil dicebam nisi hoc: Es ist ein vndoctorliche rede, ich het wol mögen sagen, es ist eines groben Esels rede. Et D. M. Lutherus statim aspiciebat me, veritus ne quid asperius in eum dicerem. Quanta haec est insania contemnere usum calendariorum. Est magnum beneficium Dei, quod unusquisque potest habere Almanach in pariete.

CXXIII. Fuit rusticus, qui habuit filium, qui non multum exiverat. Accidit semel, ut cum patre proficisceretur ad urbem, cumque esset in urbe, vidit pulchram virginem, dixitque ad patrem: Oh pater, quid hoc est? Pater inquit: Est anser; qui respondit patri: Ach pater, si haberemus tales anseres. Das sindt στοργαὶ geweßen in illo adolescente.

CXXIIII. Sunt varia genera stultorum, Eins theils sind frum vnd still, eins theils sindt böse Narren. Erat in Aula Heidelbergae gar ein fromer Narr, qui mirabiliter amabat campanas, et quando ei dicebatur de campana Spirensi, quod esset mortua, valde flebat, et cum Heidelbergam veniret nova campana, ille amplectebatur eam, et dicebat: willkom mein liebe glock, bistu hie vnnd ich bin auch hie.

CXXV. Rodolphus interrogatus a quodam, quare ipsius barba citius canesceret quam reliqui capilli capitis, respondit: Er hett[58]) großere sorg fur das maul, was er eßen sollt[58]), den fur den kopf, wie er in bedecken sollt[58]).

CXXVI. Puella quaedam somniavit se concumbere cum amatore. Hoc confessa est Monacho. Ille eam graviter obiurgans dixit, esse magnum peccatum, nec posse eam ab illo absolvere. Puella promittit se illi aureum daturam, ut absolveret. Ipse non volens pecuniam in manus sumere, iussit, ut aureum cucullo imponeret. Puella lapillum iniecit. Abeunte puella Monachus accepturus aureum, lapillum invenit, ibi clamavit: Fü du hur, du hast mich betrogen. Ipsa respondit: Wie die Absolutio ist, also ist auch das beichtgelt. Tibi visum est, quod dederim aureum, et nihil est, sic mihi visum est, quod dormiverim cum amatore, et nihil erat, wie mir däucht, so däucht dir auch. Fallacia fallaciam trudit, fraus fraudem.

53) Phil. Mel.] Cod.: φ. M.
54) D. Phil. (i. e. Phil. Melanthonis)] Cod.: D. φ.
55) De hoc officio conf. Tholuckii liber: Das akademische Leben des XVII. Jahrh. 1. Abth. (Halle 1853. 8.) p. 200—206.
56) Also — geleschet.] haec in Cod. serius adscripta sunt.
57) Phil. Melanthon] Cod.: φ. M.
58) hett — sollt] in Cod. prius erat scriptum: hab — soll, postea sic mutatum.

CXXVII. Accidit semel, ut pastor quidam in pago concionem habere vellet, et cum parum esset instructus, ac videret alios doctos adesse, quod alias fieri non solebat, statim Evangelio lecto suscepit et ad auditores dixit: O ihr lieben leüt, mich dünckt, ich rüch feuer. Hoc ideo dixit et faciebat, ut, si singuli domum currerent, ipse haberet occasionem discedendi, ne concionari in praesentia cogeretur.

CXXVIII. Accidit olim, ut duo fures iam ad supplicium ducerentur, quorum unus, cum videret se ad supplicium damnatum esse, inquit clanculum ad iudicem, sibi in manica esse 60 aureos, quos pauperibus distribui cupiat, praesertim cum sibi esset moriendum. Iudex audito hoc statim inquit ad spectatores: Ey bistu dieses mans son, so füret in wider hinein, den er ist mir woll bekant. Reductus est igitur in carcerem et postea dimissus data iudici pecunia.

CXXIX. Aliud ridiculum accidit Torgae, ubi cum fur quidam duceretur ad supplicium, dixit carnifici se habere magnam vim pecuniae in caligis reconditam, iubens eum manus inferre, eamque sibi auferre, quandoquidem ipse iam moriturus esset. Carnifex statim magna laetitia affectus iudicavit hanc sibi peculiarem fortunam esse, immittit aliquantulum manum, sed nullam pecuniam apprehendens dicit ad furem: Du betreügst mich. Fur respondit: Du müst besser hinein greiffen, quod cum facit carnifex, totam manum cum stercore maculat, quia ille cacaverat in caligas.

CXXX. Cum quidam parum doctus legisset in grammatica hunc versum in cantico Mariae: Dispersit superbos mente cordis[59]), et vocabulum *superbos* divisum esset ita, ut prior linea contineret prioris dictionis partem *super*, et sequens inciperet ab ultima syllaba *bos*, nec erant addita puncta cohaerentiam significantia, ille bonus homo dixit non esse congruam constructionem, nam praepositionem *super* regere Accusativum, et ut sit grammatica constructio, debere esse *super bovem*, et non *super bos*. Iussus item, ut exponeret illum versum: Esurientes implevit bovis[60]) et divites dimisit in aves[60]), Er hat die Hungerichen erfült mit ochsen vnd die reichen schickt er in die vögel, darümb wür armen leüt müßen immer khue fleisch essen vnd die Reichen müßen eßen gute büßlein vnd güte vogelein.

CXXXI. Ego Philippus ante triduum accepi epistolam, in qua scripsit mihi vir dignissimus fide ex Livonia Hermanus, quem scio non falsa scribere, recens esse sumptum supplicium a quodam, qui captus erat et deprehensus, qui manifeste praebuerat causam mortis alteri, quia postea confessus se incantationibus[60a]) morbum movisse, et deinde, cum vellet incantationibus levare morbum, non potuisse. Ibi et hoc confessus est in carcere, se quotannis factum esse lupum per dies duodecim, post natalem diem Domini vidisse se parvam speciem pueri, qui diceret, ut converteretur in lupum, postea cum non faceret, venisse speciem terribilem cum flagello, et ita conversum esse in lupum, postea concurrisse multos alios lupos, et cucurrisse per sylvas, lacerasse pecudes, hominibus tamen non potuisse nocere, praeeunte illo spectaculo cum flagello pavisse eos in flumine, et illa facta esse quotannis per dies duodecim, postea recepisse speciem hominis. Ita narravit ille in carcere. Ibi videtis, quod Diabolus habeat potestatem quasi circumspectam autoritate divina, ita ut non possit nocere tantum, quantum vellet, certe noceret hominibus, si posset, sed Deus non concedit ei; si concederet ipse, totum genus humanum perderet in una hora.

CXXXII. Iam dicitur de rege Anglico, qui cum aegrotasset, quod mori vellet, venisset vir quidam, qui dixisset: Domine rex, vos vixistis hactenus in hoc regno, sed mox venietis in aliud regnum, quod est aeternum. Das ist gewißlich gewesen Sanctus Angelus, der in also hat getröstet.

CXXXIII. Doctor Henningus sapiens vir, cum aliquando disputaremus de definitione animae Aristotelica, et ego recitarem ei definitionem: Anima est actio prima corporis physici organici potentia vitam habentis, dixit ille: Waß ist das, wasch mir den Peltz vnd mach mir nie nit naß. Illa sunt verba nihil sonantia, et verum est, Aristoteles astutissime elusit aliquorum philosophorum opiniones hac definitione a se excogitata, de qua tamen iam nolo disputare[61]).

---

59) Luc. 1, 51.

60) bovis ... in aves] sic perperam legit iste indoctus pro: *bonis* ... *inanes*, ut scriptum est Luc. 1, 53.

60a) incantationibus] Cod.: incantationis

61) His in margine adscripta est nota: Verba .φ. (i. e. Philippi Mel.).

CXXXIIII. Noster Imperator Carolus quintus cum esset adolescens et nobiles coaetanei invicem certarent currendo, adstitit ipse et fuit spectator. Cum aliquem videret superbum, quia antea victor in currendo evaserat, postea in secundo cursu interposuit ei pedem, ut caderet, et alter fieret victor. Hinc animadversum est, qualis esset natura, nempe quod superbis inimicus esset.

CXXXV. In monte Mariae dixit quidam Bohemus: Mein weib wer gűt in ein groß thűmb gewest, dan wen ich sie zu morgen frw an ein Ohr schlag, so brűmbt sie den gantzen tag.

CXXXVI. Dux Ioannes Fridericus dicere solitus est: Melius est scortum honorare, quam honestam matronam aut virginem violare.

CXXXVII. Fridericus Miconius, qui erat aliquando iracundior (sicut bonae naturae sunt iracundae) habuit satis multum certaminum in consulibus. Ibi ego Philippus[62]) adhortatus eum sum: Domine Friderice, dicebam, oportet nos reprimere iram et non excitare tot rixas propter publicam pacem et vestram ipsius conscientiam, et suasi, ut saltem a non necessariis rixis aliquamdiu abstineret, et dixi eum obtemperantem multa bona inde sequi. Promisit se mihi obtemperaturum. Post biennium redii ad eum, cum multa iam cum suo consule egisset familiariter et aliquid concedisset, dixit ad me: O domine Phil., quantum commodi accepi isto vestro consilio, profecto multum me adiuvit. Verum est, quod brevis sapientia parat diuturnam pacem, sed illius parvi temporis patientia tantum doloris affert ut malum longum bellum. Vnd es ist also, naturae sunt tales, sicut Achilles dicit: Irasci sicut mel dulcius est.

CXXXVIII. Albertus Durerus narravit mihi de Maximiliano, das des Maximiliani dick an den Armen sey so groß gewesen alß sein femur. Et tamen fuit Albertus mediocris staturae. Et Maximilianus iam senex cum esset Augustae in comitiis, certavit ibi cum nobilibus, ponebant asseres et certabant iaculando, quis plures posset transfigere. Ibi Maximilianus duos asseres transfixit uno ictu, quod nemo nobilium praestare possit; fuit tum annus Maximiliani 59. Nunc corpora hominum non sunt amplius tam robusta, fiunt infirmiora.

62) Philippus] Cod.: φ

CXXXIX. Medicus quidam ad virum nobilem aegrotum vocatus est et ab eo de origine et causa mali interrogatus, respondit, fluxionem e manu dextra in caput defluentem, motus causam esse. Cumque ille quasi admirans quaereret, qui fieri posset, medicus cantharum, qui prope in mensa adstabat cum vino, arripiens ad os admovebat ostendens hanc esse fluxionem, quae sit causa morborum.

CXL. Cum rex Alphonsus casu intervenisset disputationi duorum ex consiliariis, quorum alter apud regem Galliae fuerat, et quaereret, de qua re esset disputatio, respondit unus, qui regi Galliae inservierat, quod reges non debeant literas discere, sed satis esse, si literatos foveant. Ibi dixit rex Alphonsus: Vox bovis, non hominis.

CXLI. Capnio mihi recitavit historiam de Duce Eberhardo Wirtebergensi et Cardinali, qui fuit eius comes Romae in templum, sicut tales principes magnifice tractantur. Qui cum iam ambo ingressi essent templum, simul ingrediebatur unus indutus lacerata veste, qui gerebat gramina, quibus ornaturus esset templum, cumque cederent ei homines, pervenit ad locum, ubi stetit Princeps Eberhardus et Cardinalis comes eius. Ibi spargit gramina, et simul cum gramine extrahit sicam et interfecit Cardinalem; fuit subordinatus ab alio. Dux Eberhardus statim discessit, et noluit posthac ingredi templum, quamdiu Romae erat. Tales sicarii sunt Hispani.

CXLII. Quidam iuvenis cum multas pravas cupiditates sentiret, et nesciret, qua ratione eas expelleret ex animo, consuluit eremitam, quid sibi faciendum esset. Respondit, quo minus aves supra caput suum volitent, prohibere non posse, sed illud cavere posse, ne in capite nidificent. Quo significare voluit, pravas cupiditates quo minus veniant, prohiberi non posse, sed videndum esse, ne radices in nobis agant et in ipsum opus erumpant.

CXLIII. In concilio Basiliensi quidam docti viri (cum nunc ibi essent) deambulationis gratia exiverunt in proximum nemus; audiunt ibi suavissime canentem aviculam et inusitatos sonos edentem; mirantur, quid sit. Ibi unus inter illos animosior, qui suspicatus est non esse veram avem, accessit et alloquitur: Adiuro te, inquit, per filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut dicas mihi, qui sis. Respondit:

Ego sum damnatus spiritus, et est mihi hoc domicilium destinatum usque ad novissimum diem. Postea avolavit et clamavit: Ewig Ewig Ewig wie lang ist das! Isti perterrefacti domini iverunt et coeperunt aegrotare ex consternatione, et aliqui etiam mortui sunt. Hanc historiam recitavit D. Philippus[63]) facta mentione illius loci in Epistola Iudae, ubi scriptum est, Angelos, qui non tenuerunt initium suum, sed elati quaerunt domicilium proprium, reservari in iudicium magni diei vinculis aeternis[64]). Et subiunxit fore aliquem tetrum et certum locum damnatorum spirituum post hanc vitam, et fortassis nunc etiam esse certum locum, in quo serventur usque ad iudicium. Sed est vera et relata a multis fide dignis viris.

CXLIIII. Ego saepe audivi D. Martinum Lutherum recitantem, qui dicebat se fuisse in Dubion[64a]) pago; nam eo saepe profectus est, ut ibi concionaretur, quia fuerunt ibi nobiles de Staubitz, qui adhuc sunt in vicinia. Ibi frater ille, qui cecinerat missam, cantavit illud Evangelium Lucae 19., in quo est: Dedit mihi decem minas, et quia textus in bibliis scribunt *μνας* et monachus non poterat legere, nec antea audierat illud nomen, legit decem misericordias, postea cum iudicaret non convenire decem misericordias, legit: et dedit ei decem minimas. Reprehendit nec hoc posse congruere, et legit: Dedit ei decem Meras. Hoc dico tantum exempli causa stolidorum hominum, qui contemnunt omnes literas, si pulchrum est, nil scire, sit sane, sed literae et linguae sunt fasciolae Christi, doctrina Christi est involuta fasciculis, literis et linguis, man muß dannoch linguas kunnen.

CXLV. Comes quidam Wirtebergensis (antequam facti sunt duces ante annos 100) in conventu Ratisbonensi cum fuisset caeteris, qui in conventu erant, insolentior, Fridericus Imperator voluit reprehendere insolentiam ipsius, dixit ad eum: Wen das end güt ist, so ist es alles güt, significans ipsius insolentiam sibi aliquando nocituram esse. Nam Fridericus fuit modestissimus, ita ut ignavus diceretur propter suam modestiam. Id cum audivisset comes, curavit sibi fieri penulam de panno crassiori laneo, liß im einen zwilgen kütel machen, et fimbriam plane fecit auream magno sumptu de bono lamine auri, quod erat magni pretii. Veniens deinde in senatum, interrogatus quid sibi velit iste vestitus, respondit: Wen das End güt ist, so ist es alles güt. Ita derisit Imperatorem, sed fuit Sardonius risus, quia non post longum tempus in bello interfectus est, et ita punivit eum Deus propter suam insolentiam. Nam Deus servat regulam: Qui se exultat, humiliabitur.

CXLVI. Cum rex Alphonsus Neapolitanus, (qui vixit tempore patrum nostrorum, quia Fridericus fuit apud eum Neapoli et magnis ab eo honoribus affectus est) obsideret urbem Caietam, et multitudo non posset ali in oppido, emiserunt illi ex oppido multitudinem senum, puerorum et mulierum. Ibi cum emitteretur illa multitudo, dederunt quidam consilium regi, ut aliquos ex illis interficeret, ut illi coacti illo terrore et misericordia suorum facerent deditionem. Et dicit ipse scriptor: Parcat mihi Deus, qui et ego fui in illa sententia, et idem consului. Rex stetit aliquantum secum deliberans, cogitabundus tandem inquit: Imo mihi totum regnum Neapolitanum non tanti est, ut hoc faciam; et mox dedit mandatum, ut ducerentur in vicina oppida, et distribuerentur[65]) in hospitia, et dedit mandata magistratibus, ut hospitaliter exciperentur, nec laederentur, nec attingerentur virgines aut mulieres. Hoc cum illi viderent de muris et audirent, victi admiratione istius virtutis, statim ultro deditionem fecerunt. Ibi bene cogitavit sapiens rex, multo magis vinci homines sapientia ac iustitia quam crudelitate. Imo crudelitas saepe pertinaciores facit. Haec exempla sunt cogitanda.

CXLVII. Faber episcopus Viennensis edidit librum de caelibatu contra coniugium sacerdotum. Qui cum esset oblatus Erasmo, hos duos versiculos inscripsit:

Fronte careus si res agitur ubi seria rursus
Fronte carens si sic ludit amice Faber.

Hic Faber fuit homo petulans et obscoenus, Er hat zw Wien dem Schüster das weib abgespant.

CXLVIII. Postremum Eccii scriptum fuit defensio caelibatus contra coniugium sacerdotum. Obscoenus sane liber et plenus impietatis; non enim fuit cygnea cantio, sed accidit ei, ut dicitur: Felis fugiens pessime cacat.

63) D. Philippus] Cod.: D. *φ*.
64) Epist. Iudae vs. 6.
64a) Dubion] i. q. Dubena, Düben.

65) distribuerentur] Cod.: distribuerent

CXLIX. Fuit Stutgardiae vir quidam gravis et sapiens consiliarius Ducis Wirtebergensis, qui cum in aula nec paucas haberet molestias, nec tamen illis se liberaret, dicebat se habere canem multo sapientiorem sese. Ille enim cum semel male acceptus esset in aula a reliquis canibus grandioribus, quando herum sequebatur ascendentem in aulam ad consilia, postea non amplius ingressus est aulam, sed semper herum usque ad aulam comitabatur, deinde reversus est domum, veritus ne iterum in canes incideret. Sed cum ego toties in aula habuerim tam gravissimas molestias ac onera, tamen mihi ab aula non abstineo.

CL. Phocas tribunus militum cum oppressisset suum dominum, Imperatorem Mauritium, eumque cepisset, iussit sibi adduci victi Imperatoris coniugem, filios et filias, ut eos in conspectu eius interficeret, ac primum interfici iussit filias, inspectantibus patre Mauritio et matre honestissima coniuge, postea adolescentem filium. Aberat autem adhuc filiolus unus natu minimus apud nutricem. Hunc cum afferri iussisset, maritus nutricis misericordia motus adfert non alumnum, sed suum filium; tanta erat fides in eo homine. Sed cum aspexisset puerum Mauritius, interpellat Phocam monens hunc alienum esse, nec se velle calamitates suas in amicum derivare. Adfertur igitur Mauritii filius ac interficitur. Postea misera mater trucidatur, et in tanta calamitate nulla vox impia ex Mauritio audita est, sed adstitit spectator harum ingentium miseriarum et aerumnarum; sed cum ventum est ad coniugem, ibi demum Imperator sublatis oculis in hanc vocem erupit: *Iustus es Domine et rectum tuum iudicium*, volens fateri se reum esse et iuste has poenas sustinere. Denique vero et ipse alacri animo cervicem tyranno praebuit.

CLI. Maximilianus filius Ferdinandi natu primus, qui unus in absentia Imperatoris et eius filii Italiam et Hispaniam gubernat, cum forte in venatione cervum esset insecutus, et longius a suo comitatu discessisset, tum errabundus in sylva vagatus est. Tandem vesperi venit ad pagum, ubi hospitio exceptus a quodam rustico, qui cum habitum splendidum vidisset, coepit insidiari eius vitae, non agnoscens eum regem esse. Filia autem rustici regem praemonuit de vitae periculo. Vesperi vero rusticus in cameram angustam eum abduxit. Rex monitu puellae arcam, quae forte ibi erat, ianuae admovit. Noctu venit rusticus cum duobus filiis volens erumpere per ianuam; sed quia arcam appositam sentiebat, hortatur eum, ut ianuam aperiat. Rex respondet se nolle aperire, cum nullam honestam aperiendi causam habeat. Ibi rusticus parietem destruxit, et in regem nudum impetum facit, sed ab eo ictu bombardae mox interficitur, quo lapso proximum stricto gladio perfodit, cumque fieret tumultus et concursus hominum, rex[66]) coniicitur in carcerem. Mane adveniunt equites eum quaesituri, et cum eius equum forte adspexissent, percontantur, ubi sit. Re itaque cognita rex a vinculis liberatur, et cum suis ex pago discessit puella secum abducta [66a]), a qua erat praemonitus, et eam dotavit, pagus autem iussu imperatoris accensus est.

CLII. Fuit quidam Saxo, qui profectus est in Italiam, et consuetudo est, ut valde moderate vivant. Illi vero inter edendum apponebatur vitrum parvum, cum vino. Ille ebibit vinum atque alterum et tertium ebibit, et proiecit vitrum ad parietem, et dixit: Dat die gott wunden ſchkent, wat ſchal ick mit dem blackhorn macken, gef my en half ſtiwecken her.

CLIII. In primo examine Ecclesiarum pastor quidam, qui fuit monachus, interrogatus est a Philippo, an doceret etiam decalogum. Ipse respondit: Ich hab das büch noch nicht, et rectissime respondit, quia nec in capite, nec in bibliotheca habuit.

De puero Iesu.

CLIIII. Omnis sapientia mundi iure cedit cogitationi Ihesu Christi; quid enim est admirabilius quam nosse illum admirabilem et metuendum filium Dei pro nobis fieri victimam et propter humanum genus sic se demittere, ut habitu inveniatur ut homo. Zu Nazareth würdt er ſeinem vater haben helffen heüſer bauen, quia fuit faber lignarius. Was werden die von Nazareth ſagen, quando videbunt Christum sedentem a dextra maiestatis in excelsis? Haſtu nit mein hauß helffen bauen? wie kompſtu zu ſolchen großen Ehren? das iſt die hochſte weisheit, das wür wüßen, das ſich Chriſtus ſo tief vmb vnßeret willen hernider gelaßen

66) rex] sic scripsi; Cod.: ὤπεριχος
66 a) abducta] Cod.: adducta

hatt, vnd seine maiestaten vns zu gut so lang verborgen, primum vagit in cunis, pascitur lacte, postea exulat, reversus adiuvat patrem, vnd würdt der muter oft broth vnd drincken geholt haben, sie würdt auch oft gesagt haben: Jhesulein, wo bistu gewesen? kanstu nicht daheim pleiben? Ach das ist ein hoche weisheit. Multa sunt conficta de infantia Christi, sed is liber est apocryphus; multi offenduntur, quod diximus Christum fuisse fabrum lignarium, et tamen maioris scandali est, quod Christus crucifixus fuerit. Episcopus quidam Solinus oravit Deum, ut revelaret sibi, quid Christus fuisset ab infantia. Tum somniavit se vidisse fabrum lignarium et puerum colligentem ligna, et puellam venientem et vocantem utrumque ad prandium, ac Episcopus videbatur sibi edentes aspicere, puerum autem dixisse, cur non et ille ederet. Ea voce ita perterritus capite impegit in spondam, et sic expergefactus est. Quare Christum credo fecisse omnia puerilia opera, et tamen sine peccato. Saepe si penuria laborarunt parentes, puto ipsum divina potentia attulisse necessaria sine pretio. Quare enim in nuptiis mater, cum videret deesse vinum, freta exemplis, quae noverat, dixit vinum deficere, et tamen fecit primum miraculum. Quare credo matrem non tam ex conceptione, quam ex signis cognovisse filium suum esse filium Dei. Wer das künt faßen, der mocht sagen de summa sapientia. Nam quamvis Christus contemptus erat, desiderarunt tamen Angeli in eum prospicere vnd sagen: hic puer est Deus, et tamen hic se simulat propter perditos homines. Das muß ein guter frumer Deus sein. Si Caesar lavaret pedes alicui mendico, Deus bone, quam praedicaretur illud factum; sed filium Dei hoc facere nemo admiratur, et Gabriel tamen adorat hunc Deum. Quare haec est summa sapientia nosse Christum, hominem esse filium Dei, et meditari eius summam humilitatem. Man kan dem teuffel nit weher thun, den wen man von dem Jhesulein vnd seiner menschwerdung redet, darum gefelt es mir sehr woll, das man laut singet in der kürchen: Verbum caro factum est. Hoc non potest Diabolus audire, vnd muß etlich meil weichen. Si ita amamus hunc locum, so stundt es wol vmb vns. Quemadmodum autem omnia sunt simplicia et humilia in hoc Ihesulo, ita etiam Evangelium est simplicissimum et aptissima scriptura. Prophetae enim simpliciter docent, sed nihil ad nostrum Evangelium, da könt man kein großer einfalt gedencken, et tamen habet eos thesauros, in quos quoque angeli cupiunt prospicere.

Quanta sit vis orationis.

CLV. Nemo credit esse tantam vim et efficaciam orationis, nisi experientia id discat. Es ist aber ein groß ding, cum aliquis sentit causas necessarias et ipsam ingentem necessitatem, vnd kan dan das gebet ergreiffen. Das weiß ich, so oft ich gebet hab mit ernst, so bin ich gewislich erhört worden, vnd hab mer erlangt dan ich gebetten hab, vnser her gott hat woll zu zeiten verzochen, aber letzlich dannoch erhört, Psalm 55. Würf dein anligen auf den Hern, so würdt er dich versorgen. Ach wer das werffen wol lernen künt, der würdt erfaren, das es gewislich also sey, wer nit lernt solches werffen, der muß bleiben ein verworffen, zuworffen, vntherworffen, außgeworffen, abgeworffen vnd vmbgeworffen mensch.

De caelibatu.

CLVI. Augustinus caelebs queritur de nocturna pollutione. Hieronymus schlug sein hertz mit steinen, er könt aber die Junckfrauen nicht auß dem hertzen schlagen. Benedictus legt sich vnther die dorner, Bernhardus ita maceravit se castigans corpus suum, das es von im stanck. Das ist nit virginitas, credo quidem virgines habere stimulos; sed si sunt fluxus et pollutiones, non amplius sunt ibi dona virginitatis[67]), ibi remedium a Deo datum est accipiendum, Es sein solche leüt darin gewesen als wür sein. Petrus habuit socrum, ergo et uxorem, Iacobus frater et omnes Apostoli habuerunt coniuges praeter Ioannem. Paulus se nominat inter viduos; apparet, quod in iuventute fuerit maritus secundum morem Iudaeorum. Spiridion [68]) Episcopus Cypri erat coniugatus, sic et Hilarius[68]) et Cyprianus. Nam in exilio scribit epistolam ad suam filiolam, ut sit diligens et obediens et discat orare, Es hab im ein Reicher man zugesagt, wan sein döchterlein werd from sein, so wil er im ein gulden Rocklein keuffen. Ita pueriliter ad filiolam scripsit. Ego miror, quod isti sancti patres cum istis iuvenilibus tentationibus conflixerunt[68a]), et non senserunt sublimes tentationes in tantis officiis.

---

67) virginitatis,] Cod.: virginatis,

68) Spiridion . . . Hilarius] Cod.: Spyridion . . . Hylarius

68a) conflixerunt,] Cod.: conflixerint,

De die restitutionis omnium.

CLVII. Cum interrogaretur D. Martinus Lutherus, an in regno illo novissimo futuri essent canes et alia animalia bruta, respondit: Certe erunt; nam terra tunc non erit inanis et vacua; et Petrus vocat illum extremum diem diem restitutionis omnium, cum quidem coelum et terra mutabuntur. Sic et alibi clarius dicitur: Coelum et terram creabit, creabit etiam varios delphinos[69]), quorum cutis erit aurea et crinis ex margaritis, ibi tum Deus erit omnia in omnibus, da würdt keiner den andern freßen, sic bubones, serpentes et id genus animalia, quae propter peccatum originis sunt venenata et nocentia, tum non solum erunt innocua, sed etiam nobis grata et iucunda, et cum ipsis ludemus. Aber wie kompts, das wür es nit glauben konnen, so doch alle ding, was die schrifft sagt, geschehen sein usque ad hunc articulum resurrectionis mortuorum? peccatum originis est in causa, etsi peccatum originis meruit, ut multa animalia homini noceant, ut sunt lupi, ursi, et tamen Deus sit misericors, sic mitigavit illam culpam naturae, ut plura sunt animalia, quae prosunt et commodant, quam quae nocent, plures sunt oves quam lupi, cancri quam scorpiones, pisces quam serpentes, plus frumenti et segetum quam lolii et urticarum, plures boves quam leones, vaccae quam ursae, lepores quam vulpes, gallinae quam corvi. Et si quis diligenter conferat, multo plura inveniet bona ac frugi animalia quam nocentia, plura et maiora commoda in omnibus creaturis quam incommoda et damna. Nemo potest comprehendere animo, quanta beneficia nobis praestent quatuor illa elementa.

De gloria futurae vitae.

CLVIII. Futura gloria et vita multo maior erit quam quae fuit Adae in paradiso ante lapsum, et Adam si mansisset in innocentia et legem Dei non violasset, generasset quidem filios, sed non mansisset in illo statu in aeternum in paradiso, sed receptus fuisset in illam gloriam, non per mortem, mansisset enim immortalis, sed per translationem.

De libro naturae.

CLIX. Adam dürft kein büch nit, quia habebat librum naturae, et omnes prophetae, Christus et Apostoli citant ex hoc libro, ut de dolore parturientium, de societate membrorum humani corporis. De lege naturae similitudo mihi videtur iucundissima apud Paulum. Diversa sunt et membra corporis, sed nullum carere potest altero, Einer dienet dem andern; wen die augen nicht sehen, wie solte man die füße zerstoßen! wen die hendt nit grieffen, wie solt man eßen? wen die füß nit giengen, wie wolten die hendt nemen? Aber der Magen, der faule wanst, leit mitten im leib, vnd lest sich mesten wie ein Saw; wen im nun die hendt nichts geben wolten, so würden sie auch nit baldt greiffen konnen. Haec docent mutuam caritatem inter homines, in illa pictura Graecorum de caeco et claudo, qui mutuis officiis sibi profuerant, sed hoc est pulchrius, quod etiam remissio peccatorum in hac pictura depicta est, Es trit ein fuß den andern, Es beißen oft die zen die zungen, man stößt offt mit einem finger in die augen, da muß R. pec:[69a]) sein, sonst kündt man nit eins bleiben.

Regula D. Martini Lutheri.

CLX. In articulis de trinitate, de incarnatione et de sacramentis non est nobis speculandum. Iudicia enim Dei et hominum sunt diversissima. Nobis est cogitandum de illius morbo, quod illius potentiam et bonitatem nobis praescribit seu describit, dem sollen wür es befelhen, der würdt es wol machen vnd nicht verderben. Christus est personaliter in humanitate, corporaliter in sacramentis; wie aber solches zugehet, non est nostrum investigare, nemo potest rationem reddere, cur Deus Ninivitis pepercerit[70]) et cur non Sodomitis pepercerit.

De praedestinatione.

CLXI. In praedestinationis disputatione ist nutzlich vnden anfahen de Christo, da findt man vnd hört den vatter; dan alle, die oben angefangen haben, die haben den halß zerstürtzt. Sic ego audivi de Carolostadio in disputatione de praedestinatione, wen das solt sein, sagt er, so wer so mehr in die heel gerendt als getrabet, vnd Islebius sagt: ich hab sorg, es werdt neg regnen, et Müntzer,

69) In Lutheri Tischreden ed. Foerstemann et Bindseil P. IV. p. 290., ubi idem narratur, haec animalia nominantur „neue Pelverlin und Hündlin."

69a) R. pec:] sic Cod. pro: ratio peculiaris (?)

70) pepercerit] Cod. h. l.: pepercit

cum illi proposuissemus sententiam Pauli Rom. 9. Quos sanctificavit etc. sagt er: Ich weiß ia mer sprüch woll. Darum stießen sie sich hart in disputatione, dan es wolt keiner an Christo anfangen, vnd an dem lernen, vnd got sagt: Hunc audite. Et Christus dicit: Nemo venit ad patrem nisi per filium. Aber sie wollen Christum vnd sein wort nit, wie auch Müntzer sagt (das es im got verzeihe): wen Christus nit mit mir reden wolte, so wol ich auch. Darum gieng er auch zu boden, vnd der Muntzer richtet die erst sect an mit dem geiste vnd verachtet das vocabulum verbum. Carlstat hielt nichts vom Sacrament. Da kamen die Sacramentarii auß vnd widerteuffer riechten auch secten an. Es sein drey harte secten, es werden auch nach vnserm tod vil secten auferstehen, got helf vns.

Aliud de praedestinatione D. Martini Lutheri.

CLXII. Ego vexatus sum hic cogitationibus de praedestinatione, quod Deus mecum facturus esset, sed tamen in totum repudiavi eas et reieci me in revelatam voluntatem Dei, wür kunen es nit hocher bringen, occulta voluntas non potest pervestigari[71]) ab homine, et Deus celat eam propter sapientissimum spiritum Diabolum, ut is fallatur. Nam revelatam, dicit, ex vobis sibi retinet Deus, wür haben genuch an der Doctrina Christi zu lernen, in qua se revelavit pater, sed stulti sumus, quod neglecta voluntate patris in Christo scrutamur mysteria, quae sunt occulta. Darum sturtzen ir auch viel die helß.

Quem Deus vult, indurat.

CLXIII. Verbum indurare estne in propria vel figurata locutione accipiendum? Respondit doctor, proprie intelligendum esse, sed non active, quia Deus non cogit mala, sua autem omnipotentia agit omnia; ergo ut reperit hominem, ita agit. Pharao sua natura est malus, induratur autem, quia Deus non impedit suo spiritu et gratia illos conatus impios; quare vero non impediat, non est nostrum inquirere. Quare quid ego faciam, tu nescis; sed respice verbum, Credo Christe et Ich wil es wol machen. Si Deus interrogaretur in postremo iudicio, quare permisisset Adamum cadere, ille responderet: ut bonitas mea possit intelligi erga genus humanum, cum pro salute humana dat filium.

De casu desertionis.

CLXIIII. Zw wißen NN. Es sein zween ghen Wittenberg kumen vnd vns 2 schriften fürgelegt, darin der wurdige her et Pfarher vnd Superintendents zu N. nach der lenge angezeigt, das er zeügnuß verhöret, das gedachte S. Eheweib N. von irem Eheman N. weggeloffen sey on seine schült, vnd endlich bey im nit sein wölle, wie solches ir vater zum zeügnuß meldet vnd saget, er hab nun ein Iharlang nicht mögen erfaren, wo sein dochter sey vnd ob sie bey leben oder tödt sey, wie gemeldets schreiben weider meldet. Auf diese schrift hat Vc.[71a]) sein noth angezeigt, das er auß dem Ehestandt mit gutem gewißen nit sein kone, vnd hat gebeten im zu rathen, dieweil in sein Eheweib mutwilich verlaßen vnd nicht widerum zu im wöle, damit er ledich gesprochen wurde, vnnd ein andere christlich freyhen mochte. Nun haben wür diese zeügnuß fleysich verlesen, vnd so diese sach so[72]) ist, wie des Mans vnd ires vaters aidt anzeigt, wie wür glauben, so ist diesem N. auf sein bitt von der N. durch die seelsorger an dem orth, da er sein wonung hat, ledich zu sprechen, vnd im zu erlauben, das er sich Christlich widerum in den Ehestandt begebe mit einem andern frommen weib, wie der Her Christus klar sagt, das der Ehebrüch die Ehe scheidet vnd die vnschuldigen Person frey mache, vnd Paulus spricht dergleichen von mutwilliger verlaßung, vnd ist also in der Christlichen kürchen gehalten worden, das der vnschuldigs Person sich widerum in den Ehestandt zu begeben erlaubt werde, wie dieses auß der schrift Iustini Martyris zw beweisen ist, welche angezochen ist in dem Eusebio lib. 4. vnd auß der Historia Fabiolä bey Hieronymo, damit aber sölches ledig sprechen ordenlich geschehe, ist ein citation durch die hern seelsorgern offentlich an die kurchen anzuschlagen geordnet, darin das verloffen weib citiert werde, sie erscheine oder nicht, so geschehe doch, was recht ist. 7 Februarij Anno 1544.

Aliud.

CLXV. Wen eine ein Jar von irem man lauffet, so soll er sie[73]) nit mer zu sich nemen, ein fraw muß bey irem man bleiben, sol nit der hurerey nachlauffen vnd dem armen man die kinder auf dem halß

71) pervestigari] Cod.: p̃vestigari (i. e. praevestigari)

71a) Vc.] sic Cod. pro: Vocatus (?)

72) so] Cod.: nicht so

73) sie] Cod.: sich

ſitzen laßen, deßgleichen auch ein man. Hie war einer, ein böſer menſch, der nam eine vnd macht ſie ſchwanger vnd lieff daruon, vnd da ſie auß den wochen kam, kam der bub wider, vnd ſchwangert ſie wider, das thet er ein mal oder vier, lief hin, das niemandt wüſt, wen er wider kem, ſo ſolt man im den kopf für den anſchlagen, da kam er nit mer wider. Canones primum post septennium solvunt coniugium, der teuffel wardt ſo lang. Ego non satis possum mirari, canonistas ita adulari Papae, ſie ſein des Papſt arſchlumpffen, des Papſt Eſel, Ich muß noch die jungen Theologos wider die Canoniſten vnd Juriſten anrichten vnd inſtigiren, wie die Juden ire kinder wider die Chriſten, ſie ziehen ſie auf die Doctores, ſo haben ſie vns gelert. Ich hab auch viel gelernet, das doch nicht recht iſt.

De malis cogitationibus a Diabolo immissis.

CLXVI. Omnis tristitia a Diabolo est, quia ipse est dominus mortis, ac tristitia erga Deum est certissimum opus Diaboli proinde, si tibi mala cogitatio incidit de Deo, quasi nolit tui misereri aut velit te perdere et occidere, aut cum tales cogitationes tibi incidunt, tibi iam esse moriendum, conclude mox, illa cogitatio est a Diabolo, quia non est ex Deo. Deus non contristat, non terret, non occidit, sed est Deus vivorum, ideoque et misit filium suum unigenitum non ad deterrendum, sed ad conservandum et consolandum. Hinc etiam mortuus est Christus, ut esset Deus mortis et iustificaret, et mortem destrueret. Ideoque sic scriptura ubique loquitur: Gaudete, confidite, ego vici mundum et mortem, aculeus mortis in me est fractus et hebetatus. Itaque cogita in talibus cogitationibus te non amplius esse filium hominis, sed Dei per fidem in Christum, cuius nomine baptizatus es, mors non potest te damnare. Sed Sathan non sinit tales cogitationes nobis incidere de Deo, et in tentationibus istae cogitationes de Deo obscurantur et non incidunt, cor humanum tum captum est lege, morte, peccato, ut articulum iustificationis et fidei non admittat: Credo in Iesum Christum. Contra omnis laetitia et pax a Deo est, et Deus ipse, Spiritus sanctus enim est immensus, Er iſt der mut vnd troſt in tentationibus et periculis mortis, Er ſpricht mutig herauß: weg ſunde, todt, teuffel vnd heel, laſt mich zufriden, du haſt hie an mir kein theil, wiltu mich nit lebendig laßen, ſo ſterb ich, es würdt dir aber nit geben, ſchlegſtu mir den kopf ab, es ſchad mir nichts, ich hab einen, der mir in woll wider kan auf ſetzen.

Consolatio alicuius tentati.

CLXVII. Melior est tentatio[74]) quam securitas. Est autem duplex tentatio corporis et animae. Conscientiam vexat Sathan mendacio et calumniis, perterrefacit peccato, lege et deinde corporis alio modo. Nullus sibi eliget tentationes; si qua vero incidit, patiatur et sciat sibi profuturum. Sic enim oportet nos experientia dicere, quod Sathan sic patet mendacii et homicidii autor. Sis fortis in domino, Es würdt böſer werden, würdt man vns Chriſtum auß dem himel ſtoßen, ſo wollen wir vns an den nechſten baum hencken, den wir finden, es würdt aber wol bleiben. Si ex tentatione patientia oritur, ſo hebt ſich des teuffels freüdt an. Ita ipse Iob primo patientissimus est, postea fracto animo in hanc vocem prorupit: Deus irascitur mihi et omnem misericordiam exuit, cum tamen non potest non esse misericors, sicut enim naturam suam non mutat, ita etiam misericordiam suam mutare non potest. Itaque credo, quod Deus finem facturus sit tentationis suae, Spiritus etiam necat. Quae sint, ut non sint, neque tu solus es, qui tentaris, sed invenies varios varie tentatos, ut dixit David: Dixit in excessu meo etc. Psal. 33. In summa nemo tam fortis est, ut non possit resistere Diabolo. Ego hunc versum didici experientia: Lavabo per singulas noctes pedes meos, lachrymis lectum meum rigabo, nunquam tamen praevaluit Sathan, quia er hat ſich an Chriſto verbrandt. Solus Gerson de tentationibus spiritus scripsit, alii omnes externas tantum et corporales senserunt. Ideo etiam Iobus valet ad consolandum conscientias, quia experientia didicit, non tantum eo pervenit, ut conscientias in Christo erigere et consolari posset, sed tantum extenuatione legis lenivit malum urgens, als es muß der teuffel vnd todt hardt ſein, sed Paulus ſtöſt dem vaß den böden auß, dicit legi non esse fidendum, sed Christo, biſtu, ſagt er, nicht from, ſo iſt er frommer. Et hoc est artificium transire a peccato nostro ad Iesum Christum, dz wir gewiß wißen, quod Deus sit iustitia nostra.

74) tentatio] haec vox superscripta est voci deletae: tristicia.

Alia tentati consolatio.

CLXVIII. Dominus Deus noster Deus humilium et afflictorum, qui perficit virtutem suam in talibus; si omnes essemus robusti, superbiremus, Deus non potest melius ostendere suam potentiam, nisi in infirmitate nostra. Lychnum fumigantem non extinguit, Diabolus contra cupit penitus extinctum, Deus amat et odit tentationes, amat, quando nos ad orandum et flendum illae provocant, odit, quando propter eas desperamus. Ist euch woll, tunc psallite, orate et sperate, quia beneplacitum est Domino super sperantibus in misericordiam eius. Est tempus belli, pacis, stultitiae, sapientiae et tristitiae, wen dir ein tentatio kombt, frag den teuffel: in welchem gebot stet das geschrieben? so er nit anzeigt, so sag tröstlich: tu nebulo laß mich mit deinen lamen Zotten zufriden; wil die tentatio noch nit aufhoren, so examinire in in nomine Iesu Christi, diese müntz ist vns verboten zu nemen, es sein nit Vngarische oder Bohemische pfennig, sondern sein von dem teuffel geschlagen. Tanta est gratiae magnitudo, ut sine tentatione et angustia non percipiatur. Ego si a tyrannis et superbissimis fratribus non tentarer, superbissimus essem in donis meis, ich füre mit meiner leidigen kunst zum teuffel. Nunquam omnem rem Deo, sed meis viribus adscriberem omnia, ut ergo non efferar, colaphitat me Deus ac tot et tantis me vexat adversariis. Esto ergo bono animo, Deus te rursus consolabitur, Deus toto meo corpore exhausto tentationibus ita abunde me adiuvit et erexit, das ich ander blut vnd fleisch hab vberkomen. Dedit mihi praeterea uxorem ac liberos, das ich auch die selbig zeit nicht het durffen mich vntherstehn allein zu gedencken.

Von der Zauberey.

CLXVIIII. Gott gibt dem teufel vnd Zauberinnen auf zweyerley weiß gewalt vber die menschen, Erst vber die gotlosen, wen er sie straffen will von wegen irer sunde, zum andern vber die fromen, wen er sie versuchen will, ob sie bestendig in dem glauben bleiben wöllen, den on gottes vnd vnser verwilligung kan vns der teuffel nichts schaden, den also spricht er: wer euch anrhürt, der rhürt mich an, ja mein auchapfel, vnd Christus sagt: an den willen des vaters rc.

Diabolum scire malas cogitationes hominum.

CLXX. Dicunt Theodorum concionatum esse, Diabolum nescire nostras cogitationes, Aber ich halt nicht, das er also geprediget hab. Nam scriptura est clara Diabolum immittere malas cogitationes in cor hominis et tenere captivas mentes. De Iuda Iscariote scit, et cogitationes Cain novit eodem modo, sed subiicit illi, ut interficeret fratrem. At piorum cogitationes die weiß er nit alle, donec erumpant foras, dan Christus ist im zu starck, et ut in corde Christi nihil intelligit, ita et ubi Christus habitat in piis, da kan er nit hinein sehen, Aber ein gewaltiger geist ist er, wie in Christus nennet principem mundi, vnd scheist schendliche gedancken in das hertz, blasphemiam et desperationem, das sein ignita spicula. Papistae illi nullam aliam sciverunt tentationem quam libidinis, et putant Paulum exarsisse in iram; nam et sancti de nulla alia scribunt. Benedictus aliquando tentatus cogitatione libidinis, nudum se immisit spinis vnd zerkratz im den Arsch nur woll, sed Diabolus videt ea omnia vnd gedenckt: O wen sie nit den treck zu keihen haben, so dencken sie kein verbum, darmit lernen sie immer, waß verbum heist, der tentation ist noch woll zu rathen, dieweil noch Junckfrauen vnd weiber vorhanden sein, Aber tentatio de blasphemia de iudicio Dei, ibi nec peccatum intelligimus nec remedia novimus. Scribunt de moniali Bachida, ni fallor, illa tentata libidine, optavit aliam quamvis gravem tentationem sibi a Deo immitti. Exauditur, tentatur de blasphemia, Deum ipsam damnaturum; hanc ferre non potuit, sed petiit, ut altera rediret.

Quaestio de separatione coniugum.

CLXXI. Potestne coniunx propter religionem discedere a marito? Respondit D. Phil. Melanthon[75]): Non, quia politica vincula non solvuntur propter religionem. Casus. Quidam propter commissum furtum aufugit relicta uxore, sed coniunx tanquam furti rea in carcerem coniicitur, cumque negaret se participem esse illius criminis, precibus bonorum virorum liberata est. Mox profecta in aliam regionem nupsit ibi alteri. Iam quaeritur, utrum ibi fuerit legitimum coniugium, et quomodo vir, qui hanc in uxorem duxit, si ob id malam conscientiam habet, sit consolandus. Respondit D. Pomeranus: Si mulier potuisset sequi virum, quamquam furem, debuisset facere, sed quia maritus non rediit ad eam, fuit excusata, quia alteri nupsit, et qui

75) Phil. Melanthon] Cod.: φ. M.

duxit eam, potest habere bonam et tranquillam conscientiam.

Similis quaestio.

CLXXII. Si ab impotenti separatur coniunx et nubit alteri, num erit excusata? Respondit D. Pomeranus: Si cognitum esset virum fuisse natura impotentem, ita ut non possit satisfacere, rectum est; sed si per accidens ad tempus aliquod factus sit Eunuchus, et postea invenitur potens, non recte fieri potest divortium.

Triplex ira Dei.

CLXXIII. Oeconomica ira ist nur unsers Hergots buchsenspiel, das gibt nur ein rutten streich oder schlag. Sed politica ira nimbt weib und kindt hinweg, per caedes, bella et alia mala publica. Deinde ecclesiastica ira, da gilt es die seele in der helle. Invidia und Superbia sein zwey vitia, die schmucken sich gleich wie der teuffel sich in die götheit vergleichet. Invidia will Iustitia, und Superbia will Veritas sein, Mönchs Pantoffel ist das holtz von dem feigen baum, dazu Christus gesagt hat: verdampt seistu, das du nimer kein frücht mer tragest.

Pavo.

CLXXIIII. Pavo non potest sui similem aut rivalem ferre, si enim in aqua suam videt imaginem, so erseüfft er sich darüber, er hat ein englisch gewandt, ein diebischen gang, und ein teüflisch gesang.

Aeruca.

CLXXV. Hic nocentissimus vermis pulcherrimos habet colores, sicut et papa, qui pulchrior est Caesare et nocentior Diabolo.

Serpens.

CLXXVI. Typus est mendacii. Nam mendacium sicut serpens semper est torvosum. Serpens enim est torvosus sive stat sive serpit, sed mortuus rectus est.

Magistratus.

CLXXVII. Magistratus ist eben wie ein hammen, Deus autem dici potest der sturdel, damit man die fisch in die hammen iagt; den wo ein dieb reif ist, so iagt in gott der Magistratui in den hammen, dz er in fehe und im nach seinem verdienst löne. Ideo scriptum est: Dominus iudex est in terra, ideo nihil peccaveris aut patiaris.

Litania.

CLXXVIII. Litania litaniorum est oratio dominica, Eruditio eruditionum est decalogus, Virtus virtutum est symbolum seu fides. Nam sicut oratio dominica omnia copiosissime, optime et pulcherrime facit et exercet, ita haec trinitas perficit et absolvit hominem in cogitando, dicendo, agendo, mentem et linguam colit ad suam perfectionem.

CLXXIX.

Vetus testamentum fundatur { in lege / in operibus } { primo est conditionale; II est servorum; III dicitur: si feceris; IIII est debitum; V est opus hominis }

Novum fundatur in promissione gratiae { primo est absolutum; secundo est liberorum; tertio dicit: ego faciam; IIII est donum; V est opus Dei. }

Promissiones duplices {
Aliae { De factis, et hae non mutantur, sed sunt aeternae. / De factis nostris, et hae mutantur a Deo. }
Aliae { Conditionales, et pendent ex nobis. / Liberae, quae quia sunt fundatae in verbo Dei et ipso Deo, qui non mutatur, ideo promissio legum est temporalis et mutabilis. / Evangelii aeterna et immutabilis. }
}

CLXXX.

Ubi	Multi	imperant	ibi dignitas habetur pro	libertate, quae abit in licentiam.
	Pauci			opibus et nobilitate.
	Boni			virtute, et hoc imperium est felicissimum.

Somnia.

CLXXXI. Sathan nunquam cessat homines sollicitare et vexare, ita ut etiam noctu et in somnis vexet inquietis somniis et angoribus, atque adeo ut totum corpus diffluat sudoribus prae illa nimia angustia. Ad haec dormientes ducit extra cubicula in loca praecipitia et periculosa, quos si angeli non custodirent, caderent et perirent.

Summum ius.

CLXXXII. Quidam molitor habebat asinum et vicinus piscator scapham, uterque non alligarat rem suam. Casu autem accidit, ut asinus ascenderet in scapham, quae per hunc motum amota est; asinus una cum scapha periit. Quaeritur, uter alterum iure accusare potuerit[76]), ob der Esel den khan oder der khan den Esel hab hinweg gefürt. Quidam ex assidentibus dixerunt esse casum fortuitum, et utrinque negligenter peccatum esse, itaque inquit D.: Summum ius non est praestandum, sed potius aequitas, sic et Theologi docere debent homines, das die leüt nicht zu heilich noch zu böß werden. Ideo secundum aequitatem omnia iudicanda sunt

Ein junger	Jurist	wil haben	summum ius
	Theologus		summam sanctitatem
	Magistratus		summam obedientiam.

Prudentia in ambienda uxore.

CLXXXIII. Res longe miserrima est habere vitae sociam infidam ignoranter; sed scienter et publice ferre molestissimum est, sicut apparet in pavone, qui, ut ferunt, similem vel rivalem ferre nequit; proinde si in aqua imaginem suam conspicit et eam impedire nequit, se ipsum submergit. Moneo itaque eos, qui procantur et uxores ambiunt, ne temere agant affectibus suis tantum obsequentes, sed Deum orent, das ist sehr von nöthen. Acerbitas quaedam in uxore ferenda est.

76) potuerit] Cod.: potuit

Diabolus cognoscendus ex inspectione Decalogi.

CLXXXIIII. Sicut Deus est thesis Decalogi, ita Diabolus est antithesis eius, ita si voles veram imaginem agnoscere, perpende diligenter Decalogum. Diaboli caput est contra primam tabulam, nempe Deo non confidere, ipsum non timere, non diligere, nec veram gloriam ipsi attribuere. In secundo praecepto comperitur Deum blasphemare[77]), contra ipsum murmurare, nomine eius pessime abuti. In tertio est contemptus verbi, nolle audire Deum loquentem, sed cavillari, illum contemnere, persequi et negligere ministros verbi, adeo ut fame pereant, omnem praeterea cultum flocci pendere. Secunda tabula continet corpus Diaboli. Nam quartum praeceptum, parentes contemnere, eis nolle obedire, eos iniuria afficere, seditiones contra magistratus movere, est pectus Diaboli dissolutum. Quintum praeceptum, occidere, odisse, irasci, omnibus hominibus male velle, prodere, invidere, hoc est ipsius cor. Sextum, adulterium, esse fornicatorem, incestum, mollem, Sodomitum, incontinentem, impudicum lingua et gestu, est venter Diaboli. Septimum, neminem iuvare, cunctis hominibus aut fraude sua nocere aut vi defraudari, deglubere, iniuste[78]) parta confirmare, merces adulterinas vendere, haec sunt manus et ungues illius. Octavum, detrectare, infamare, cavillari, calumniari singula, haec est voluntas eius, das ist das freundtlich bildt des teuffels. Nunc fingito tibi te videre hominem perditissimum et desperatissimum, da sihestu den teuffel leibhaftig. Christus illum depinxit paucissimis verbis, mendacem appellans contra primam tabulam, et homicidam contra secundam, primo enim falsa disserit, falso cultu homines pios die noctuque sollicitat, et quo sunt homines sanctiores, eo ferocius exagitat, speciosis cultibus alliciens, quibus avellat a Deo et vero Dei cultu. Cultus

77) blasphemare] Cod.: plasphemare
78) iniuste] Cod.: iniusta

Moloch omnium erat speciosissimus et tamen summum mendacium, quia homines ad lustrationem dilectissimorum filiorum adigebat et horrenda Idola, das ein mensch sein eigen kindt würgen soll, sicut in papatu, quo quis plures ad monasterium detrusisset, eo sanctior habebatur. Deinde quod Diabolus homicidas quotidie tentet, experientia satis comprobat, quare sibi quilibet ab eo caveat, quantum potest. Mendacium est Papae, homicidium est Turcae, crux et persecutio lehret nur die gülden künst.

CLXXXV. Mendacium est quadruplex.

Primo est iocosum, ein guter lecherlicher boß, quo delectantur homines vel gaudio quodam afficiuntur. Secundum est officiosum, quod proximo commodat, ein gute nützliche liegen et ex charitate fluit, ut proximus eo servetur, quale fuit Abrahae, cum diceret Saram sororem suam fuisse, et quae est Elisaei 4. Regum cap. 6.: Non est via haec nec civitas. Tertium est perniciosum, nach weltlichem lauf liegen vnd triegen vnd schaden. Quartum est impium, quo Deus blasphematur. Duo priora sunt laudanda, quia non obsunt; posteriora non sunt ferenda, quia et Deum et homines laedunt. Est autem aliud genus mendacii necessarium, quanquam non multum a secundo differat, et hoc fieri sine peccato potest, si non accesserit iuramentum, warlich, trawen, oder bey Got.

CLXXXVI. Propositiones.

I. Fides nunquam deficit, si cessat in Petro, regnat in latrone.
II. Recordatio peccatorum gestorum est consolatio et alimentum fidei.
III. Nunquam audivi autorem haereseos conversum esse.
IIII. Omnis idololatra[79]) est avarus et quo religiosior, eo avaritior.
V. Vera iustitia habet compassionem, falsa indignationem.
VI. Omnis iustitiarius est severus et tristis.
VII. Durch die werck geben wür zuchgut, aber durch den glauben empfangen wür das erbgut.

CLXXXVII. Dorf unde dicatur.

Osiander a durfen, eo quod indigeat urbibus, Brentius dictum putat quasi thor auf, quod careat portis, Lutherus vero quasi vorauf, quod sit suburbium.

79) idololatra] Cod.: Idolatra

CLXXXVIII. Prophetia duplex.

Communis, quae de futuro loquitur sine certa persona, loco, tempore, modo. Sic omnis Christianus prophetat impiorum perditionem, iustorum salutem, mutationem regnorum, populorum, morum, rerum. Nec hanc habent impii, sed divinant ipsi contraria. Specialis, quae de futuro loquitur, cum certa persona, loco, tempore, modo. Sic prophetae de Christo vaticinati sunt.

CLXXXIX. Imago mortis.

Homo dormiens similis est mortuo. Ideo non sine causa finxerunt somnum fratrem mortis. Item mors et vita depictae sunt in vicissitudine diei et noctis.

CXC. De monstroso partu.

Quaedam mulier enixa est partum gliri similem, et statim voluit currere ad antrum muris sub scamnum. Dicebat dominus D. Mart. Lutherus id esse argumentum, quod virtutes animorum tam magnae sint, ut etiam corpora possint immutare, et cum interrogaretur, an esset baptizandus, respondit: non, den ich halts nur pro anima vegetativa.

CXCI. Tres persecutiones Christianorum.

I. Mali sunt, qui nos persequuntur gladio et potentia, quod est peccatum contra patrem.
II. Peiores sunt sectarii, qui peccant humana sapientia contra filium.
III. Pessimi sunt falsi fratres, qui ex mera peccant malitia contra spiritum sanctum.

CXCII. Praedicator pius.

Praedicator pius similis est apibus. Apis parvum animal mel conferens, hat dennoch einen stachel. Ita praedicator pius suavissimas habet consolationes, irritatus tamen ad iram alios etiam mordet.

CXCIII. Collatio cuculi et papae.

Cuculus ebibit corrucae ova et sua imponit, postea exclusus non potest foveri, qui semper est leprosus, tandem vorat minorem, nec potest

ferre lusciniam. Ita papa est cuculus, devorat Ecclesiae sua ova et cacat cardinales, postea vult etiam devorare ipsam Ecclesiam, in qua natus et educatus est, nec potest ferre cantilenam lusciniae, id est, bonorum.

CXCIIII. D. M. Lutherus dicere solitus est:

Itzt hat man gute bücher vnd böse schüler, aber vor zeiten hat man bose bücher vnd gute schüler, so auch guldene Priester vnd hultzene bilder, finstere kürchen vnd lichte hertzen, sed iam hültzene pfaffen, güldene götzen, lichte kürchen vnd finstere hertzen.

CXCV. Lex.

Ein grosser berg, dicit praesumptio Ich wil hinnuber, dicit hypocrisis Du kanst nicht, respondet agnitio peccati So wil ichs lassen, dicit desperatio	Ita lex aut praesumptionem aut desperationem operatur.

CXCVI. Ius naturae.

Mala est definitio iurisconsultorum, qui vocant ius naturae, quod commune est omnibus hominibus et bestiis. Necesse est enim in iure naturali distinguere hominem tanquam dominum a caeteris bestiis. Ubique tribuendum est aliquid excellentius praeter caeteras bestias. Rectius igitur diceretur aliud esse ius naturale brutale, aliud rationale. Ius est, quod fieri debet. Quinque et tria non debent fieri octo, sed sunt iam. Sic Ius proprie dicitur ius naturae in bestia, quod se defendit. Defendere enim fit sua sponte et est ipsa natura, res igitur est in bestia, non ius, quod tantum in homine existit, gignere et alere sunt tantum facta res, non iura. In omni iure muß das sein; zu der saw darf man sagen, das sie essen soll.

CXCVII. Confessio extorta tormentis.

Si quis impatientia doloris, cum tormentis subiicitur, confitetur crimen, quod non commisit, impie facit, quia contra conscientiam facit. Iudex autem non peccat, si propter illam confessionem eum damnat, sicut factum Davidis ostendit: Occidemus illum, qui dicit a se occisum Saulum esse.

CXCVIII. Tria impossibilia naturae.

I. Penetratio dimensiva, ut longitudo corporis ac latitudo maneat eadem, et tamen duo fiunt.

II. Vacuum

III. Infinitum.

Haec tria impossibilia sunt naturae, sed possibilia duo. Sic in sacramento est penetratio dimensiva, et tamen utrumque retinet suam quantitatem, et utrumque hanc qualitatem non excedit. Als ein wurffel in den andern werffen, ut tamen duo maneant, et etiam sint unum eadem qualitate.

CXCIX. Iocus.

Quidam molitor in passione repraesentans personam Christi, cum quidam ei exprobrarent crimen furti, respondit: wer ich itzündt nit vnser hergot, ich wolt eüch wol bezalen.

CC. Roma basis inferni.

Ist eine Hell, so stehet gewiß Rom darauf. Tanta fuit Romae scortatio, ut nefas sit dicere. Sub Iulio Papa fuit cardinalis, qui duxit uxorem, et coactus est eam deserere, et post annum illam recepit. Mortuo cardinale uxor flevit conquerens se probum virum habuisse, quia una uxore contentus fuisset. Ibi omnes cives clamarunt admirabundi: O sancta Maria!

CCI. Pluralizare.

Papistae suam autoritatem probarunt, dz ein vater seinen sohn, wen er ein pfaf würdt, soll Ihr heißen, quia David filium suum Christum dominum Psal. 110. appellat. Sic mater quaedam ducens filium suum die Georgii ad scholam, dixit: Ey wie schwer würdts mich ankumen, wen ich meinen son werde sollen Ihr heißen.

CCII. Octo[80]) praedicamenta in Evangelio.

I. Substantia est revelatio divina, quod pater, filius et spiritus sanctus[81]) se revelavit in baptismo Christi.

II. Quantitas est, quanta res sit collatione aliarum rerum, quod maiestas per se aperto coelo descendit, non Angeli, non Moyses, sic res ostenditur in definitione, cum magnitudo rei declaratur.

III. Qualitas, wie freundtlich vnd lieblich ist es zugangen. Nulla fuit significatio irae, nulla arma, nulla tonitrua.

---

80) Octo] Cod.: Decem

81) spiritus sanctus] Cod.: SS.

IIII. Relatio potest esse antithesis item quod homo et Deus peccator.
V. Actio sunt fructus qui sequuntur.
VI. Passio waß man darüber leidet.
VII. Ubi ubique.
VIII. Situs, quod alii docent, alii docentur, alii audiunt.

CCIII. Teucrion.

Teucrion Je lenger ie lieber medetur morbis splenis. Nomen habet a Teucro, fratre Aiacis. Telamon habuit duos filios, Teucrum et Aiacem. Ex Hesione[81a]) habuit Teucrum, postea duxit aliam nobilem, ex qua fuit Aiax. Teucer debebat esse custos et dux Aiacis, cum proficisceretur ad bellum Troianum; sed cum Teucer rediret domum amisso Aiace, exclusus est a patre, profectus est in exilium, et ibi condidit urbem Salaminam, in qua habitavit Telamon. Cum ibi sacrificasset et imposuisset herbas utrinque decerptas, animadvertit Teucrion assumere superfluitatem splenis. Ideo et suo spleni imposuit, quia fuit melancholicus, et illi herbae suum nomen indidit, alias nominatur asplenum. Vidi Franckfordiae inter reliquas primas virginem sedentem, quae habebat coronam ex Teucrio, ibi erant addita haec verba: Je lenger ie lieber ich bin allein, den trew vnd glaub ist worden klein.

CCIIII. Conditiones boni praedicatoris.

I. Debet esse[82]) *διδακτικός*. II. Er sol einen feinen kopff haben. III. Er sol ein gute stim haben. IIII. bonam memoriam. V. eloquentiam. VI. sol fein wißen auf zuhoren. VII. sol feines dings fleissich wardten. VIII. Er sol leib vnd leben daran setzen. IX. Er sol sich von Jderman deuschen laßen.

CCV. Concubinatus Iudaeorum.

Concubinatus Iudaeis fuit permissus et licitus etiam lege Moysi Exodi 21.: Si quis duxerit virginem non desponsatam etc. Fuit praeterea Iudaeis impositus ac institutus provehendi sexus muliebris causa, ut viduae et pauperes puellae haberent in concubinatu victum et amictum. Quare non fuit Iudaeis gratus, sed potius molestus, Sie habens mußen auß großer noth thun, non ex libidine oder furwitz. Si quis ex familia evehebatur ad dignitatem aliquam, aut alioquin dives fiebat, zu dem hielten sich alle seine freündt, dise müst er ernöhren. Iudaei habuerunt plures uxores, die werden in sein müde geworden, et coacti sunt plures habere necessitate consanguinitatis et promissionis. Nam promiserat Deus, quod vellet semen eorum multiplicare sicut stellas in coelo et arenam maris. Ad hanc promissionem explendam cogebantur plures uxores ducere.

CCVI. Quod in creaturis reperiatur trinitas.

In sole est substantia, calor et splendor; in fulminibus substantia, fluxus et potentia, sic et in avibus; in astronomia motus, lumen et influentia; in musica Re mi fa[83]); in geometria tres dimensiones: linea, superficies et corpus; in grammatica tres partes orationis; in arithmetica tres numeri; in rhetorica dispositio, elocutio et actio seu gestus; inventio est artium seu materiae; in dialectica: definitio, divisio et argumentatio. Sic res quaelibet habet pondus, numerum et figuram, ita Musica b fa ♮ mi est Evangelium, caeterae claves sunt lex, lex obtemperat Evangelio, et b fa ♮ mi regit caeteras claves et est suavissima.

CCVII. Papa habet triplicem coronam, unam contra

Deum	Caesarem	Hominem
	Damnat	
Religionem	Politiamque, interdicit ius Caesareum	Oeconomiam, prohibens suis matrimonium.

CCVIII. Cerberus.

Cerberus est canis infernalis trifaux; habet enim tria ora, quibus homines vorat, nempe legem, peccatum et mortem (eum in lucem producit Hercules, minister verbi)[84]). Puto fabulam ex patribus ortam.

CCIX. Choreae.

Choreae sunt institutae et concessae, ut civilitas discatur in frequentia et contrahatur amicitia inter adolescentes et puellas; sic enim spectantur mores. Item praebent occasionem ho-

81a) Hesione] teste Apollodore III, 10, 8.; Cod.: Honore
82) esse] deest in Cod.

83) Re mi fa] haec spectant ad tonorum nomina a Guidone, ut fertur, inventa: *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *sol*, *la*, conf. Joh. Nic. Forkel: Allgemeine Geschichte der Musik Tom. II. p. 278 sqq.
84) Hercules, minister verbi)] Cod.: Hercules.) minister verbi,

neste vivendi et invitato animo puellae postea honestius et certius ambire possint. Papa damnavit choreas, quia adversarius fuit nuptiarum. Sed modeste fiant omnia ob hanc causam. Vocentur[85]) honesti viri et matronae, quae interesse choreis debent, ut honestius omnia fiant.

CCX. De terra Lemnia.

Est mirabilis natura terrae Lemniae. Nam Dioscorides scripsit humanum sanguinem misceri terrae Lemniae, cuius remedii magnus usus est. Quare Galenus ipse ea loca adiit, ut exploraret certe, quomodo apparetur[86]), comperitque natura solum esse metallicum sive mixtum hircino sanguine. Est autem hodie in tanto usu tantaque admiratione apud Thraces et Graecos, ut tyrannus Iurritus legatis terram Lemniam inter peculiaria dona dare soleat.

CCXI. Rex Alphonsus fuit homo doctus et prudens. Huic cum aliquando nuntiatum esset, quosdam a se defecisse, in quos multa beneficia contulerat, primum ad iram commotus, postea animum recipiens dixit: Ach quid ego illis irascor? maxima adeoque infinita Dei beneficia in me constant, cui ego tamen sum ingratus; non igitur mirum est, si et hi parum memores sunt beneficiorum, quibus illos affeci.

CCXII. Lepidum dictum alicuius tibicinis.

Ptolomaeus rex tibicinem fidibus canentem reprehendebat, cui tibicen respondit: Aliud est sceptrum, aliud plectrum, iudicans regem et omnes alios dicere, ut sui muneris et officii memor, non de aliis rebus sollicitus sit, quarum non habeat cognitionem.

CCXIII. Horrendum facinus magicarum mulierum in pago quodam non procul a Berolino.

Amisit rusticus puerulum, quem forte cum quaereret, venit in aedes vicini, ubi filium interfectum et excoriatum invenit. Ira itaque percitus magicas mulieres duas aggreditur, convocatisque rusticis quaerit huius homicidii causam, cur puerum suum interfecerint, cum neque a se, neque a coniuge ipsius, neque a filio laesae essent. Respondent magicae mulieres, se aliam ob causam[87]) puerum occidisse, nempe ut carnem eius coquerent ad formam ignitam, quod si processisset sine impedimento, sicut decrevissent[88]), se effecturas glaciem ad perdendas fruges. Haec non sunt humana, sed diabolica facta. Ita Diabolus, postquam Spiritu sancto[89]) eiectus est, creaturam in vivos Diabolos commutat. Propterea diligenter orandum est, ut nos Deus suo Spiritu sancto[89]) regat, quia aut homo est templum Dei, aut domicilium Satanae.

CCXIIII. Poena homicidii.

Quidam viator forte inciderat in latrones, et cum ab ipsis occideretur, vidit praetervolare cornices, ad quas clamat: Precor, ut sitis meae necis ultrices. Tertio die post veniunt latrones in urbem, et cum magna cornicum copia aedes, in quas ingrediuntur, occuparet, forte unus eorum dixit: Iam veniunt cornices ulturae necem Ibici[90]). Sic enim erat nomen viatoris interfecti. Audiens famulus nomen Ibici[90]), qui fuit civis eiusdem civitatis, defert rem ad herum, qui statim curavit eos deprehendi et in carcerem coniici, et tandem iustas poenas homicidii dederunt.

CCXV. Lusus Hilarium Phil. Mel.[91]).

Erat hic pastor quidam, qui in ludis hilariis seu saturnalibus, convivans cum suis sociis, hanc eis quaestionem proposuit: Quare vultis servare lusus Hilarium et non vultis retinere ieiunium? Cum vero non possent respondere, obiurgans eos, ipse talem reddidit rationem: Ieiunium est observatio superstitiosa cultuum non necessariorum, ergo abolendum; ista relaxatio animorum est consuetudo politica sine impietate, ergo potest retineri. Haec est erudita distinctio sumpta ex diversis generibus.

CCXVI. De ingratitudine punita.

Ablegavit aliquando Philippus, rex Macedonum, ministrum peregre, qui cum tempestate maris ad vicum quendam appulit, apud rusticum

85) Vocentur] Cod.: Vocantur

86) apparetur,] Cod.: aperiatur.

87) aliam ob causam] Cod.: alias ob causam nullam (haec vox „nullam" obliterata quidem, deinde vero punctis subscriptis, tanquam non delenda, signata est.).

88) decrevissent,] Cod.: decreverant,

89) Spiritu sancto] Cod. utroque loco: SS.

90) Ibici] Cod. utroque loco: Ibicis

91) Phil. Mel.] Cod.: φ M

opem quaesivit, a quo benigniter[92]) exceptus est, et pro ratione facultatum humaniter etiam est tractatus. Rediens autem ad regem commemorans sua pericula, quae regis causa sustinuerat et perpessus erat, eum[93]) rogat, ut pro hac fidelitate petitioni apud se locum relinquat; promittit rex. Miles ipse petit a rege sibi donari in proximo pago agellum cuiusdam rustici (a quo hospitio exceptus erat). Quod ubi consecutus esset, et rusticus eiectus esset ex suis possessionibus, regem adiit conquerens de istius hospitis ingratitudine, et sua in eum beneficia commemorat. Quibus auditis rex vocari iussit ad se militem, et rustico restitui suas possessiones, militi vero ob ingratitudinem in frontem signum inuri mandavit his verbis: Hospes ingratus. Estque insanus hoc modo factus.

CCXVII. *Κακοζηλία* prava imitatio, Affenspiel.

Extincto Orpheo ipsius lyra dicitur delata esse in Lesbum, quam apprehendens filius cuiusdam principis, cogitabat se ludentem Orpheum fore. Putabat igitur se flexurum et moturum saxa et sylvas, exiit et ludebat, canes vero audientes eum cantantem sunt irritati et laceraverunt istum fatuum. Sic multi volunt esse Lutheri et volunt flectere animos hominum, sed a canibus dilacerantur. Hic solet esse exitus *κακοζηλίας*.

CCXVIII. De concionatore extollente Christophorum.

Concionator ad populum in festo S. Christophori multis verbis extollebat S. Christophorum, quod suis humeris gessisset Christum, saepius interrogans: Et quis tantam in terris habuisset praerogativam, ut salvatorem ferret? Et cum molestus perseveraret interrogando, unus ex circumstantibus huius interrogationis crebra iteratione pertaesus inquit: Asinus, qui et filium et matrem portavit.

CCXIX. Expurgate vetus fermentum.

Novi quendam canonicum. Huic, cum adhuc iuvenis erat, in examine propositus erat ille locus: Expurgate vetus fermentum[94]). Ille legit expurgate vetus fermentum, sicut estis asini[95]). Respondit bonus quidam senex: Quia nolumus nostra vitia ab eruditioribus taxari et ab illis doceri, Deus efficit, ut pueri nos arguant et erudiant. Atque ita errorem adolescentis convertit in gravem admonitionem.

CCXX. Quemlibet esse regem in sua domo.

Cum rex Anglicus olim in venatione a via deerrasset, venit in tuguriolum alicuius rustici, qui eum pro sua fortuna humaniter excepit et bene tractavit. Cum autem rex aliquando nollet obtemperare aliqua in re, iussus enim erat a rustico, dicente quod quilibet esset rex in sua domo, edere de quodam cibo, a quo rex nauseam conceperat, impegit rusticus regi colaphum. Rex memor eius dicti, quod quilibet esset rex in sua domo, obtemperat postea, comedit de isto cibo. Ac mane cum rediisset in aulam, mandavit suis aulicis, ut adducant illum rusticum, quem adductum voluit rex mensae assidere et proponi plurima fercula, et ipse adstans inquit ad rusticum: Comede de omnibus; ego sum rex in domo mea. Rusticus obediens mandato regio de omnibus ferculis comedit. Tum rex inquit: Tu prudentius egisti quam ego, quia vitasti colaphum; ego, si de omnibus ferculis apud te edissem, etiam colaphum vitassem.

CCXXI. De puero Cygneo custodito ab Angelis.

Fuit quaedam mulier, quae iussit adducere filium suum boves pascentes in proximo aditu sylvae, et cum puer aliquando diutius commoraretur, incidit magna nix, quae omnes montes obtegebat, et nox ingravescebat, ne puer posset egredi ex montibus. Parentes postridie solliciti non de bobus, sed de puero, spectabant adventum pueri, nec poterant prae nivis magnitudine egredi et quaerere filium. Tandem invenerunt eum in sylva in loco aprico, ubi nulla nix erat, sedentem et arridentem parentibus suis. Interrogatus autem, quare non rediret domum, respondit se expectare, donec vesper accederet, nesciens iam diem praeteriisse, nec viderat ullam nivem circa se. Et cum amplius interrogarent,

---

92) benigniter] Cod.: benenigniter
93) eum] Cod.: eumque

94) 1. Cor. 5, 7.
95) asini] sic iste perperam legit pro: azymi.

an comedisset aliquid, dixit advenisse quendam virum, qui porrexisset[95a]) sibi panem. Ita haud dubie divinitus conservatus est.

CCXXII. De fucatis mulieribus.

Celebrabatur in Graecia convivium multis mulieribus frequens. Inter oblectamenta epulantium cum alii sunt lusus inducti, tum ille, ut per vices unusquisque convivarum caeteris[96]) omnibus, quicquid esset libitum, imperaret. Cum esset ventum ad puellam quandam insigni specie[97]) et ingenio non inamoeno, eaque animadvertisset[98]) adesse complures foeminarum, cerussa, purpurisso et aliis pigmentis incrustatas, ad pudorem incutiendum: Rem, inquit, levem iubebo, quam et ipsa obibo prima, ut unaquaeque nostrûm madidas manus per os circumducat ac linteo extergat. Ipsa prima est suum ipsius iussum[98a]) executa, sed cum nihil gereret fuci, ex lotione illa pulchrior remansit; fucatae vero absurdas in primis et ridiculas facies retulerunt, ludibrioque tunc habitae abstinuerunt deinceps ab eiusmodi medicamentis, et contentae nativa facie spreverunt fucum.

CCXXIII. De iudice Hispanico.

Commissa erat caedes; deprehensi sunt, qui erant suspecti; verum cum omnes constanter negarent, iudex nudare eos pectus coegit, et tactu ex motu seu pulsu cordis vehementi coniecturam autoris[99]) fecit et dixit: Tu es, qui commisit caedem. Hic quia sibi conscius erat et a conscientia victus confitebatur.

CCXXIIII. Cicero pro Roscio.

Fuit interfectus in cubiculo suo pater, et nemo dormivit, nisi duo filii, et quando cubiculum est apertum, intrarunt cognati, qui putaverunt patrem a filiis esse occisum. Sed quia filii inventi sunt dormientes, ergo non consentaneum est illos fecisse caedem, quia nemo homicidio perpetrato dormire potest.

CCXXV. Von Unachtsamkeit.

Theodosius filius literas sibi oblatas obsignare solitus est etiam non perlectas. Hunc errorem bonus homo emendare cupiens scripsit literas, quibus petebat sororem Imperatoris. Imperator more solito obsignabat literas non perlectas, quo facto ostendebat vir has literas puellae Caesaris. Ipsa adiit fratrem quaerens, cur se alteri ac non saltem[99a]) nobili desponderit. Negat Imperator factum, adferuntur literae, vincitur Imperator, etiam commonefactus nullas literas nisi antea perlectas obsignavit.

CCXXVI. De capitaneo sibi somnianti Phil. Mel.[100]).

Fuit quidam capitaneus, qui amiserat duos filios in pugna Turcica, quem tristem aliquando interrogabam: Domine capitanee, quomodo somniatis de filio vestro? Respondit: Dicam vobis. Iunior adhuc vivit, sed maior periit. Accidit autem, ut paucis diebus finitis reverteretur filius. Similia somnia habuit Iacob de Ioseph filio suo.

CCXXVII. Diabolus potest aliquando miraculum facere.

Fuit olim puella habens scabiem in facie incurabilem, quae aliquando somniavit assistere sibi Venerem offerentem coronam rosaicam, ut ea se ungeret. Sequenti die puella abiens in templum vidit in pictura coronam rosaicam, quam abstulit et ex ea unguentum comparavit, cuius unctione statim liberata est a scabie. Ea cogitatio est ex instinctu diabolico, qui novit discrimina et virtutes herbarum.

CCXXVIII. De vestitu Germanorum.

Rex Turcarum iussit sibi aliquando omnium gentium habitus pingi. Cum itaque pictor plurimarum[1]) gentium vestitum depinxisset, tandem pingit nudum hominem et iuxta varios colores, postea artifex a rege iussus interpretari picturam, cumque exposita fuissent caetera[2]), dixit, Nudum illum Germanum esse, cui certa forma vestitus pingi non possit, quia quotidie novam excogitet[3]).

95a) porrexisset] Cod.: porrexerat
96) caeteris] Cod.: caeteribus
97) specie] Cod.: spe
98) animadvertisset] Cod.: advertisset
98a) iussum] Cod.: ius
99) autoris] Cod.: aothori

99a) non saltem] Cod.: saltem
100) Phil. Mel.] Cod.: φ. M.
1) plurimarum] Cod.: plurimorum
2) exposita fuissent caetera] Cod.: expo fuisset caetero
3) excogitet] Cod.: excogitat

CCXXIX. De consule petente a poeta mendacium.

Quidam consul in Pomerania invitaverat poetam ad convivium, et ut videretur facetus, dixit: Regulare est, quod poetae mentiantur; dicite igitur mihi aliquod mendacium. Ille respondet: Domine consul, quid me vexatis, vos estis vir bonus. Consul vero istum hominem non intellexit.

CCXXX. De pictore.

Quidam pictor in mactatione Iphigeniae cuilibet ducum fecit peculiarem gestum, quo dolor et gestus significaretur, et alium pinxit flentem, alium alio gestu dolorem significantem. Sed cum non posset prae magnitudine doloris affectum patris[4]) exprimere, pinxit eum obducto toto vultu.

CCXXXI. De Maximiliani indole.

Quando Maximilianus adolescens fuit Romae cum fratre Friderico, pater misit ei munus natalitium, Ein new Ihar, sex pulchra poma, quae erant illi aliunde missa, voluit[5]) explorare ingenium filii, et in illis 20 aureos infixos. Illi autem, qui erant missi, exhibuerunt reverenter, ut decebat. Filius respondit se reverenter illud munus accipere, et oraturum se Deum, ut patrem servet incolumem, seque obedientiam patri in omnibus declaraturum. Postea collocavit munus in mensam, et inspexit; ubi autem vidit impositos aureos, collegit et abiecit inter iuvenes sodales, inquiens: Illa vestra sunt, sed poma mihi diligenter volo servari. Quod cum patri, qui diligenter a relatoribus reversis singula inquirebat, relatum esset, placuit ei et ridens dixit: Bene, Mein son würdt ein stretgnedlein werden. Placuit, quod recte distribuisset et applicasset illa dona, quae isti suae aetati erant convenientia, neglecta pecunia, quam si accepisset, signum praebuisset abiectionis nostrae. Animadvertit in eo regiam indolem et liberalitatem in loco commodam.

CCXXXII. De Doctore quodam Pomerano.

Praestans quidam fuit Doctor aliquando Wittembergae nomine Muschler. Is cum aliquando veniret ad Augusti principis coniugem in aulam, invitatus est ab illa ad coenam, ubi constituto tempore comparuit, vnnd haben sich zu tisch gesetz die Fürstin sampt iren Junckfrawen vnnd dem Doctor. Et inter coenandum movit quaestionem principissa ac Doctorem interrogat dicens: Her Doctor, sagt mir, was heist auf Lateinisch ein kunst. Doctor respondit: Scientia. Da sagt die Fürstin: Ey her Doctor, es ist ein ander wort. Da antwordt der Doctor: Ja gnedige Fraw, ir seit das a, ich bin das r, vnd die Junckfraw das s, so lekt mich nun al denen zusamen. Ibi principissa incipiens ridere inquiens: Ey her Doctor, was sollen wür than? Ibi Doctor erubescens sese excusavit, voluit enim dicere: Leget mich auch zusamen, quod autem prius dixit: leket mich alle zusamen, id suae linguae idioma fuit; erat enim Saxo.

CCXXXIII. De Hispanis accusantibus Germanos.

Orta erat dissensio in aula Imperatoris Caroli quinti inter satellitem Hispanicum et Germanicum, nescio ex qua causa. Ibi quidam Hispani insolentiores adeunt Imperatorem et insolenter petunt, ut omnes Germanos ex aula dimittat; se enim servire non posse, si illi simul serviant. Imperator miratus illorum stultam et insolentem petitionem, Bene, inquit, quandoquidem non potestis ferre, curabo, ut liberemini ista molestia. Constituit illis certum diem, qui cum adesset, congregat omnes Germanos in unum locum, Boni socii, inquiens, petiverunt a me Hispani, ut omnes Germanos dimittam. Ego quoque sum Germanus. Venite igitur, abeamus, ne illis simus[6]) molesti; et conscenso equo praecedit eos. Illi laeti et clamantes sequuntur. Ibi Hispani accurrunt et ad pedes se abiiciunt, retinent frenos et equos, et orant per Deum, ne aegre ferat eorum petitionem.

CCXXXIIII. De symbolo Alphonsi regis.

Pro lege et pro grege i. e. pro religione et defensione subditorum. Est tam grave dictum quam ullum aliud etiam apud veteres, et si Lycurgus aliud dictum scivisset, sine dubio etiam recitasset. Ipse Alphonsus solitus est habere in suo hypocausto avem pellicanum, quem talem scribunt habere naturam, cum gignit pul-

4) patris] in Cod. deest.
5) voluit] Cod.: nolnit
6) simus] Cod.: sumus

los, et non habent quod edant, corrodit suum pectus, et suo sanguine alit pullos suos. Ideo Alphonsus ut significaret, se ingente amore suos subditos amplecti, adeo etiam ut suum sanguinem pro eis effundere vellet, pinxit in symbolo suo pellicanum perfodientem sibi pectus et nutrientem pullos suos, et super pellicanum scripsit: pro lege et pro grege.

CCXXXV. De virgine mortua gestante suum corpus auxilio Diaboli.

Bononiae fuit nobilis quaedam virgo, quae toto biennio tanquam vivens versata est inter homines, assedit ad mensam una, visa est semper aliquid gustare, quanquam valde parum, fuit semper pallida, et etiam fuit in choreis. Tandem venit alius quidam magicus, qui dixit: Ista puella est mortua. Quomodo esset mortua? inquiunt. Tu vides eam esse in choreis. Ego vobis ostendam, inquit magicus; accessit et abstulit ei, quod habebat sub alis sub sinistro humero. So pflegt mans zw nennen illud magnum incantamentum. Illa concidit et fuit mortua. Diabolus gestavit illud corpus. Hoc facere potest, sed non potest resuscitare mortuos.

CCXXXVI. De Polycarpo.

Polycarpus adductus et coniectus in ignem non potuit comburi, nec ipsius vestibus ignis nocuit; postea tamen decollatus est. Hinc apparuit praesentia Dei.

CCXXXVII. De Arrio.

Arrius Constantinopoli cum mane iret ad disputationem defendendi erroris causa, tantos cruciatus sensit in ventriculo, ut coactus fuerit ire ad cloacam, ubi evacuit omnia fere intestina, et sic summis cruciatibus moritur, exemplum ultionis divinae in contemptores verbi.

CCXXXVIII. De Arense theologo.

Arensis, qui fuit theologus Lovaniensis, scripsit fidem Abrahae similem fuisse fidei Socratis, Ciceronis vel Xenophontis. Haec est horrenda impietas, et potest per manifestum textum probari, quod non sit verum. Vidit Abraham diem meum et gavisus est[7]). Postea ille factus est furiosus, et moriturus edidit horrendos mugitus.

7) Ioh. 8, 56.

CCXXXIX. De Italis, quid sentiant de Germanis.

Itali dicunt de Germanis in Italia versatis: Germanus Italicus est Diabolus incarnatus, et verissime dictum est, quia Germani animosiores, ferociores et audaciores sunt Italis. Quando nunc accedit astutia seu practica Italica vel Hispanica, longe vincunt Italos.

CCXXXX. De Socrate.

Interfecto Socrate dixerunt: Interfecistis, interfecistis lusciniam neminem laedentem. Quidam recitant de Palamede: *ἐκάνετε ἐκάνετε τὸν ἄριστον Ἑλλήνων ἀηδόνα μηδένα βλάψασαν.*

CCXXXXI. Quare sues Iudaeis prohibiti fuerunt?

Sues Iudaeis prohibiti fuerunt, quia in Oriente habuerunt hortos amoenissimos, balsamo aliisque aromatibus abundantes. Ne autem sues ista devastarent, unde maximum quaestum habebant, prohibuit Deus eis sues.

CCXXXXII. Solonis symbolum.

Respice finem longae vitae.

CCXXXXIII. Friderici Imperatoris symbolum, quod Norimbergae in arce scriptum est.

Rerum irrecuperabilium summa est felicitas oblivio. Item Tene mensuram, das laut ein wenich beßer den plus ultra[8]).

CCXXXXIIII. De conviviis Plutarchi.

Plutarchus scribit eundem esse debere ordinem in conviviis, qui est in alphabeto, ut aliqui sint vocales i. e. Doctores et seniores, alii consonantes i. e. cives, alii mutae i. e. iuniores.

CCXXXXV. De sancta Maria.

Maria vixit (ut scribit Nicephorus[8a])) circiter 8 annos post mortem filii, et obiit anno aetatis 59. Ponemus enim eam 20. anno peperisse. Non enim videtur verisimile eam peperisse 15. anno, ut quidam dixerunt. Vixit Christus 33 annos, et illa post filii ascensionem 8 annos circiter vixit. Vidit novam et crescentem Ecclesiam, et

8) His in margine in Cod. adscriptum est: φ. M. (Phil. Melanthon).

8a) Nicephorus] Cod.: Necophorus

bene notandum est, hac ipsa die eversa et combusta est Hierosolyma, qua nata est Maria, i. e. Ecclesia cessavit et desiit vetus Ecclesia. Sustulit eam autem Deus, ne videret ingravescentia mala i. e. haereses et eversionem, cum satis superque calamitatum habuerit, videns filium pendentem in cruce, nec credo ullam mulierum potuisse tantos dolores sustinere. Constat igitur maximae fortitudinis fuisse Mariam. Deleta est Hierosolyma post natum Christum 73; sunt autem anni ab exitu populi Israel ex Aegypto usque ad hanc extremam eversionem Hierosolymorum 1582. Nos iam a tempore restitutae salutis 1559. Restant pauci anni ad 82 annum, vix 24, quo tempore procul dubio mirabiles mutationes ad singulare aliquid evenient, aut non stabit mundus. Multae enim sunt coniecturae ex collatione temporum, quorum certa est similitudo quaedam. Deus adsit nobis; qui vivent eo tempore, experientur.

CCXXXXVI. De incesto concubitu.

Erphordiae puella quaedam ex honesta familia et pudica servivit mulieri diviti viduae. Eius filius adolescens captus forma et amore puellae sollicitavit eam de concubitu. Indignum facinus adversans, puella a se repulit adolescentem furiosum; denique cum quotidie magis magisque instaret, puella rei indignitate et suo periculo mota, matri adolescentis rem ordine narrat, monetque, ut filio sibi insidias struenti frenos iniiciat. Mater, re deliberata, iniit rationem cum puella, iubetque eam in filii amorem consentire, et certam horam noctis, qua convenire et rem perficere tutissimum videretur, constituere; se enim eo ipso tempore istius puellae lectum occupaturam, hacque ratione filium repressuram. Consilium probat puella, iniit cum adolescente pactum. Is hora noctis constituta adest petens concubitum puellae. Mater, quae antea furores filii frenare et cohibere instituerat, victa libidine et instinctu Diaboli, suum corpus filio proposuit. Nascitur ex incesto concubitu femella, quam expositam et ab alio educatam mater tandem ad se recipit. Idem filius omnium harum rerum ignarus, hanc amare incipit ducitque in uxorem. Mater dubia et in agone mortis sentiens conscientiae morsum, peccata confitetur. Res ad colloquium theologorum defertur. Cum diu disputaretur, ut in casu inusitato, tandem lata est sententia, ut afflictae matris conscientiae consuleretur. Probavit sententiam theologorum Lutherus. Porta enim gratiae et absolutionis nunquam peccatoribus clausa esse debet.

CCXXXXVII. Vigilate et orate.

14. Iulii Anno 1534. Vitus Theodorus ex Norimberga horrendum casum scripsit, quod honesta matrona a scholastico impraegnata fuerit. Tandem cum ad baptismum infans delatus esset, sacerdos patrem scire voluit; cum non indicarent patrem, puer domum delatus est sine baptismo. Mater infantem mox occidit, et deinde se ipsam suspendit; scholasticus pater illinc se ipsum confodit. Sacerdos postquam hoc audivit, se ipsum suspendit. Horrendum hunc casum Lutherus cum singultu deploravit. Ergo oremus et vigilemus; Diabolus non dormit. Monet igitur haec historia, ut sacerdotes cogitent se esse ministros, non dominos sacramentorum.

CCXXXXVIII. De Graeco sacerdote.

Sacerdos quidam Graecus venit Romam, ubi cum honoris gratia ipsum appellarent dominum: Domine, domine, quaesivit ipse, cum esset ignarus linguae latinae, quid significaret domine. Cum ei dicerent, quod idem significaret, quod Graecis *κύριε*, respondit: *οὐκ ἐθέλω* domine, *οὐ γὰρ ἐγὰ δόμεναι.* Sic bonus ille homo, cum esset pauper, aversatus est magnos titulos.

CCXXXXIX. Regis Galliae imago.

In Gallia, prandente rege Francisco, quidam tres thecas in coenaculo posuerunt, tanquam acturi fabulam, postea rursus egressi sunt, tanquam se praeparaturi ad actionem. Cumque longa mora intercessisset, nec illi redirent (quia statim aufugerant et abdiderant sese), iussit rex aperire thecas, quibus apertis vidit in prima regem sedentem inter scorta, ac largiter bibentem; in altera flagellantem Christum alligatum ad columnam; in tertia equitantem super populum. Ita significatum est, primo negligi gubernationem regiam a rege otioso[8b]) et voluptatibus dedito. Deinde saevitia et crudelitas in pios notata est. Tertio expilationes, quibus subditi exhauriuntur et quasi conculcantur, sunt ostensae.

8b) otioso] Cod.: occiso

Philippus Melanthon [9]).

CCL. Comes quidam a Gleichen ante annos 4 captus fuit in Syria vel Palaestina. Tunc et usitatum erat Machometos [10]) nostros homines reprimere. Verum filia Imperatoris audiens, quod esset de honesta filia natus, et propter formae eius excellentiam coeperat eum amare. Accidit igitur, se promissuram, inquiens, ei libertatem et salutem, si eam in uxorem ducturus promitteret. Comes, non id moris, ait, in patria duas simul habere uxores, ac simul cogitata misera servitute et captivitate, promittit se eam ducturum. Re itaque confirmata regina curat parari navem. Nocte deinde sequenti venerunt Venetiam; ibi invenit servum eum quaerentem, cum quo Romam proficiscitur. Ibi comes accedens Papam, rem omnem, ut habebat, narrat, promisisse se huic coniugium non quidem propter libidinem, sed magis propter sustentationem vitae. Papa eum absolvit, firmumque fore matrimonium ex dato iuramento dicit. Sic eam servavit; veniens deinde domum honorifice a coniuge excipitur. Tum coniunx interrogat, quaenam haec sit? Ille omnem rem mulieri recenset a principio, hanc esse filiam Imperatoris Turcici. Coniunx audita re optime cum ea convenit, comitis vero coniunx procreavit soboles, sed regina sterilis permansit. Ipse sepultus iacet Erphordiae inter duas coniuges lapide excisus, ubi reginae capiti imposita est corona, coniugi vero priori soboles ad pedes excisae sunt.

CCLI. De episcopo Saltzburgensi.

Episcopus Saltzburgensis in conciliis [11]) Augustanis anno 30. dixit: Tria sunt media, quibus controversiae in religione componi possunt. Primum est, ut nos Lutheranis assentiamur, quod facere nolumus. Secundum, ut nobis Lutherani assentiantur, quod facere non possunt, cum Dei causa sit, cui nec addi nec adimi quicquam debet. Tertium est, cum his duobus modis res componi non possit, ad tertium confugiendum est, scilicet [12]) ut una pars alteram opprimat.

CCLII. De eodem.

Idem Episcopus Saltzburgensis dixit ad Philippum: Lieber Philippe, wür wüßen wol, das eüre lher recht ist, wißet aber darjegen auch 2c. Es hat niemandt dem Pfaffen vermocht etwas abzugewinnen, ir werdet der erst auch nicht sein.

CCLIII. Ex Theocrito.

Simonides se duas arcas habere dicebat, alteram plenam, alteram vacuam. Ex plena dicebat se dare aliis beneficia, eamque semper plenam manere, quia semper aliis ad benefaciendum paratus sit; in vacuam vero se reponere gratiam dicebat, quae sibi ab aliis referatur [13]); sed eam semper manere vacuam, quia a nemine sibi gratiam referri dicebat.

CCLIIII. Philippus Melanthon [14]).

Multis annis iam peractis,
Nulla fides est in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.

CCLV. Stigelius.

Omnia dum reputat transactae tempora vitae,
Vel male, vel temere, vel nihil egit homo.
Ergo haec optandae ratio est longe [14a]) optima vitae
Nosse Deum et studium, quod probet ille, sequi.

CCLVI. Idem.

Omnia transibunt, nos ibimus, ibitis, ibunt,
Chari non chari conditione pari,
Aeternam vitam, panem quoque quottidianum
Et qui magna dedit, non addere parva negabit.

CCLVII. D. Martinus Lutherus [15]).

Iurisconsultus dicit: Fiat iustitia et pereat mundus;
Theologus dicit: Remittatur peccatum et salvabitur mundus;
Quia iustitia non fit, peccatum autem semper fit.
Wan wür thetten, was wür solten,
So thet auch got, was wür wolten.
Ubi non est Evangelium, ibi nec agnitio peccati.

9) Philippus Melanthon.] Cod.: φ M.

10) Machometos] sic Cod. pro: Muhammedanos

11) conciliis] Cod.: conviviis

12) scilicet] Cod. habet scripturae compendium: β

13) referatur] Cod.: referebatur

14) Philippus Melanthon] Cod.: φ M.

14a) longe] Cod.: longa

15) D. Martinus Lutherus.] Cod.: D. M. L

Ubi agnitio peccati non est, ibi non potest esse iustitia.
Ubi non est iustitia, ibi nec vita.
Ubi non est vita, ibi mors.
Ubi mors, ibi peccatum, Diabolus et infernus.
Glaub vnnd Leben siht der Teuffel an;
Darum halt fest wie ein Christen man.

CCLVIII. De quodam Monacho.

Fuit quidam Monachus astutus, qui mane surgens debebat legere horas canonicas. Ipse autem sentiens hunc laborem esse odiosum, recitavit Alphabetum A b c. Domine Iesu Christe, accipe has literas, et fac tibi ipsi horas canonicas vel quod tibi placuerit.

CCLIX. De Episcopo.

Episcopus Salisburgensis cum in publicum diversorium divertisset, ibique novum Testamentum reperisset, aperto libro forte incidit in hunc locum Pauli ad Rom., ubi dicit: Arbitramur igitur hominem iustificari sola fide etc.[16]). Ubi ille commotus ira dixit: Siche, bistu auch Lütherisch worden? et abiecit librum.

CCLX. De Episcopo ambitioso.

Fuit Episcopus quidam Basantii apud Burgundiones ambitiosus et gloriae cupidus, ut inferis se devovere non dubitaret, modo fieret pontifex Romanus, velletque petere Romam, et ibi pia consuetudine sedere. Cumque iam esset in itinere, venit illi obviam Diabolus ablaturus illum ad inferos. Episcopus videns adesse animae hostem, volebat se defendere signo sanctae crucis; Diabolus vero auferens et recipiens Episcopum, tali epigrammate usus est:

Signa te signa, temere me tangis et angis,
Roma tibi subito motibus ibit amor.

CCLXI. De Luca pictore Wittenbergensi.

Lucas Cranach[17]) pictor hat auf ein zeit mit dem Bischof von Maintz geeßen. Da waren[18]) im kleine fischlein fürgesetz worden, die hatten dem Lucas Maler sehr wol geschmeckt, darüm er auch viel geeßen hat, das sich yderman darüber verwündert hatte. Vnd wie auch der Bischof solches gesehen hat, hat er in gefragt, ob er kranck wer geweßen. Sagt Lucas Maler: Ja warlich ich bin sehr kranck gewesen. Da hat er in gefragt, ob es auch lang wer. Antwort er widerum: Fur 32 Jaren lag ich sehr kranck zu Wien in Osterreich.

CCLXI.[18a]) De rege nasuto et stulto.

Quidam stultus stans ante mensam in aula, quendam vidit regem ibi sedentem cum longo naso, quem cum illusisset, inquit: Ey wie hastu so ein große nasen. Iussus est tacere; er aber wolts widerum gut machen, vnd sagt: Ey wie hastu so ein feines kleines neslein. Iussus est educi et castigari virgis, ne posthac videret regem. Non longe autem post ingressus est et dixit ad illum: Was gehet mich dein nasen an, das man mich darum schlegt? du nar got geb du hast ein nasen oder neslein, so schies ich dir auf die nasen.

CCLXII. De faceto fure.

Zu Zwickaw quidam se interdiu in aedes cuiusdam proripuerat, ut omnia diligenter perlustraret, si quid auferre posset, et cum nihil animadverterat, vidit in culina lardum pendens, quod furari decreverat. Cum vero omnes in domo cubitum ivissent, et partem collo imponere conatur, decidit lardum. Hoc tumultu excitatur dominus aedium, et descendit. Fur audiens strepitum descendentis ex aedibus effugere minime poterat; talem enim seram habuit, quae etiam intrinsecus aperiri non poterat. Igitur hunc dolum comminiscitur, accurrit ad fumarium, et accepta fuligine totam faciem denigrat. Paterfamilias ad focum pergit, suscitaturus ignem, et cum in cinerem flaret, ut candelam accenderet, fur ex altera parte non minus in cineres inspiravit, quo perterrefactus paterfamilias inquit: Quis tandem es? Respondit: Ego sum Diabolus. Tunc ille: Quid ergo vis? Respondit: Lardum volo. Accipias, dicit ille, et abeas. Habeo, inquit fur. Abeas ergo. Tunc ille: Aperias ianuam. Quo facto abiit securus lardum in humeris ferens. Fama postero die per totam civitatem divulgatur[19]) Diabolum fuisse in aedibus et lardum voluisse. Brevi tempore cum eiusmodi facinora multa perpetrasset, et in ipso facto esset deprehensus, coniicitur in carcerem, et cum tor-

16) Rom. 3, 28.
17) Cranach] Cod.: Cranich
18) waren] Cod.: würden
18a) Sic idem numerus in Cod. bis adscriptus est.
19) divulgatur] Cod.: divulgabitur

mentis exquisitio esset facta, praeter alia multa est confessus, quod Cygneae Diabolum egerit in aedibus. Quare senatus eius loci, cum sciret nomen illius civis, scribit illi, si vellet videre Diabolum, quem aliquando in aedibus deprehendisset, ut ad tempus veniret, daturum enim poenas ad diem dictum, quo audito multi homines eo profecti sunt, ut viderent illum mirabilem hominem, qui tam artificiose furari potuisset.

CCLXIII. De matrona Magdeburgensi.

Matrona quaedam Magdeburgensis, quae cum nocturnis spectris vexaretur, egregie contempsit territorem, ließ ein furtz zum beth hinauß, dicens: Sihe, da hastu ein stab, daran gehe ghen Rom zu deinem abgot.

CCLXIIII. De duobus rusticis, quorum alter volebat dici Martinisch, alter Lutherisch.

Duo rustici non procul a Coburgo habitarunt. Ii cum aliquando profecti essent in urbem, ibique se inebriassent vino, tandem una rursus domum se erant recepturi. In itinere orta est inter illos rixa de religione, unus erat Martinisch (Nam eo tempore adhuc ita vocabatur Lutherus), alter vero volebat[19a]) dici Lutherisch, se defendendo, unus Martino, alter Luthero; tandem ad verbera res rediit, der ein wolt Lutherisch sein, der ander Martinisch, et neuter intelligebat alterum, nec neuter intelligebat doctrinam Martini neque Lutheri.

CCLXV. Fuit quidam adolescens nobilis a Coburg, qui ex petulantia occiderat servum domesticum, fugit Wittenbergam. Ibi exceptus a Vito Winshemio, ignaro huius rei, in discipulorum numero habitus fuit, ubi se honeste gessit. Interea mater ipsius rem cum amicis interfecti componit, postea eum domum revocat, et post biennium ei uxorem dat viduam adolescentulam opulentissimam. Deinde sunt inter illos ortae inimicitiae, ipsa enim erat scortum, et aliquoties illi pulverem in cibo immiscuerat. Tandem conspiratione facta cum equite, auriga et sartore, impetum in eum faciunt in cubile. At cum esset iuvenis robustus, diu se defendit, et ipsi mulieri, dum os suum obturare[19b]) vult, digitos morsu abscidit, dicens: Haec tibi meretrix postremo habeto. Hoc facinore mulier capitur et decollatur, reliqui servi aufugerunt, quorum unus Magdeburgae rotae impositus est, alter eodem supplicio in Saxonia est affectus, tertius capite truncatur. Haec sunt manifesta indicia irae divinae adversus homicidium.

CCLXVI. De duobus doctoribus.

Erat in convivio D. Turck et D. Cubito; illi inter se potabant. Iste Cubito ibi sedet et moritur apoplexia perculsus, alter propinat ei poculum, vnd sties es im vnther die nasen, et non vidit eum mori, donec prorsus concidit. Et hoc fit inter viros praestantes et doctores, quorum alter D. iuris, alter vero D. medicinae fuit, sed fuit uterque magnus heluo.

CCLXVII. De quodam principe et eius uxore.

Fuit princeps Germaniae, cuius adhuc uxor vivit, is maximam spem conceperat de haerede; nam eius uxoris uterus tumescere incipit. Appropinquante partus tempore uxor peperit molem (est autem moles conglobatio sanguinis). Hoc principi per quasdam mulieres significari curavit, ut aequo animo ferret cum ea hoc infortunium, quoniam Deus ita ordinasset. Et cum mulieres accessissent eum et habuissent egregiam et splendidam orationem coram eo, interrogavit: Quid peperit? At illae tacebant, nec volebant illi dicere. Secundo iterum recitavit: Dicite tamen, quid peperit? At illae videntes, quod princeps non vellet ab instituto desistere, nisi dicerent illi, dixerunt: Hera tua peperit den Monkalb. Ille respondit: Melius est, quod peperit vitulum, quam puerum, vitulum enim possumus comedere, non autem puerum.

CCLXVIII. De pastore inspiciente in aula in speculum.

In Ecloga Petrarchae venit pastor in aulam, qui prius non viderat speculum, et cum inspiceret in speculum, incepit amare virgines aulicas, sed male tractatus deiicitur per gradus scalae, et in haec verba prorumpit: Aeternum gemat ille miser pastoribus aulae, qui primus mala dona dedit etc., i. e. illud speculum fuit primo pastori malum donum, sic etiam novis aulicis aula est malum donum.

19a) volebat] Cod.: velle
19b) obturare] Cod.: obdurare

CCLXIX. De principe laborante febri et stulto.

Princeps quidam laborabat febri, habebatque morionem, qui fortassis audierat subitum terrorem mederi febri, quod etiam est verum. Cum igitur morio cogitaret iam de suo domino sanando, vidit aliquando principem stantem in quodam praecipitio, quod in flumen descenderat. Clam igitur accedens principem a tergo subito invadit et minatur quasi ipsum praecipitare vellet in flumen. Princeps valde perterrefactus liberatur quidem febri, sed morionem in carcerem coniici iubet, et cum iam diu deliberatum erat de poena, qua afficiendus propter commissum scelus esset morio, tandem concluditur, ut decolletur. Sed princeps tandem noluit illum decollari, sed commonefactionem mandat carnifici, ut procumbente morione in genua, eximeret quidem gladium, sed tantum baculo illum feriret. Carnifex mandatum principis exequitur, et morionem in cervicem vel cerebrum aliquanto fortius ferit. Morio collapsus post ictum statim exanimatur. Alii dicunt prae terrore hoc factum esse.

Philippus Melanthon [20]).

CCLXX. Habui aliquando aliquem, qui quoque meus fuit auditor, qui iam est Doctor iuris et Consiliarius Ducis Wirtebergensis. Is scivit artem palaestricam, ac fecit sibi parari vestem laceratam, convenientem eiusmodi exercitiis et hominibus. Cum igitur aliquando domum revocaretur a parentibus, venit ad me petens pecuniam. Ego interrogavi illum, quare vellet. Dixit, Er wolle im andere hosen lassen machen. Rursum dixi ad illum: Tamen antea bonas habes. Respondit mihi: Ich darff meinem parenti mit diesen zerhackten hosen nicht vnther augen komen. Tunc dixi ad illum: Das danck dir die drüß. Quare ergo me vidente gestas talem vestem? putas meos oculos minus honorandos esse quam parentis vel me esse excaecatum? Et deinde dedi illi pecuniam, unde alias emere potuit.

Philippus Melanthon [20]).

CCLXXI. Torgae accidit, ut cum studio visendi ludos et certamina equestria in Bacchanalibus quidam tecta domorum conscendissent [21]), ibi forte unus prae nimia intentione [21 a]) tecto decidit, cumque ad primam contignationem domus pervenisset, arrepto pallio alterius cuiusdam etiam illum secum rapit. Qui cum porro ad aliam contignationem pervenisset, rapit secum et tertium, ita ut casu 3 simul deciderint. Id magnum risum movit spectatoribus.

CCLXXII. De muliere vocante maritum knicklaus.

Narratur fabula de quadam muliere, quae saepius vocabat maritum suum knicklaus knicklaus knicklaus. Exprobrat illi hoc vitium, quod pediculosus esset. Ille verberavit eam, et cum nihil proficeret, tandem demersit eam in puteum, et cum iam mergeretur in profundum aquae, tamen exeruit manum supra aquam et gestu significabat, wie er die Leüß zerknicket hett, knicklaus.

CCLXXIII. Quidam puer rusticus, cum confiteretur sacerdoti, ab eo iussus est recitare 3. praeceptum decalogi. Quod cum recitasset, quaesivit porro Diaconus explicationem huius praecepti hoc modo, sicut quaeri solet: Was ist das? Ibi puer cum flexis genibus coram sacerdote staret, pileum in manibus habens, dixit: Ey her sehet irs nit, es ist ein blaws hütlein.

CCLXXIIII. De leproso.

In Francia quidam nobilis filiam suam desponsuerat alteri cuidam nobili, et utriusque arces inter se distabant milliaribus quinque. In media via sitae erant aedes cuiusdam leprosi, qui erat paterfamilias. Et cum nuptiarum dies adesset, pater virginis fido cuidam ministro virginem (quae erat valde formosa) ad sponsum deducendam committit; ipse enim postridie cum coniuge et aliis comitibus erat insecuturus. Servus cum virgine ingreditur iter, et cum duo milliaria absolvisset, coepit virgo valde frigere (erat enim hiems, et nobilis virgo insuetum frigus ferre non poterat). Itaque conqueritur vehementer de frigore, et dicit ad suum ductorem, se non posse ulterius progredi equo. Minister iubet virginem forti esse animo, et significat [22]) ei in vicinia esse aedes, in quibus se possint refocillare. Et cum equitatum esset ad aedes leprosi, ingrediuntur aedes, salutant hospitem, et petunt sibi copiam calefaciendi, aliquantisper ibi commorandi et sese

20) Philippus Melanthon.] Cod.: φ. M.

21) conscendissent] Cod.: conscendisset

21 a) intentione] Cod.: intentia

22) significat] Cod. habet scripturae compendium: sgt

recreandi. Quam cum impetrassent, relinquit eques virginem solam in hypocausto, et ipse curat equos in stabulo. Leprosus accurate intuens formam virginis, magis magisque urit amore ipsius. Tandem ut ea etiam possit potiri, accedit equitem in stabulo, et insidiose eum interficit. Deinde rediens in hypocaustum alloquitur virginem de stupro. Virgo quia erat pia et honestatis amans, orat eum, ne quid istiusmodi animo cogitaret propter Deum et suos parentes, et negat stuprum. Sed leprosus indicat virgini mortem sui ministri, et nisi ipsi sui copiam faciat, similiter perituram dicit. Quid faciat misera virgo? Est destituta auxilio servi, stat inermis, armatus cruentus et leprosus latro ob oculos versatur. Tandem multis lachrimis deformata cum esset coacta et inferior, promittit se velle explere eius libidines, sumens cultrum, quem in latere pendentem habebat ad marsupium, et praeferens, quasi cultro vellet nodos ligamentorum vestimenti solvere et sese nudare, se ipsam interficit. Leprosus spe frustratus induit utrumque cadaver sacco, et insidens equo, ante se imponit saccum ad cervicem equinam equitaturus in sylvam, voluit fortasse cadavera condere, vel in proximum flumen abiicere. Deus vero voluit tam crudele facinus manifestari et puniri, atque ideo non multo post advenit virginis pater cum suo comitatu, iturus ad filiae nuptias (sed vertuntur nuptiae in tristissima funera). Vident leprosum ante ipsos equitantem per unius agri intervallum. Nobilis agnoscit equum suum, quo avectus fuerat virginis ductor, aliis vero dicentibus non esse suum equum; quomodo enim possibile est ipsum hic iam esse, inquiunt. Coepit[23]) nonnihil dubitare, et passus est se a priori sententia abduci. Tandem cum nobilis animus magis magisque malum praesagiret, iussus unus ex ministris statim ad leprosum properare et ex eo, quis esset, aut a quo pergeret, exquirere. Quod cum minister faceret, statim cognovit sui collegae equum. Itaque cum interrogaret ipsum, quis esset? unde vectus esset equum istum generosum? obmutuit maleficus et totus expalluit; sed minister putans ipsum res alias agere et equum furto acquisivisse, deiicit de equo saccum, et manu tenens frena, cepit latronem et captivum detinens acclamat suis, ut accurrant, et capiunt furem, de equo cognito deturbant. Deinde cogunt ipsum aperire saccum; quid multis? agnoscunt suos; exoritur miserabilis gemitus et fletus[24]) scelere cognito. Tandem vinciunt latronem et in carcerem abiiciunt, donec de eius supplicio facta sit deliberatio. Postea nobilis curat aedes leprosi diripi, spoliari et conflagrari, et secum domum vehit cadavera et sepelivit. Postremo homicida atroces poenas dedit sui sceleris.

CCLXXV. Duo famelici milites et omni pecunia exhausti cum quoddam[25]) monasterium in itinere essent conspicati, accedunt[26]) ad id, et petunt aliquam stipem. Ibi portitor porrigit (erat enim tempus prandendi) ius valde calidum et atrum panem; ipsi cum non haberent cochlearia, nec fames pateretur moram, conveniunt inter se, ut mox ore absorberent ius alternis vicibus, et panis reservaretur in reliquum iter. Ibi primus alteri propinans cum exorberet ius calidum, vehementer combussit palatium, ita ut ex oculis extillarent lachrimae, quas cum alter videret, interrogavit de causis lachrimarum, cur nunc lachrimaret, cum haberet, quod ederet, et antea, cum esuriisset, non itidem faceret. Ille dissimulans calorem offae, fingit alias causas lachrimarum, scilicet[27]) ante annum hoc die in crucem suspensum esse suum patrem inquit, id sibi in mentem nunc venisse. Tandem et alter sorbet de calido iure, et similiter ut primus combussit os, ut etiam ex oculis stillae caderent. Tunc dixit alter: Ecce, nonne et tu lachrimas? cur quaeso id facis? Respondit alter: Lachrimo, quod non una cum patre es suspensus, quod si factum esset, non combussissem os meum.

CCLXXVI. Ante sex annos Viennae combusta est mulier, quae habuit rem cum cane, et foetus caput habuit humanum, sed reliquum corpus retulit speciem canis.

CCLXXVII. Dicunt de Eremita, qui cum haberet apes et iam collegisset plenam ollam mellis, dixit ad se ipsum: Ego vendam illud mel et emam mihi duas oviculas et aedificabo magnum gregem; deinde, si ero dives, ducam uxorem, quae erit morigera, et si noluerit esse morigera, percutiam illam. Et habens baculum, ac simul feriens dixit: Ego eam sic percutiam; et forte

23) Coepit] Cod.: Cepit

24) fletus] Cod.: femitus
25) quoddam] Cod.: quodam
26) accedunt] Cod.: accedant
27) scilicet] Cod. habet scripturae compendium: β

casu ferit illam ollam cum melle, et frangit eam. Sic inanis erat cogitatio.

CCLXXVIII. Ferunt quendam venisse ad Davidem et consuluisse eum, quod commodissimum sibi videretur, an duceret virginem, an viduam, an quae duobus viris antea nupta fuisset. Hunc David ad filium Salomonem[28]) misit, qui tunc cum aliis pueris equitabat in arundine longa. Hic respondit:[29]) Ein virgo wie du wilt, ein vidua wie sie wil, die zwen gehabt, huot dich, mein pfert schlegt dich.

CCLXXIX. Civis quidam honestus ac dives Christophorus Baumgartnerus uxorem suam Elisabetam perdivitis negotiatoris filiam, nomine Henrici Davidis filiam, suspectam habebat, quod furtivam consuetudinem haberet cum famulo; tantum erat suspicio nullis certis argumentis nixa. Ea per occasionem increvit[29a]), cum famulus abesset, a domino missus colligere a certis debitoribus pecuniam. Vir ingressus illius cubiculum venans, opinor, argumentum, quo convinceret, quod suspicabatur; reperit in famuli caligis ligulas sericas. Mox accersitam coniugem percontatur, nosceretne illas ligulas, aut unde servus nactus esset, nam suos esse novit. Confessa est a se donatas. Tum maritus ut verum extorqueret metu pugionis, mucronem ventri mulieris imponit, promittens nihil futurum mali, si verum profiteretur, et quo magis pelliceret ad confessionem, ipse prior fassus est se commisisse adulterium, idem de uxore suspicari. Illa primum infitiatur[30]), tandem urgente marito confessa est, et ipse confessam maritus dimisit. Territa confugit ad sororem in pago, nomine Brattezich. Actum est per affinem et propinquos de reditu in gratiam. Maritus se placabilem exhibuit; reditque mulier sabbatho 3. die Augusti, deducentibus eam aliquot cognatis et propinquis, quos maritus excipit hilari compotiuncula; discessum est cum gratulatione, et, ut aiunt, ea nocte fuit viro et uxori lectus communis, ne quod offensionis vestigium residere videretur, postero die simili hilaritate pransi sunt una; sed mox a prandio ablegavit famulum ad concionem, liberos ex priore coniuge susceptos ad emenda pyra. Ita nactus solitudinem obdit pessulum ianuae, gravidam uxorem transfodit, mox filiolam vix quadriennem. His peractis ipse scripsit epistolam ad senatum, confestim in summam aedium partem conscendit, ac ter clamato nomine Iesu se praecipitem dedit, adeo ut cerebrum disperserit viam, caligis una ligularum alligarat epistolam, in qua continebatur, quid quomodo fecisset ac facturus esset. Occidit adulteram confessam; occidit filiam, ne quis in posterum illi paternum seu maternum crimen exprobraret; sibi fuit carnifex, ne longo cruciatu periret iudicum sententiis damnatus. Item in corpus saevitum est ossibus fractis, impositum est sublimi rotae, deinde inclusum ligno demissum est in Rhenum. Quid animae acciderit, novit Deus.

CCLXXX. Recens accidit tragicus casus punitae libidinis. Nepos pontificis cardinalis habuit rem cum coniuge civis mediocris Romani, qui permiserat illam turpem consuetudinem. Quod ubi rescivit frater illius mariti, graviter eum accusavit. Quomodo autem uterque punitus sit, breviter dicam. Cardinalis mittit ad uxorem illius civis, et mandat, ut instruant ea, quibus opus sit ad lenimentum, se in illa nocte ad eam perventurum. Mulier exequitur mandatum, et adornat omnia diligenter; sed cardinalis impeditur mirabiliter, ne possit ea nocte ad eam venire. Cum igitur in multam noctem frustra eius adventum exspectasset, tandem maritus inquit ad coniugem: Age, eamus una in cubiculum, quod instructum est cardinali, ut ibi cubemus. Uxor assentitur, et dum simul ita cubuit, mariti frater, qui clam latebat in aedibus, irrupit in cubiculum, et accedit imprudentius ad lectum, et fratrem una cum coniuge gladio transfodit; postea cum cognovisset, quantum sceleris commisisset, antequam in exilium iret propter interfectum fratrem, curat se per quendam sacerdotem etiam interimi. Sic Deus punivit horribiliter utrumque.

CCLXXXI. Antverpiae erat quidam Hispanus vel Italus, nam ibi promiscue nominantur Wallen, cum videret suum consodalem crescere et maiores successus habere in negotiatione quam se, quaerit occasionem, ut illum tolleret, et primum coegit eum, ut scriberet literas, quibus testaretur, quod ille deberet sibi aliquam pecuniae summam, ne, cum ipsum interfecisset, defraudaretur pecunia; postea arte interficit suum consodalem, et infodit cadaver in suam cellam. Post aliquot dies cum ille interfertus desideraretur,

28) Salomonem] Cod.: Salomonis
29) Hic respondit:] desunt in Cod.
29a) increvit] Cod.: incruduit
30) infitiatur,] Cod.: infitiari.

quaesitus est in aedibus ubique a publicis ministris. Ille vero, qui perpetraverat caedem, cum metueret fossionis notas, iterum effodit cadaver et proiicit in puteum quendam. Hoc forte vidit mulier et indicat senatui, in hunc puteum iniectum esse cadaver, monstratque domum, ex qua portatum sit. Comprehenditur autor, et postea in foro, in illa sella, in qua interfecerat sodalem, ist er mit glüenden Zangen zerrißen worden. Haec est ultio divina.

CCLXXXII. Fuit Romae quidam curtisanus, qui vel parsimoniae vel avaritiae causa interdicebat famulis vinum, cumque servum in cellam mitteret, ut vinum afferret, cogebat sumere aquam in os, et, cum redibat, iubebat eum exspuere aquam coram domino. Verum famulus eius habebat in cella aquam in vase quodam, et sumptam aquam coram domino exspuebat in cella, et bibebat quantum volebat, deinde iterum sumebat aliam aquam in cella, quam coram domino exspuebat.

CCLXXXIII. Fuit vir eximia probitate praeditus Traianus Imperator. Hic cum aliquem praetorio praefectum designasset, porrexit gladium ei in manum his verbis additis: Utere gladio hoc adversus hostes meos et patriae in iustis causis; sin minus iuste egero, tunc in me ipsum stringito gladium. Quotiescunque igitur Imperator designabatur publicis notis, optari solebat, ut felicitate et probitate Augusto Traiano aequaret.

Philippus Melanthon[31]).

CCLXXXIIII. Conradus Imperator obsedit arcem, quae vocabatur Venisperg[32]), non procul a patria mea[33]), quam cum post longam obsidionem capere non posset, petitum est a mulieribus, quae in arce erant, ut Imperator concederet eis abire libere, et simul quicquid portare possent, simul auferre liceret. Conradus Imperator, ut erat virtute et ingenii placabilitate praestans, promisit eis fore liberum recessum. Cogitabat autem mulierculas esse perterritas, et pueros aut vasa argentea esse aut aliquid simile deportaturas. Mulierculae vero humeris inde gestabant maritos et capitaneum. Cumque delatum esset ad Imperatorem, iussit venire salva pace in tentorium suum mulierculas, et simul ablatos viros. Incitabatur autem a quibusdam, ut plecteret capitaneum. Ille vero, ut erat homo aequus, considerat se non posse iure hoc facere, et tandem misericordia motus donavit mulierculis maritos et capitaneum, qui Guelfus nominabatur, et fecit cum eis pacem firmissimam.

CCLXXXV. Apud Herodotum legitur historia de uxore, quae habuit in carcere uno tempore maritum et patrem. Impetravit apud iudices, ut alterutrum liberari peteret. Illa autem parentem petiit et liberavit. Graviter postea a multis accusata, respondit: Possum habere alios maritos, sed non alium parentem[34]).

CCLXXXVI. In salinis Saxonicis erat ante annos triginta concionator pius, Dominus Georgius. Hunc propter veritatis doctrinam oderant monachi et sacerdotes, et Episcopus Moguntinus vocabat eum ad se, vel agebat serio vel placide cum eo, ne adeo molestus esset monachis; postea benigne dimittit. Ibi quidam sacerdos dives insidias struxit, curat eum in reditu observari, et sic venabulo traiicitur. Ille interfector moritur horrendo genere mortis, tricesimo die post hoc factum; dicebant eum mugisse instar bovis, et quidem subito moritur, nec apparuit alius causa, imo constabat, tricesimo die Deum ab ipso rationem postulasse. Sic hoc loco Deus ulciscitur caedem factam ante annos 30, tricesimus dies et annus sunt critici[35]). Item in papatu constituerunt, tricesimum diem vocant den dreisichen beghen.

Philippus Melanthon[31]).

CCLXXXVII. Caesar noster cum graviter decumberet, venit ad eum Marchio, volens ipsum consolari inquiens: Domine Imperator, estote bono animo, vos habetis multas divitias, bene potestis parare medicamina. Respondit Imperator: Ach non est aliud remedium nostri doloris denn Gedült vnnd schreihen, idem fere ac si diceret gedült vnd vngedült, et ferre et tamen sentire cruciatus, sentire in illa ipsa temperantia naturae aversionem est exigua patientia.

CCLXXXVIII. Fuit quidam monachus in conventu Spirensi, qui[36]) praedicabat: Ego liben-

31) Philippus Melanthon.] Cod.: φ. M

32) i. e. Weinsberg

33) scil. ab urbe Bretten.

34) Haec historia orta esse videtur ex illa, quae ab Herodoto l. III. c. 114. narratur.

35) critici] Cod.: critiriae.

36) qui] Cod.: cum

ter vobis dicerem de novis rumoribus de Luthero; sed tempus iam est elapsum, sed ad proximam diem dominicam singularem de his concionem instituam. Convenit itaque magna multitudo, cupiens aliquid novi audire. Commoratus est itaque de panibus (erat enim dominica Iudica), et tandem inquit: Profecto ego paene oblitus essem istorum, de quibus vobis dicere volui. Populus autem arrigebat aures, et attonitus stabat. Dicit monachus: Laici nos oderunt et nos vicissim ipsos. Khere ein ider für seiner thür, so würdt es allenthalben rein, sicut etiam Imperator noster dicit: Omnes indigemus emendatione, das ist, faciat quisque opera suae vocationis, vel sicut dicitur: Spartam quam nactus es, hanc orna.

CCLXXXVIIII. Doctor Martinus dixit: Virgilius multos parit malos poetas, Dominus Philippus multos malos dialecticos, et ego multos malos theologos, ὦ δόξα δόξα[37]), quam communis es noxa!

CCLXXXIX.[38]) Rex Daniae praestantissimus est princeps, qui valde favet nostrae religioni, ad quem cum deferretur querela Nonnarum seu Monialium quarundam conquerentium principi, quod vexatae essent a rustico quodam, quem captivum secum duxerant, dixit rex, se nolle esse iudicem de hac re, sed missurum quendam, qui sit compositurus negotium, et misit ad eas Doctorem Gagium, qui intelligens negotium et rustici innocentiam, iussit primum resolvi eum, et postea ex eo sciscitatus est: waß hastu den Nonnen gethan, das sie dich gebunden hieher gefürt haben? Rusticus respondit: Ich hab nur ein mal oder zwey geschriben: Himelhuren, himelhuren, als dan haben sie mich gebunden hergefürt. Tum Doctor: Gehe hin vnd sage forthin nit mer die warheit, wiltu vngebunden sein.

CCC. Factum est in Bohemia vel Moravia, spectrum quodam nocturno tempore venit ad quendam dicens: Veni mecum. Rediit sequenti etiam nocte. Is vero priori nocte noluit; idem spectrum atque iterum dixit: Veni mecum. Is autem denuo noluit abire cum spectro. Rediit tandem tertia nocte dicens: Veni mecum. Alter confirmatus abiit cum spectro, et deduxit eum in ignotum locum, scilicet in campum quendam, inquiens: Videsne aliquid? Respondit alter: Video. Quid vides? inquit spectrum. Video magnum exercitum. Quid amplius? Video etiam aliam turbam alicuius alius exercitus. Tunc spectrum, Sic fiet, inquit, Venient Turcae et magnas facient devastationes, dimicabunt cum Christianis, et Christiani vincent, facta prius magna eorum caede magnisque ac miserandis devastationibus.

CCCI. Quando in senatu Noribergensium aliqua negotia inextricabilia incidebant, Senior Ebnerus vir sapiens et doctus dicere solitus est: Ich heiß wol der Ebner, aber ich kan es nit alles ebenmachen.

CCCII. Ego Phil. Melanthon[39]) eram aliquando in convivio et simul alii docti viri. Cum autem diu manere non poteram propter negotia, ibam domum, et inter eundum venerunt ad me quidam studiosi. Isti me accipiebant et volebant me in rivum immittere. Ego tacebam et nihil dicebam, sed vix a risu me abstinebam. Tandem cum venirent ad rivum, dicebam ridens: Ey ir Lerker, parcite praeceptori. Da stelleten sie mich gemach nider vnd lieffen daruon, als wen sie der donner iaget.

CCCIII. Cometae, quorum intercapedo est undecim signorum a sole, si apparuerint in cardinibus, regni alicuius rex aut ex principibus regni aliquis movetur; sin in loco succedente, bene se habebunt, quae thesauri eius sunt, suum tamen gubernatorem mutabunt[39a]); quod si in loco declinante, morbi ac repentinae mortes erunt; at si ab occasu moventur ad ortum, externus hostis regiones incursabit; si non moventur, provincialis hostis erit.

CCCIIII. Interrogatus a principe Turherus, qui fuit Duumvir Norimbergae, quomodo tantam multitudinem plebis regere et coercere possent, respondit: Gnediger herr, mit linden worten vnd harter straff.

Durandus de coena Domini.

1. Verbum audimus	Gottes wort wür horen vnnd sein stim Die dringt durch in vnsern syn.
2. Motum sentimus	Vnnd würdt dardurch dz hertz bewegt Vnnd neue kraft darin erregt.
3. Modum nescimus	Die form vnnd weiß, wie dz zu gebet, Kein mensch in dieser welt verstehet.

37) ὦ δόξα δόξα] Cod.: ὁ δόξω δόξα

38) Sic in Cod. numerus proxime praecedens iteratur.

39) Phil. Melanthon] Cod.: φ. M.

39a) mutabunt] Cod.: mutabit

4. Praesentiam credimus

Allein der glaub an Jesum Christ
Schafft, dz er gegenwerdich ist.
Vnnd speist vns mit seim fleisch vnd blut,
Vnnd sich mit vns vereinigen thut.
Der mündt empfehet natürlich broth,
Die seel aber speiset selber got.

Quemadmodum ciconia, etsi demigrat, tamen reversa eosdem nidos repetit, ita non oportet amicorum oblivisci ob intermissam vitae consuetudinem, sed memoriam semper nobiscum ferre.

Querela de fide.

Viri fratres verbi Dei
Non vos turbent rhythmi[40]) mei,
Sed audite propter Deum
Flebilem sermonem meum:
Mundum dolens circumivi,
Fidem undique quaesivi;
Ubicunque fidem quaero
Vel in plebe, vel in clero,
Vel in claustro, vel in foro,
Ubi fides sit, ignoro;
Fides nullibi apparet,
Totus mundus fide caret.
Filius non servat patri
Fidem, neque frater fratri;
Heu de sede sua ruit
Fides, quae tum firma fuit
Quondam, et pro ea dolus
Triumphat per orbem solus
Tam potenter et tam dire,
Ne quis contra possit ire.
Quicquid dolus iubet esse,
Hoc inferre est necesse.
Clerus populusque totus
Dolo subiacet devotus.
Dolus omnia pro voto
Disponit in orbe toto.
Qui cum dolo conversantur,
Illi sunt qui principantur;
Sed qui dolum vere nescit,
Est abiectus et vilescit,
Et vocatur Idiota,
Non est dignus uno iota.

40) rhythmi] Cod.: rithmi

D. Paulus Eberus ex cap. Esaiae 49.

Num poterit mulier curam deponere nati,
Ut sobolem mater negligat ipsa suam?
Pone, quod eveniat, genetricis ut exuat omnem
Affectum mulier, saevior illa feris,
Ipse tui nunquam tamen obliviscar in aevum
Inque mea tua sunt nomina scripta manu.

De sacerdote furem consolante.

Quidam sacrificus furem comitatus euntem
Huc, ubi dat sontes carnificinae neci,
Ne sis maestus, ait, summi conviva tonantis
Iam cum caelitibus (si modo credis) eris.

His carminibus finitur Codex manuscriptus.

APPENDIX.

Illis variis historiis h. l. tanquam Appendicem annectimus varia additamenta, quae Melanthon manu propria adscripsit ad Editionem principem Calendarii historici a Paulo Ebero conscripti, quae leguntur in exemplo, quod olim Strobelio fuit, nunc vero Bibliothecae Senatus Norimbergensis est, ex qua in manibus habeo. Hoc autem Calendarium, quod maxima ex parte Melanthonis opus a Strobelio iudicatur, prodiit hisce Editionibus:

Calendarium historicum conscriptum a Paulo Ebero Kitthingensi. Witebergae. Excusum in officina haeredum Georgii Rhau. Anno 1550. 31 plagg., *, ** et litt. A — Z, Aa — Ff sign., 16 foll. non num., 432 pagg. num., ult. 16 foll. non num., 8. (fol. * 1ᵇ Ioach. Camerarii carmen graecum [10 disticha] εἰς Ἡμερολογεῖον Παῦλον Ἐβῆρον Φράγκον; fol. * 2ᵃ — 8ᵇ P. Eberi epistola dedicatoria ad Georgium Fridericum Marchionem Brandenburgensem a. 1550. data; fol. ** 1ᵃ — 8ᵇ Elegia Iohannis Stigelii de Calendario Pauli Eberi; pag. 1 [fol. A 1ᵃ] — 48. Praefatio, in qua de utilitatibus Calendarii, de dissimili ratione annorum apud diversas gentes, de mensibus Ebraicis, Macedonicis seu Graecis, Atheniensibus, et Aegyptiis agitur; p. 49 — 432. Calendarium, cuius singulae paginae, prima pagina [aut primo folio] cuiusque mensis excepta, quae varia eius nomina continet, singulos anni dies exhibent; fol. Ee 1ᵃ — 2ᵇ Admonitio ad omnes lectores; fol. Ee 3ᵃ — 4ᵃ Distributio et numeratio dierum mensis Attici; fol. Ee 4ᵇ Duplex ordo mensium Ebraicorum; fol. Ee 5ᵃ — Ff 8ᵃ Index Calendarii, erratis in fine subiunctis; fol. Ff 8ᵇ vacat.).

Calendarium historicum — — (Idem Index) *Witebergae iterum et auctius excusum in officina haeredum Georgii Rhau. Anno* 1551. — (In fine: *Witebergae. Excusum in officina typographica haeredum Georgii Rhau. Anno* 1551. 32 plagg. litt. A—Z, Aa—Ii sign., 16 foll. non num., 432 pagg. num., 23 foll. non num., ult. fol. album, 8. (fol. A 1ᵇ Ioach. Camerarii carmen graecum; fol. A 2ᵃ—8ᵇ P. Eberi epist. dedicat. ad Georgium Fridericum March. Brand. a. 1550. data; fol. B 1ᵃ—6ᵇ Ioh. Stigelii carmen ad P. Eberum; fol. B 7ᵃ—8ᵇ Calendarium Romanum vetus; pag. 1 [fol. C 1ᵃ] — 48. Praefatio; p. 49—432. Calendarium; fol. Gg 1ᵃ—3ᵃ Admonitio ad omnes lectores; fol. Gg 3ᵇ—4ᵇ Distributio et numeratio dierum mensis Attici; fol. Gg 5ᵃ Duplex ordo mensium Ebraicorum; fol. Gg 5ᵇ—6ᵃ De usu tabulae sequentis; fol. Gg 6ᵇ—Hh 1ᵃ Tabula exhibens certarum stellarum ortus et occasus cum Sole et aliis Planetis, iuxta seriem Signorum Zodiaci; fol. Hh 1ᵃ—Ii 6ᵇ Index Calendarii; fol. Ii 7ᵃ Clausula; fol. Ii 7ᵇ—8ᵇ vacant.) *).

— — (Idem Index) *Witebergae* 1571. 4. **).

Hoc Calendarium et in *germanicam*, et in *franco-gallicam* linguam translatum est. Illa translatio prodiit *Witebergae* 1582. 4., haec autem *Genevae* 1639. 8.

Melanthonis additamenta ad Eberi Calendarium.

Ad V. Ianuar.: 1477. die 5. Ianuarij interfectus Carolus Burgundus.

Ad VIII. Ianuar.: Anno 1557 ἀπέθανεν Ἀλβέρτος μαρχίων Casimiri filius.

Ad X. Ianuar.: Mortuus Origenes, ut scribit Clemens.

Ad XXVIII. Ianuar.: Otho tertius eodem die mortuus anno millesimo primo.

Ad XXIIII. Feb. ad verba: Eodem die auspiciis Caroli V. Imperatoris captus est in praelio ad Ticinum Franciscus Rex Galliae, anno 1525.: „aquila conculcavit lilium."

Ad XXVI. Feb.: mortua filia mea Hanna Anno 1547., mortuus dux Fridericus Palatinus Elector Anno 1556.

Ad VII. Martii: mors Thomae Aquinatis anno 1274. aetatis suae 50.

Ad XVI. Martii: Lasari resuscitatio 16 Martij.

Ad XVII. Martii: Mortuus M. Antoninus Imp. cum vixisset annos 58. menses X. dies 22.

Ad XX. Martii: prima dies mundi.

Ad XXV. Martii: κε (?) φαμενώθ [1]) passus 12, 8 Clem.

Ad XXXI. Martii: Hieronymus Stridonensis in Bethlehem mortuus anno aetatis nonagesimo primo pridie Cal. Aprilis anno Χριστοῦ 420.

Ad II. Aprilis: mortuus Magirius 1557.

Ad VI. Aprilis: Rex Matthias Viennae 6 die Aprilis mortuus anno 1490. anno aetatis 47.

Ad V. Maii: 5 die Maij Imp. Carolus castra locavit in Pistricia ad Witebergam anno 1547.

Ad XXI. Maii: mortuus Constantinus Magnus [2]).

Ad XXVI. Maii: dies nuptiarum Iohannis Friderici II. Saxoniae ducis et Hagnis filiae Landgravij Anno 1555.

Ad VII. Iunii: 7 Iunij obsessa Ierosolyma a Gotfrido 1099, capta 15 Iulij anno 1099.

Ad I. Iulii: dies pugnae Friderici Pal. cum tribus principibus anno 1462.

Ad IX. Iulii: 1553. hoc die magno proelio profligavit dux Saxoniae Mauricius exercitum Marchionis Alberti, non procul a Bern (?) [3]), sed dux Mauricius vulneratus est, et interfecti sunt duo filii Ducis Brunsvicensis.

Ad. XI. Iulii: 1553. dux Saxoniae Mauricius hoc die pie mortuus est.

---

*) Hanc quoque Editionem aeque ac praecedentem ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

**) Haec etiam Editio in eadem Bibliotheca asservatur.

1) φαμενώθ] nomen mensis Aegyptii, qui in tabula mensium ab Ebero p. 47. praefationis proposita Martio Romanorum aequiparatur.

2) Anno 337

3) Ad urbem Sievertshausen in Luneburgensi ducatu Albertus victus est

Ad XV. Iulii: Idibus Iulij capta Ierosolyma a Godefrido anno 1098 [4]) Corbano Persa [5]) victo, caesa infidelium centum millia.

Ad XVIII. Iulii: 1100 anno mortuus Godefridus rex Ierosolymae 15 Cal. Augusti.

Ad XIX. Iulii: Natalis Magdalenae filiae.

Ad XXVIII. Augusti, ad nomen: Augustinus: „mortuus anno aetatis 76 anno Christi 430.

Ad III. Septembris: Paulus Aemylius 3 Nonas Septemb. in proelio ad Pydnam Perseum 20 millibus peditum occisis vicit Anno urbis 586 [6]).

Ad X. Septembris: mortuus Huniades anno 1456 sepultus in Alba Iulia.

Ad XX. Septembris: Carolus Quintus Imp. mortuus in Hispania Anno 1558.

Ad XVIII. Octob.: die Lucae Anno 1448 facta ingens pugna adversus Amurathium ad Schitnizam in Rascia [7]).

Ad XXII. Octob.: mortuus Carolus Martellus anno 741.

Ad XXVII. Octob.: mortuus est meus pater Georgius Suartserd Anno 1507.

Ad V. Novemb.: nonis Novemb. Zacharias, pater Iohannis Baptistae, interfectus ad altare.

Ad XIII. Novemb.: Caspar Peucerus Caspari filius hoc die natus est Torgae Anno 1552.

Ad XVII. Novemb.: mortuus Valentinianus Imp. anno aetatis 55 imperii 12 [8]).

Ad XXIX. Novemb.: natus Philippus Peucerus Anno 1559 mane hora tertia, usitatae numerationis; deus nobis adsit.

Ad XVII. Decemb.: dies, quo mortui sunt tres viri, qui fuerunt in fornace babylonica; mortuus Lasarus.

Ad XXV. Decemb., ad verba: חנוכה *Ἐγκαίνια.* Renovalia. Instituta primum et celebrata a Iuda Macchabaeo, cum is hoc die repurgatum templum Hierosolymitanum sacrificio divinitus instituto dedicasset etc.: „praecise ante natales *Χριστοῦ* 162 a. repurgatur."

---

4) 1098] sic h. l. scriptum est, supra vero recte 1099.

5) Wilkenius in l. Geschichte der Kreuzzüge T. I. p. 278. hunc ducem Korbogam Turcam appellat.

6) i. e. Anno 168. a. Chr.

7) De hac pugna in Cassovae agro ad Schitnizam flumen, in qua Hunyades a Murade victus est, conf. Joh. v. Hammer: Geschichte des Osmanischen Reiches Tom. I. p. 478—480. et Mailáth Geschichte der Magyaren T. III. p. 11 sq.

8) Anno 375. p. Chr.

VI. PHIL. MEL. HISTORIA DE FRANCISCO SPERA.

Haec historia, Strobelio teste, a Melanthone in linguam vernaculam translata anonymice a. 1549. prodiit sic inscripta:

> Warhaftige Historia von einem Doctor in Italia welchen die feind des heligen Euangelij gezwüngen die erkandte warheit zuuerleugnen. Ezechielis am XVIII. So war als ich lebe, spricht der HERR, Hab ich nicht gefallen an dem Todt des sterbenden, sondern viel mehr das er sich bekere von seinẽ wesen vnd lebe. 1549 — (In fine:) Gedruck zu Wittenberg durch Joseph Klug. Anno. 1549. 5 plagg. litt. A — E sign., 20 foll. non num., quorum ultimum album est *).

Haec historia cum aliis coniuncta francogallice, cum praefatione Ioh. Calvini Genevae 15. Nov. 1549. scripta, prodiit 1557. in libro infra p. 665. recensendo.

*) Hunc libellum ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

HISTORIA DE FRANCISCO SPERA
PHILIPPO MELANTHONE INTERPRETE.

Warhafftige Historia von einem Doctor in Italia welchen die feind des heiligen Euangelij gezwungen die erkante warheit zuuorleugnen.

Es hat sich ser ein schreklich vnd wünderbarlich exempel Gottes zorn vnd straffe wieder die, so wieder jr gewissen handeln, itzundt newlich bey vns zugetragen. Welchs wir euch, wihe wir es gegenwertig gesehen vnd gehort haben, zuerkennen geben.

Franciscus Spera Doctor in Rechten in hendlen die er zufuren seer richtig vnd beredt, aus einer Stadt mit namen Citadella in Italia bürtig, ein man vmb die 50 jar, von Gott mit einem Weib, eilff Kinder, ehren vnd gütter begabet. Dieser Doctor nach dem er dürch Gottes gnad von dem heiligen Geist erlüchtet war, hat ehr den Herrn Jesum Christum Gottes Son fur seinen helffer vnd seligmacher erkandt, auch solche gnad offentlich von hertzen bekandt vnd ausgebreitet nemlich das wir allein durch den HErrn Jhesum Christum fur Gott gerecht werden, nicht von wegen vnserer guten werck oder verdienst, mussen aber gleich wol gut gewissen haben vnd in Göttlichem gehorsam leben, dieweil solchs Gottes ernstlicher wil vnd gebot ist. Als er nu von dieser lahr bey andern viel geredt, vnd andere vermanet die Göttliche warheit anzunemen, da ist der arme mensch, zu seinem grossen vnglück aus etlicher seiner abgünstigen anstiefften, gen Venedig für den Pebstlichen Legaten citirt, vnd fur ein Ketzer angeklagt worden, mit bedreuhung des zeitlichen todes vnd verlierung aller seiner guter, vnd entlich aus forcht dahin gedrüngen, Das er die rechte ware lahr, welche er zuuor bey vielen offentlich bekand, gantz widerrüffet vnd verleugnet hat, mit zusagung, das er solche widerruffung als bald er anheim komme, auch offentlich thuen wolle dem volck vnd Kirchen dienern damit gnug zu thuen.

Also ist der elend mensch von dem Legaten abgeschieden, vnd als er sich vff den weg gemacht, seind jm mancherley anfechtung, das ehr wider sein gewissen gehandelt, furkommen, Darumb er auch im zweifel gestanden, ob er heim gen Citadella sich solt begeben alda wissentlich wieder sein gewissen den widerruff zu thun, oder ob ehr vngeacht verlust seiner dignitet, güter, vnd was er hette, sich zu Gott sei-

nen Hern keren solt, rew vnd leidt für seine sünde haben, vnd vmb vergebung der sünden vmb seines liben Sons Jesu Christi willen, welcher ein mittler vnd versuner fur vns worden ist, bitten.

Dieweil er nun in solchen gedancken stehet, wirdet jm von dem Heiligen Geist, welcher jhn noch nicht entlich verlassen hat, eingeben, auch sein eigen gewissen erinnert jhn, das er Busse thuen solle, vnd lieber Weib, Kinder, Zeitliche narung, Digniteten vnd alles, was er auff erden het, verlassen, Ja auch den gegenwertigen todt leiden, ehe er wieder sein gewissen, die reine Christlich lahr des heiligen Euangelij, welche wir aus der Propheten vnd Aposteln schrifften, ja von Christo selbs gelernet haben, verleügne.

Es hat der Heilige Geist jhn mit solchen gedancken offt vermanet, das er gemeinet es rede jemands mit jhme vnd spreche: Sihe dich fur Francisce, das du nicht die verleugnung der Warheit, die du aus schwacheit des fleisches zuuor gethan, widerumb zum andern mahl wissentlich wieder dein conscients bestedigest, den Heiligen Geist jn dir betrübest vnd ausstossest. Dein sünde wirt dir nicht zum töde gerechnet, kere dich zu Gott, thue bus, sündige nicht mehr, vnd bleibe bey der erkanten warheit, so wirt sich Gott deiner erbarmen, vnd dir deine sünde vmb seines Sons Jesu Christi willen nicht zurechnen.

Diese vnd andere mehr andechtige gedancken hatt der Doctor, wie er selbst hernach bericht, weil er auff dem weg gewesen, gehabt, aber dis alles nicht geacht, sondern zeitliche güter, Weib, Kinder, ehr, sein stand, reichthumb vnd narung, für die erkandte warheit furzuziehen, die zugesagte widerruffung zu thun, bey sich beschlossen.

Nach dem er aber also verstocket in die stad Citadella kommen ist, hat er sich bey dem Richter, welcher zuuor schriftliche befehl von dieser sach bekommen, angeben, wihe das er bereidt sey für dem volck vnd der Kirchen die lahr, die er ein zeitlang in der stad gegen jederman bekennet, zuwiderruffen, Solchs als er es angezeiget, ist er heim gangen, Auf dis sein angeben bey dem Richter ist zu jm nach[1]) den selbigen abendt ein Pfaff kommen, hat jm ein formular bracht wie vnd auff wasserley[2]) gestalt er den widerruff, den andern tag für allem Volck thun solte.

Wiewol jm aber diese sach so seer angelegen vnd jhn betrübet hatt, das er die nacht darfur nicht ruhen hatt können, Jedoch hat er sich nicht heraus zu winden vermöcht, sondern den andern tag jn gegenwart des Richters, seiner früntschafft vnd alles Volckes die lahr, die ehr zuuor fur rechte gehalten, auch alles, was er daruon geleret, widerruffet. Der menschen verdienst, zuuersicht eigner werck, das Fegefeuer, der Heiligen anruffung, gnugthuung, Indulgentien, vnd andere jrthumb mehr, welche er zuuor aus der Heiligen schrifft refutirt offentlich, das er hirin geirret, erkandt vnd bezeuget, Nun aber sey er in das licht vnd den weg der warheit der heiligen Romischen Kirchen widerumb gefuhert vnd gebracht worden.

Dis alles nach dem es gescheen, ist er vmb xxx gulden gestrafft worden, daruon er fünff dem Pfaffen, der jm das formular des widerruffs bracht, geben, aber von den vbrigen xxv. gulden hatt ehr ein Monstrantz machen lassen, Vnd ist also dieser Doctor von der öbrikeit durch dis, sein widerruffen bey seinem Weib, Kindern, ehren vnd güthern erhalden worden.

Nach diesem allem hatt den armen elenden menschen sein eigen gewissen alsbaldt anklaget vnd schrecklich betrübet, das er wider sein conscientz, wider den Heiligen Geiste gesündiget, Gottes großen zorn vnd straff wider die sünde wissentlich auff sich geladen, den Heiligen Geist mit seinen gaben aus seinem hertz ausgestossen, die große vnaussprechliche gnad, die vns Christus durch sein bitter leiden vnd sterben erworben, nicht geacht, vnd in summa wieder alle gebot Gottes gesündiget, Darumb jhn Gott verworffen, verdammet vnd mit ewiger pein straffen wirde.

Also sein jn dieses Doctors hertz in seiner anfechtung, die er von wegen seins bösen gewissens gehabt, aller trost des Heiligen Euangelij, gaben des Heiligen Geistes, verloschen, glaub, hoffnung, zuuersicht göttlicher hülff, auch hertzliche liebe zu Gott sind von jhm gewichen, sein hertz ist voller has, lesterung gegen Gott gestanden, vnd hatt entlich Christi gnad gar verloren, vnd ist in grewliche verzagung gefallen.

In diesem elend ist der arme mensch bey sechs monat gewesen vnd itz newlich sich gen Padua furen lassen, alda ehr teglich jmmer tieffer in verzweiflung fellet, vnd nachdem er weis den hefftigen Gottes zorn wieder die sünd, hat er sich in solchen anfechten nicht trosten konnen, sondern an Gott vnd an seiner barmhertzigkeit, welchs seer schrecklich zuhören, gar verzaget. Er ligt jm bette ane sünderliche[3]) krankheit, hatt allein von junigen schmertzen vnd bekömmernus, sei-

1) nach] sic Ed. 1549., i. q. noch

2) wasserley] sic Ed. 1549. pro waserley i. e. welcherley

3) ane sünderliche] sic Ed. 1549. i. e. ohne sonderliche

nen leib so geschwechet, das er gantz lagerhafftig worden, Er kan nichts thun, den das er redt, isset nichts, wenn man es gleich jm mit gewalt ein dringet, hatt ein hefftigen, vnd stetigen dorst. Das angesicht ist noch nicht seer verstellet, so ist die vernunfft noch nicht weg, sondern ehr weis alles, was er thut, Aber wen er redet, vnd solchs zu zeiten von denen, die vmb jhn sein, nicht verstanden wirt, wiederholet er es nicht nach ein mahl, sondern schweiget still. Lest alle, die ihn besüchen, für sich kommen, furet reden, die ein gelarten vnd dapfern man zustehen, erkennet sich für einen armen sünder, den Gott vmb seiner sünden willen gestraffet, aber den trost vnd verheissung, die den sündern, so sie bus thuen, zugesagt, kann er nicht annemen, helt seine sünde sey zu gros, sie konn jm nicht vergeben werden, er sey bereit in der ewigen vermaledeiung, aller Gottes gnad vnd barmhertzigkeit beraubet, hab in den Heiligen Geist gesündiget, welchs jhm nicht vergeben konn werden. Hatt gar zu Gott kein hoffnung, Wünschet an des Juda Cain ader[4]) eines anderen verdampten menschen stad zu sein, alda Gottes zorn, straff vnd ernstlich gericht zu erwarten. Bekennet, das Gottes gnad viel grosser sey den alle sünde, komme jhm aber nicht zu gut, dieweil er ewig von Gott verworffen vnd aus der zal der auserweleten aus geschlossen, Christus hab nicht fur jhn, sondern allein fur die ausserweleten gelitten vnd gebeten, Drumb werde ehr den andern zum exempel ietzund schrecklich gestraffet vnd verworfen.

Vff diese vnd dergleichen rede, die ehr in gegenwart vieler personen mit gutem verstand gethan, hatt jhn her Vergerius mit tröstlichen sprüchen aus der heiligen schrifft vnd andern christlichen worten getröstet, Dieweil ich mir aber, ehe ich zu jhm ginge, furgenommen hette, jhn anzureden, hat jhme her Vergerius solchs angezeiget vnd gesaget: Mein her Francisce, es ist dieser Doctor welcher hie in dieser Schul in rechten liesset, ein gottförchtiger ehrlicher man, zu euch kommen, euch in ewer krankheit vnd anfechtung zu besuchen, Darauff er mich mit diesen freuntlichen worten vff sein sprach entpfangen: Seit mir gottwil kommen. Ihr werdet mir aber wenig helffen.

Als dan habe ich jhn, so viel mir Gott gnad verliehen, getröstet: Mein her, Diese vnd andere ewre reden sein des böses feindts blendung, mit welchen er euch offentlich anficht, Drumb bit ich euch, keret euch mit gantzem hertzen zu Gott, welcher gewisilich alle menschen, die sich widerumb zu jhm wenden, zu gnaden nemen wille, Wisset jhr nicht, das der barmhertzigkeit Gottes die gantze erde vol ist, vnd wenn gleich alle sunde der gantzen welt vff einem menschen legen, so konten sie doch nicht dem geringsten funken der barmhertzigkeit Gottes verglichen werden, wie ehr selbs spricht, So offt als der sünder seufftzet zu mir, wil Ich aller seiner sunde nit gedencken.

Sehet an Petrum, der Christum dreihmal mit hefftigem schweren verleugnet, so ehr doch so viel jar bey jhm gewesen, so viel mirakel gesehen etc. Jhe doch hatt jhm Gott solche grosse sünde, die ehr auch wissentlich gethan, dieweil sie jm leid waren, aus gnaden vergeben. Gedenckt an den schecher am Creutze, der nie nichts gut gethan, sein gantz leben jn allen sunden vnd lastern zugebracht, wie bald fur seinem ende jhn Gott, dieweil er hett den glauben an worhafftigen Messiam, den fur sein mitler erkande vnd vff sein barmhertzigkeit trauet, zu gnaden angenommen hat, Wisset jr nicht, das des HERRN hand nicht verkürtzt ist zu verschonen vnd zu erbarmen, wo jhr jhn von hertzen anruffen werdet, das er euch barmhertzigkeit beweisen wolle, so zweifele ich nicht, sage euch auch solchs fur gewis zu, Das er sich ewer wirt erbarmen vnd euch zu gnaden vmb seines lieben Sons Christi willen, welcher für ewer vnd vnser allen sunde gnug gethan hatt, auffnemen. Wenn jhr also Gott mit starkem glauben vertrawen werdet, so zweiffelt nicht, Gott hatt sich ewer erbarmet, auch alle ewer sunde vmb seines lieben Sons Jesu Christi willen vergeben.

Vff solche vermanung hat er mir geantwort, Er könne solchs in sein hertz nicht fassen noch glauben.

Darauff ich wiederumb jhm gesaget, Wiehe das ich jhr viel gekand, auch mit vielen vmbgangen, welche seer grosse sunder gewesen, von den Teufeln leibhafftig besessen, vnd mit welchen es viel erger gestanden ist den mit jhm, Jedoch von Gottes gnad durch Christliche vermanung vnd tröstung sich zu Gott wiederumb gekeret, sich für sünder erkand, vnd sein barmhertzigkeit angeruffen, die bekomen, vnd also in gutem fride jhres gewissens aus diesem jammerthal zu Gott in die ewige freude zu aller heiligen gemeinschaft abgeschieden, Drumb ich in gebeten, er wölle deren exempel vnd anderer mehrer heiligen, die da gefallen, nachfolgen.

Nach dieser meiner rede, hat her Vergerius gesagt: Ach mein her Francisce, nemet dieses hern

4) ader] sic Ed. 1549., i. q. oder

Doctors rede zu hertzen, welchen Gott zu euch gesand, auff das er euch sein willen, wie gern ehr die sünder, die do Bus thun, zu gnaden vffnemen, verkündigt. Widerumb nemet jhrs nicht an, begeret jhr den nicht Gottes barmhertzigkeit? Glaubet gewislich, das Gott sich aller armen sünder, die da Bus thun, erbarme, Den ehr hat sich doch sein bestes kosten lassen, seinen Son Jhesum Christum vnsern HErrn aus vns [5]) vnausprechlichem radt in diese welt in alles elende gesand, menschliche natur an sich zu nemen, fur vnser aller sünde ein Opfer zu werden, vff das der gerechtigkeit Gottes, welche von vns gehorsam oder leiden vber den vngehorsam fodert, gnug gethan würde, Jr seyd [6]) ja auch vnder diesem hauffen, für welche Christus gecreutziget ist worden, Er wirt euch eben so wenig als andere verwerffen. Es ist bey Gott kein ansehen der person. Drumb fasset ein guten mut, vnd werfft ewer hertz mit starkem glauben auff Gottes barmhertzigkeit, er wirdet euch erhören, Wir wollen auch stets für euch bey Gott mit vnserm armen gebet bitten, vnd gefelt es euch, so wollen wir zugleich mit euch von andechtigem hertzen ein Vater vnser sprechen.

1. *De formando studio, Rodolphi Agricolae, Eras. Roterod. et Philippi Melanchthonis, rationes, cum locorum quorundam indice. Basileae excudebat Henricus Petrus, Mense Augusto, Anno M.D.XXXI.* **3½** plagg. litt. A — D (D ½ pl.) sign., **51** pagg. num., ult. **2½** foll. non num., 8. (pag. **2.** Epigramma ad libellum, et Ph. Melanthonis de seq. epistola iudicium; p. **3 — 23.** med. Rodolphi Agricolae epistola ad Iacobum Barbirianum de formando studio, Heydelbergae **1484. 7.** Id. Iunij scripta, cum annotatt. marginall.; p. **23.** med. — **46.** med. D. Erasmi Roterodami ratio colligendi exempla, c. annott. marg.; p. **46.** med. — **51.** [fol. D **2**ª] Philippi Melanchthonis de Locis communibus ratio, c. annott. marg.; fol. D **2**ᵇ — **3**ᵇ Index locorum communium, a Petro Fladruno, ex Brisgaudia Vualkilch oriundo, in Alsatiae Rubeaco **1526.** mortuo, conscriptus; fol. D **4**ª Postfatio, annexo Epigrammate in lividum obtrectatorem pro Indicis huius patrocinio; fol. D **4**ᵇ Insigne typogr.: Saxum incudis instar flammis a capite nubibus cincto inflatis obtectum, quod a manu e nubibus porrecta malleo caeditur) *).

2. *Libellus de formando studio uere aureus, dignus, qui studiosorum omniū manibus teratur, cuius autores sunt doctissimi uiri Rodolphus Agricola. Erasmus Roterodam. Philip. Melanchthon.* (subiuncto Insigni typogr.: Clypeo columnam duobus anguibus cinctam continente) *Coloniae, ex officina Eucharij Ceruicorni, Anno M.D.XXXII.* **2½** plagg. litt. A — C (C ½ pl.) sign., **34** pagg. num., ult. **3** foll. non num. (pag. **2.** Epigramma ad libellum, et Melanchthonis de seq. epistola iudicium; p. **3 — 15.** Rod. Agricolae ad Iac. Barbirianum epist. de formando studio, c. nott. marg.; p. **16 — 31.** med. D. Erasmi Roter. ratio colligendi exempla, c. nott. marg.; p. **31.** med. — **34.** [fol. C **1**ᵇ] Phil. Melanchthonis de locis communibus ratio; fol. C **2**ª — **4**ª Index locorum communium, c. nott. marg.; fol. C **4**ᵇ Postfatio, annexo epigrammate) **).

3. *Rodolphus Agricola de formando studio. D. Eras. Roter. ratio colligendi exēpla. Philip. Melanchtō de locis cōmunibus. Leonar. Aretinus de studijs et literis. Aeneae Siluij adhortatio ad studia. Georgius Valla de Orthographia. Francisci Nigri elegantiarum Regulae. Romanorum magistratuum atque dignitatum nomina interpretata explicataue. Fran. Petrachae epistola salibus referta. D. Hieronymi epistola ad adolescētes de honorandis parentibus. Basileae excudebat Henricus Petrus.* — (In fine:) *Basileae excudebat Henricus Petrus. Mense Martio, An. M.D.XXXIII.* **13** plagg. litt. a, A — M sign., prima 8 foll. non num., **190** pagg. num., ult. fol. non num., 8. (fol. a **1**ᵇ Epigramma ad libellum, et Melanchthonis de Agricolae epistola iudicium; fol. a **2**ª — **5**ª Divi Hieronymi epistola ad adolescentes de honorandis parentibus; fol. a **5**ᵇ — **7**ª Rerum memorabilium index; fol. a **7**ᵇ — **8**ᵇ vacant; pag. **1** [fol. A **1**ª] — **21.** med. Rod. Agricolae ad Iac. Barbirium epistola de form. studio, c. nott. marg.; p. **21.** med. — **44.** Erasmi Roter. ratio colligendi exempla, c. nott. marg.; p. **45 — 50.** med. Phil. Melanchtonis de locis communibus ratio, c. nott. marg.; p. **51 — 62.** Index locorum communium, annexa postfatione cum epigrammate in lividum obtrectatorem; p. **62 — 93.** med. Leonardus Aretinus de studiis et literis ad Dominam Baptistam de Malatestis; p. **93.** med. — **96.** Epistola Eneae Silvii ad Antonium nepotem, in qua eum ad studia literarum hortatur et instigat, quae pueris et adolescentibus fideliter est inculcanda; p. **97 — 165.** Georgii Vallae de Orthographia compendium; p. **166 — 173.** Magistratuum dignitatumque veterum Romanorum nomina; p. **174 — 184.** Francisci Nigri Elegantiarum regulae; p. **185 — 190.** [fol. M **7**ᵇ] Epistola Francisci Petrachae pulchra et iocosa; fol. M **8**ª Clausulam cont.; fol. M **8**ᵇ Idem Insigne typogr., quod supra ad primum librum descripsi: Saxum flammis obtectum etc.) ***).

---

*) Hunc librum ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo.

**) Hic libellus in mea Bibliotheca est.

***) Hunc librum ex Biblioth. acad. Ienensi in manibus habeo.

Priusquam ad librum ipsum progredimur, Epigramma et Melanthonis de epistola Rodolphi Agricolae iudicium, quae in primi folii illorum trium librorum pagina aversa leguntur, exhibemus.

Ad libellum.

Nominibus multis, nec ἀνώνυμος*) neque libelle es.
Inde suum tacuit qui dedit illa tibi.
Agricolam magnum primo nam lumine**) cernis.
Postquam suam classem clarus Erasmus habet.
Doctus at inde Philippus habet postrema Melanchthon.
I, nunc Fladrinus vult quoque adesse comes.

Philippus Melanchthon.

Ad formanda studia, corrigendaque iudicia, vix aliud hac epistola leges accommodatius. Proinde iuvenis, operam dabis, ut quam familiarissima tibi fiat.

*) ἀνώνυμος] Ed. 1531. ἀνόνυμον, Ed. 1532. ἀνώνυμε, Ed. 1533. ἀνόνυμος

**) lumine] sic Editt. 1531., 1533.; Ed. 1532. limine

PHILIPPI MELANTHONIS DE LOCIS COMMUNIBUS RATIO.

Philosophi digesserunt res humanas omnes ceu in formas quasdam vivendi, ut alia sunt naturae, ut vita, mors, forma; alia[1]) fortunae, ut[2]) opes, natalium splendor, honores[3]). Alia sunt in nostra potestate, ut vitia ac virtutes. Sic et in singulis studiorum generibus sunt quaedam capita, in quae referri solent, quae tractantur illic, ut in Theologia, fides, ceremonia, peccatum; in iure aequitas, servitus, poena, maleficium, iudex, advocatus, et his similia. Qui volet igitur de rebus humanis recte iudicare, illum oportet, quicquid inciderit forte fortuna, ad has ceu formas rerum exigere. Pariter, cui cordi est recte de studiis iudicare, illum oportet tales locos in numerato habere. Nam praeter id, quod sunt formae rerum et regulae, mire etiam memoriam adiuvant. Voco igitur locos communes omnes omnium rerum agendarum, virtutum, vitiorum, aliorumque communium thematum communes formas, quae fere in usum, variasque rerum humanarum ac literarum causas incidere possunt; possuntque comprehendi locis argumentorum generis deliberativi, ut fortunam, opes, honores, vitam, mortem, virtutem, prudentiam, iustitiam, liberalitatem, temperantiam, et his contraria, paupertatem, ignominiam[4]), exilium, temeritatem, iniustitiam, sordes, intemperantiam seu luxum. De usu locorum communium optime scripserunt Rodolphus Agricola in epistola de ratione studii, et Erasmus in Copia[5]), in hanc fere sententiam. Qui destinavit per omne genus autorum lectione grassari, prius sibi quam plurimos paret locos. Eos sumat partim a generibus ac partibus vitiorum virtutumque, partim ab aliis, quae, ut ante dixi, sunt in rebus mortalium praecipua, ut natura, fortuna, fatum, digeratque iuxta rationem affinitatis et repugnantiae. Nam et quae inter se cognata sunt, ultro admonent, quid consequatur. Et contrariorum est eadem memoria. Puta, sit exempli causa primus locus, Pietas et impietas[6]). Huic subiicientur species inter se cognatae. Prima est pietas in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes aut in liberos, aut etiam in eos, quos oportet parentum loco colere, veluti praeceptores, et quorum beneficio servati sumus. Accedit ad haec superstitio[7]), adiicienda est igitur. Atque hic aperit se latissimus cam-

1) alia] sic Editt. 1531., 1532.; Ed. 1533. aliae

2) ut] in Ed. 1533. h. l. deest.

3) honores.] Ed. 1533. ut honores.

4) ignominiam,] sic Editt. 1531., 1532.; Ed. 1533. ignorantiam,

5) Hic liber inscriptus est: *De duplici Copia, Verborum ac Rerum Commentarii duo.* etc.

6) Hae duae voces in margine repetitae sunt.

7) Haec vox in marg. repetita est.

pus de prodigiosis deorum cultibus, ac de diversarum gentium diversis ceremoniis. Est adhaec accersenda etiam fides in amicos, in hostes, totidemque de perfidia. Item sit titulus Beneficentia [8]). Huic cum suas species subieceris, restat gratitudo, non illa quidem huic subiecta, nec rursum contraria, sed adhaerens, eque ea veluti consequens. Virtutum ac vitiorum ordinem sibi quisque suo fingat arbitrio, aut ex philosophis petat. Utile consilium est, quod supra dedi, exercendos in locis communibus genere didactico [9]), iuvenes, ut singulorum naturam vimque proprie perspiciant [10]). Plurimum ex eo studio iudicii [11]) comparari, si quando in sublimibus agendum sit, ut in theologia [12]), quid affectus, quid virtus, quid vitium; in iure civili, quid iustitia, quid *ἀκριβοδικαῖον*, quid *ἐπιεικές*. In singulos autem locos pertinent fruitiones, descriptiones, sententiae, et exempla fabulosa, seu historica. Ut si iustitia titulus sit, erit eius finitio: Iustitia est, qua cuique, quod suum est, redditur. Descriptio, qualis est apud Gellium ex Chrysippo, aut apud Hesiodum, Virginem esse, apparere ad Iovis tribunal. Subiicienda interim et ratio [13]) fabulosorum, seu mythologia, non illa quidem imperite aut temere conficta, sed ex illustri aliquo autore petita, ut si Iustitiae Hesiodianam [14]) descriptionem ex Platone de legibus, enarres. Iustitiae est comes Nemesis, temeritatis et arrogantiae mortalium vindex, eius item descriptio addenda. Gerit enim frena et amussim. Notandum ad haec, si quid uspiam de iustitia insigne dixerunt poetae, sicubi epitheto illustri notaverunt, ut quomodo eam dixit Orpheus *ἄθραυστον τὸ συνειδός*. Iam sententiae diligenter coacervandae sunt, nonnunquam ad describendum, quomodo usus sit autor sententia, e qua petitur. Neque enim proclive est cuivis, sententias proverbiaque sic usurpare, ut suam referant faciem. Qualis est illa Theognidis poetae. Iustitia in sese virtutem complectitur omnem, qua sic uti liceat, ut est usus in moralibus Aristotelis. Exempla, ut est Camilli de Faliscorum proditore, Bruti de Aquiliis, Manlii de filio, quod contra imperium pugnasset. His qui instruxerit sese, habebit quod suppeditet ad copiam semper in promptu, si qualecunque inciderit argumentum, in aliquem locorum communium pluresve referat, ut Cicero restitutionem Marcelli, in clementiam, in qua praedicanda dici non potest quam eleganter versetur. Causam Archiae fecit laudem humanitatis. Haec de locis communibus satis. Neque vero putes eos temere confingi, ex intimis naturae sedibus eruti formae sunt seu regulae omnium rerum.

Sequitur nunc locorum quorundam index, semper a studioso locupletandus. Quem olim M. Petrus Fladrunus, ex Brisgaudia Vualkilch oriundus, aedium Sapientiae Friburgi alumnus, linguis tribus praecipue insignis, et praeceptor non tam doctissimus, quam etiam fidelissimus, discipulis suis conscripsit. Qui praematura morte, magnum aetatis suae et tenerum ipse ingenium, maximo discipulorum moerore, ut maiori literarum iactura, velut in herba enectus in Alsatiae Rubeaco obiit Anno M.D.XXVI. XV. Calendarum Novembrium [15]).

8) Hoc nomen in marg. repetitum est.

9) didactico,] sic Ed. 1532.; Ed. 1531. diductico; Ed. 1533. diductio,

10) perspiciant.] sic Ed. 1532.; Editt. 1531., 1533. perspicerent.

11) iudicii] Ed. 1533. iudicio

12) theologia,] sic Ed. 1532.; Editt. 1531., 1533. theologis.

13) ratio] in Ed. 1533. deest.

14) Hesiodianam] Editt. 1531., 1532., 1533. Hesiodiani

15) Sequitur nunc locorum quorundam — Novembrium.] utrum haec verba Melanthonis, an editoris sint, nescio. — Subsequitur Index locorum communium h. l. omissus, quippe qui non Melanthonis, sed Fladruni est.

VI. PHIL. MEL. DE ERASMO ET LUTHERO ELOGION, RATIO DISCENDI, ET QUO IUDICIO AUGUSTINUS, AMBROSIUS, ORIGENES AC RELIQUI DOCTORES LEGENDI SINT.

Haec coniuncta exhibentur in hocce libello, qui anno 1522. prodiit:

Iudicium D. Martini Lutheri, de Erasmo Roterodamo. Philippi Melanchthonis de Erasmo, et Luthero Elogion. Ratio discendi, per eundem tradita. Eiusdem, Quo iudicio Augustinus, Ambrosius, Origenes, ac reliqui Doctores legendi sint. D. Martini Lutheri ad Vuolfgangum Fabritium Capitonem theologum, Epistola utilissima. 3 plagg. litt. a — c sign., 12 foll. non num., quorum ultimum album est, 4. (fol. a 2 a — 2 b Iudicium D. M. Lutheri De Erasmo Roterodamo, ad Amicum, Vuittenbergae 1522. feria quarta post Urbani scriptum, cum annott. margin.; fol. a 3 a Philippi Melanchthonis, de Luthero, et Erasmo, Elogion Vuittenbergae 1522. scriptum, c. nott. marg.; fol. a 3 a extr. — b 1 b Ratio discendi per Philippum Melan. Vuittenbergae tradita, c. nott. marg.; fol. b 1 b extr. — 2 b init. Philippi Melanchthonis epistola ad amicum, c. nota marg.; fol. b 2 b — 4 a Idem Phil. Mel. quonam iudicio legendi Authores, c. notis marg.; fol. b 4 b — c 3 b Martini Lutheri ad Wolfgangum Fabritium Capitonem epistola, c. nott. marg.; fol. c 4 album est). *)

De illo Melanthonis elogio in huius Corporis Vol. I. p. 596. refertur, illud non esse iudicium scriptum a Melanthone, sed dictum, fortasse in schola, et a quodam discipulo ex ore eius calamo exceptum.

*) Hic libellus in mea Bibliotheca est.

Philippi Melanthonis de Luthero et Erasmo Elogion.

In rebus theologicis duo potissimum requirimus. Alterum, quo nos consolemur adversus mortem, et iudicium dei, quoque animum erigamus adversus omnes insidias satanae, adversum vim portarum infernarum. Ea demum vera, evangelica, et christiana praedicatio est, ignota mundo, et omni rationi humanae. Hanc profitetur Lutherus [1]). Et haec iustitia cordis est, quae postea bona opera parit. Hanc qui in scripturis legendis sequitur, facile intelliget multa mysteria scripturae. Alterum, boni mores, civilitas. Haec fere Erasmus [1]) docet; sed et gentiles philosophi docuere. At quid quaeso, cum philosophis Christo? Aut spiritui dei, cum caeca ratione hominum? Qui hoc genus sequuntur, charitatem quidem docent, sed fidem non docent. Porro, nisi ex fide dimanet charitas, ea iam φαρισαϊσμὸς est, fucus est, non charitas. Quanquam equidem Erasmum nihil dubitarim, veteribus omnibus praeferre.

Vuittenbergae in Saxonib.
Anno salutis etc. xxij.

1) Haec duo nomina in margine repetita sunt.

Ratio discendi per Philippum Melanthonem Wittenbergae tradita.

Institueram equidem de ratione discendi copiose praefari, sed in tam variis occupationibus non licuit absolvere, quod destinaram. Nunc breviter sententiam meam de studiis vobis exponam, nullo quidem rhetorico adparatu, sed optima fide. Quod si ratio vobis vel vitae vestrae, vel studiorum constaret, nihil hac oratione mea opus esset. Nunc cum plerique ad Academias se conferant, nullam aliam ob caussam, nisi ut annos, rem familiarem, animam misere perdant, alii bono consilio huc se conferant, sed incerti vagentur, nec habeant, quid in discendo sequantur, visum est, nonnihil de ratione discendi dicere. Ac primum quidem valere sinam eos, quibus literae sordent, quibus satis magna stultitia, poena ipsa est stultitia. Cum sanioribus mihi res est, quibus video oportere praescribi rationem quandam certam, quam in discendo sequantur. Nam ut in stadio qui cursu certant, spatia lineis definiunt, ne qua evagentur imprudenter [2]): ita omnium in omni genere vitae, tum maxime in studiis literarum, praestandum censeo, ut certum studiorum finem nobis statuamus, ad quem interim omnes animi cogitationes, omnia genera studiorum dirigantur, et prudenter consideremus, quid viae deligamus [3]), ne iaculemur (ut Graeci dicunt) sine scopo. An non videtis, quam sollicite caveant foeneratores, ne quem teruncium, aut si quid hoc vilius est, expendant, unde non redeat foenus? Nos tot coelestes dotes, aetatem alioqui fugacissimam, sic collocabimus, ut ne sors quidem ad nos redeat? Quid, quod male gestae rei ratio Domino reddenda est, qui nobis hunc animum, sui particulam, qui vitam, qui ingenia, qui victum credidit, literas ostendit, quas velut conducticii agricolae aliquantisper coleremus? Quid enim aliud sumus, quam alienae rei procuratores? Primum itaque de fructu studiorum dicam: unde intelligas, quid cur debeas deligere. Qui sacra ignoraverunt quondam, necessarias sibi literas esse putabant, ut rudia et fera ingenia huiusmodi cultu nonnihil mansuescerent. Honesti speciem, tenerae et imbecillae aetati, quae ipsa per sese non sapit, putaverunt in literis exhibendam esse, unde animus admiratione quadam recti accensus, coerceret, quatenus fieri posset, ferventes cupiditates. Parum humani putabantur, qui nihil degustassent literarum. Nam inde usu venit, ut Romani pro παιδεία, hoc est, eruditione, humanitatem dicerent: laudo [4]) veterum consilium. Nam fere ita fit, ut quo quisque eruditior est, eo sit et humanior, et tractabilior. Scitis, quales finxerint quondam Musas poetae, plenas humanitatis et elegantiae. Nimirum, quod sentirent hanc vim esse literarum, ut animos barbaros mollirent. Nondum de pietate dico, sed de ethnicorum studiis loquor. In quibus tamen quam multos reperias, his qui nunc falso praetextu pietatis, omneis bonas literas, omnem humanitatem contemnunt, magis feri quam ulli ursi, magis impii quam ulli unquam Turcae [5]) Epicurei. Quid senserint quondam illi, audistis; nunc quae caussae christianam iuventutem movere merito debeant ad degustandas literas.

Non dubium est, quin sacrae literae in hoc sint proditae divinitus, ut earum adminiculo immortalitas nobis pararetur [6]). Quapropter qui has negligunt, videri possunt etiam in se crudeles esse, ut qui certum iter ad immortalitatem ingredi nolint. Quosdam gloriae amor, quosdam spes magnarum opum invitavit ad literas: quanto magis nos invitent aeterna praemia! Sed ad sacras quis aditus est? Videmus has infeliciter tractatas seculo superiore. At quam ob caussam? Nimirum inscitiam literarum, et elegantioris eruditionis. Nunc cum reflorescunt elegantiores literae, iterum se ostendunt linguae, videmur insanire, nisi grato pectore, et quod Graeci dicunt, ἀμφοῖν χεροῖν tantas divitias excipiamus. Et ut ne ignoretis, coelestes demum linguae ac literae sunt. Ut quondam cum Evangelium esset in universum orbem propagandum, linguis Apostoli donati sunt. Ita nunc, cum renascitur Evangelium, simul illae restituuntur: quarum adminiculo Evangelium discamus. Quo magis miror, etiam in hac urbe esse quosdam parum aequos Theologiae, quod studia humanitatis

2) His in marg. adscripta est annot.: Comparatio.
3) His in marg. adscripta est annot.: Adaptatio.

4) laudo] sic scripsi; Ed. 1522.: laude
5) Turcae] Ed. 1522.: Turchae
6) Annotatio marg.: Studium literarum sacrarum.

opprimi videantur, quasi vero non illam ipsam elegantiorem literaturam Evangelio debeant.

Habetis, quae caussa pios necessario ad discendas literas ac linguas adhortetur. Nunc superest, ut indicem, qua via discendae sint.

Indicarunt illam docti homines quidam, et in primis Erasmus in eo commentariolo, quem de ratione discendi inscriptum edidit, quem volo ut iterum atque iterum relegatis. De mea interim sententia dicam. Plane necessarium esse iudico, ut in literis humanioribus eo contendamus evadere, ut latina lingua (quando hac fere dicendo scribendoque utimur) pure loqui et scribere possimus. Confusanea quaedam res, barbaries est, et nihil sibi constans. Quare nisi certam loquendi scribendique rationem teneas, ne a te quidem recte intelligi possis: tantum abest, ut posteros intellecturos speres. Nisi quis putet, intra ventum omnes fuisse, qui Scoti vel similis autoris verba et φράσιν (non enim nunc de rebus loquor) intelligerent. Neque vero quisquam arbitretur se, relectis duabus paginis Terentii, iam consecutum esse dicendi facultatem. Multa lectione, multo usu scribendi et dicendi, multo exercitio stili, vix tandem queas consequi, ut propere loquaris. Exercebat etiam superior aetas iuventutem, sed parum strenue. Ita factum est, ut interierit eloquentia. Nunc cum illam restituerit Deus, modis omnibus divinum munus tueamur. Collapsa illa quondam, quantam ruinam traxerit, non ignoratis. Theologia, pietas simul cecidere. Quam si conservatam volumus, ut debemus, agite, operam demus, ne intercidat eloquentia. Non hoc iubeo, ut praeter prophanos autores nihil attingatis, sed coniungi volo studia eloquentiae cum sacris, ut alterum alteri vel ornamento, vel auxilio sit. Tam nec latinae literae penitus sine graecis agnosci possunt. Propterea postulo, ut succisivas tantum horas Graecis discendis impertiatis. Nam qui in sacras literas, incultis adhuc et rudibus ingeniis, necdum ullo praeditis iudicio, irruunt, quid aliud ponent, quam novas Scotos, et Thomas? Prudenter monuerunt, qui sacra monuerunt attingi illotis manibus. Ego vero neque barbaris istis ingeniis sordidari tam pretiosam margaritam volo. Scio spiritus requiri ad tractationem sacrarum literarum, non linguas tantum. Sed altera poscit opem res alterius, et commutat amice. Et linguas et spiritus exigo. Et Paulus exigit, ut linguis loquantur, et prophetent. Proinde quam possum vos sancte obtestor, ut ad literas tum latinas, tum graecas discendas accommodetis animos, nisi omnem operam et impensam etiam in sacris perdere vultis. Equidem neque sacrarum, neque humanarum literarum prorsus ignarus vos moneo, qui plus valituram spero hanc orationem meam. Hactenus de sacris tantum dixi. Restat, ut de re medica, et aliis quibusdam artibus dicam.

Anno etc. xxij.

Philippus Melanchthon amico. S. D.

Quod Wittenberga discedenti tibi censuram in Aurelii Augustini libros non dederim, quanquam caussari non omnino temere occupationes meas possem, tamen fateri culpam malo, nempe apud amicum, cum delatum officium praestari nunc quoque possit pari commodo. Libenter gratificor tibi, non modo amico tali, sed et quia de rebus christianis interpellor. Mirifice namque gaudeo, te sinceram Theologiam vel tandem aliqua ex parte degustasse: quae quo magis promovetur, eo magis dulcescit. Certe fieri non potest, quin primum offendat animum, carnali illa sophistarum doctrina correptum, haec spiritualis philosophia, quod (ut Paulus ait) non sentiat animalis homo, quae sunt spiritus. Sed amurcae radices sunt fructus dulces. Quid enim amabilius, quam Christi cognitio? Quid suavius, quam Evangelii mysterium, pacisque, et tranquillam omnium mentium seu conscientiarum rationem nosse? Quae quam non praestet ista Sophistarum θεολογία, non ignoras. Modo persiste. Erunt enim, quae te ab instituto avellere conabuntur, variae diaboli insidiae. Et aliquando tecum ipse luctaberis, donec sensum carnis evincas. Neque enim felicius discere queas, quam ubi te animi tui conflictatio erudierit. Sic enim docet spiritus. Nostram Theologiam videntur adiuvare nulli neque neotericorum, neque veterum scriptorum, praeter Augustinum, et pauculos Graecos. Origenes nimium philosophatur. Hieronymus ne in dialogis quidem, aut Pauli commentariis adsequutus est Pauli sententiam. Quare nullum feceris magis operae pretium, quam ubi te ad ipsos fontes, ad ipsam

scripturam contuleris. Nostra methodos, quam praefiximus Paulinae epistolae ad Romanos dictatam scholis nostris [7]), certe viam tibi indicabit, si voles uti. Mire cupio scire, quid Theologorum graecorum habeat bibliopola vester Colurgius. Nam impense cupio, in lucem edi, si qui digni sunt qui legantur. Si potes, quaeso, nomenclaturam eorum ad me mitte. Vale feliciter.

7) His in marg. adscripta sunt: Epistola ad Rom.

Idem Philippus Melanthon, quonam iudicio legendi Autores.

Origenem, Ambrosium, Hieronymum cum iudicio lege. Sunt enim in eis non parum multa, quae Apostolicae doctrinae videntur adversari. Certe sententiam Pauli ac Prophetarum Hieronymus non est adsequutus [8]). Cyprianus, et Hilarius paulo his sunt solidiores: et in caussa gratiae certae Cyprianum non aspernandum puto; sed et ipse non raro scripturas torquet.

Veterum ac novorum (mihi crede) pauci fuere, qui Legis et Gratiae discrimen proprie intellexerint, et iuxta Pauli sententiam tractarint.

Augustinus in disputatione de gratia, hoc tantum agit, et contra Pelagium, non posse sine spiritu sancto a nobis fieri bonum opus, hoc est, nihil esse ullas naturae morales, seu philosophicas virtutes, et earum opera plane peccata esse. Et haec certe diligenter probat in iis libris.

In sexta parte.

De peccatorum meritis et remissione.
De spiritu et litera.
De natura et gratia.

In decima parte.

Contra duas epistolas Pelagianorum.
Contra Iulianum de gratia et libero arbitrio.
De conceptione et gratia.
De praedestinatione sanctorum et bono perseverantiae.

In undecima parte.

Ad articulos Augustini falso impositos, rhapsodia est nescio cuius.
Contra Pelagianos ὑπογνωστικῶν [9]).
De perfectione iustitiae.

Reliqua cum iudicio lege. Nam qui liber est infima parte, de libero arbitrio, non probamus; et alicubi se torquet in quaestione quinta, Utrum deus mala faciat. Quod nos constanter adserimus, et ipse adserit in libello de gratia et libero arbitrio.

In libro de fide et operibus quaeris, haec velim te proprie intelligere, quid nos, quid Paulus vocet fidem. Quoniam docet nos fide [10]), non operibus iustificari. Nam scholasticae disputationes de fide nihil huc faciunt. Habes autem libellum doctoris Martini Lutheri, de libertate christiana [11]), quem utinam semper in manibus habeas: unde quid fides, quid opera, proprie discere potes. Et ut summam huius doctrinae tibi tradam, quod dicit Apostolus, fide iustificari nos, sic intellige.

Historica cognitio, qua certo scio, quod Christus est deus et homo etc. Qualis est fides, qua scio certe, aut credo, quod Romae aliquando regnarit Augustus Caesar. Talis historica cognitio de Christo non iustificat. Sic namque impii credunt. Sic daemones quoque credunt. De hac fortasse vult intelligi Iacobus in sua canonica.

Assensus, seu fiducia in promissionem divinam, quod Christus pro me datus sit [12]), quod Christus mea deleat peccata, quod Christus vivificet me, haec fides est illa Evangelii, quae sola iustificat [13]), id est, haec sola reputatur nobis a deo pro iustitia. Opera quantumvis videantur bona, pro iustitia non reputantur. Sed quia illa fides nos Christo incorporat et inserit, ideo iustificamur, id est, ideo nos vult reputare pro iustis. Sic pulchro exemplo rem agit Apostolus in Galatis. Deus promisit nobis iustitiam et vitam per Christum, promissum creditur, ergo non nisi per fidem iustificamur. Iam ut hominum testamentis nihil licet detrahere: ita neque Dei testamento. Deus autem legavit credentibus, nullo operum respectu, etiam gratis vitam. Ergo non per

8) Annot. marg.: Locus Hieronymi.
9) ὑπογνωστικῶν (libri VI).] Ed. 1522. ὑπογνοστηκῶν.

10) Haec vox in marg. repetita est.
11) Annot. marg.: Luther. de libertate christiana.
12) Annot. marg.: Fiducia in Christum.
13) Annot. marg.: Iustificatio Evangelica.

opera imputatur iustitia. Tu lege Galatas diligenter, et caput. X. ad Romanos, item quartum. Cogita apud te, quomodo sis conscientiam tranquillaturus per fidem. Sic Paulus inquit Rom. IX. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum.

Videbat Augustinus, tantum fidem requiri, hoc est, historicam confessionem de Christo, et non explorari eorum vitam, qui ex animo credant, nec ne. Nam illa historica confessio [14]) est simulatio sine fiducia in corde. Et ubicunque non sunt bona opera, certe ibi non est fides, sed impietas. Vide, quid Augustinus dicat in libro de fide et operibus. Nisi praecedat fides, bona vita sequi non poterit. Quicquid enim homo veluti rectum fecerit, nisi ad pietatem, quae ad Deum referatur, rectum dici non potest. Ecce bonam sententiam de fide. Sed quid multa? Augustinus tenuius loquitur de fide in toto isto libello, et in plerisque aliis melius. Voluit enim cavere hoc apud vulgus periculum, quod si diceretur fide iustificari sola, putare vulgus, credentibus quidvis licere, quia fidem vulgo non pro fiducia in Deum, sed pro historica tantum cognitione in Deo solemus usurpare, idque perniciose. Ubi tamen ipse proprie quid sit fides, ex canonicis scripturis diducens, poteris de doctorum scriptis iudicare sanius. Vide. 3. caput Ioan. De fide Christus ipse concionatur. Porro, quod alias etiam opera praecipit, bene, sed ea nisi in credente non fiunt. Breviter [15]). Doctrina Evangelii de fide, est conscientiarum consolatio et confirmatio. Quod si eo respexeris, fidem intelliges. Sed non scribo commentarium, fortassis haec ipsa brevi locupletius acturus. Tu lege librum de libertate christiana Lutheri, et ne patiare te avelli a doctrina crucis. Scio rideri eam a Sophistis; sed tu scias praedicari Evangelium, stultitiam esse mundo. Vale.

Est libellus inter Ambrosianos non inutilis, cuiuscunque autoris (non enim Ambrosii est) de vocatione gentium, quem tu lege. Iterum vale.

14) Annot. marg.: Historica confessio.

15) Annot. marg.: Epilogus.

VII. PHIL. MEL. COMPENDIARIA DIALECTICES RATIO.

Ab illis libellis progredimur ad hunc Melanthonis librum, cuius quidem mentio facta est in huius Corporis Vol. XIII. p. 507 sq., ipse vero in illo Vol. non exhibetur. Haec Dialectices ratio primum a. 1520. prodiit sic inscripta:

Compendiaria Dialectices ratio. Lipsiae, apud Melchiorē Lottherū, Anno. M.D.XX. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis.) — (In fine:) *Lipsiae, ex officina Melchioris Lottheri. Anno. M.D.XX.* 8 ½ plagg. litt. A—H (H 1 ½ plagg., 6 foll. compl.) sign., 34 foll. non num., 4. (fol. A 1ᵇ Melanthonis epistola nuncupatoria ad Ioannem Suertfegerum iurisconsultum mense Martio a. 1520. scripta, cum annotationibus marginalibus; fol. A 2ᵃ — H 6ᵃ med. Compendiaria Dialectices ratio, cum permultis annotationibus marginal., subiunctâ Clausulâ; fol. H 6ᵇ vacat). *)

Panzerus praeter hanc Ed. in Annal. typogr. Vol. VII. p. 214. nr. 757. allatam, l. l. Vol. IX. p. 76. nr. 82. etiam hancce Ed. Wittenbergensem eiusdem anni recenset, quae mihi valde dubia videtur:

Compendiaria Dialectices ratio. Wittenbergae, apud Melchiorem Lottherum iuniorem. — (In fine:) *Vuittenbergae apud Melchiorem Lottherum iuniorem. Anno M.D.XX.* 4.

Hic liber recusus est hisce Editionibus:

Compendiaria Dialectices ratio, quae uerum disserendi usum tradit. — (In fine) *Basileae apud Valentinum Curionem, mense Aprilis M.D.XXI.* 7 ½ plagg. 4. **)

Compendiaria Dialectices ratio. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis.) — (In fine:) *Impressum Lipsiae ex aedibus Valentini Schumañ Anno domini Millesimo quingentesimo primo* (1521., typothetae enim errore ante *primo* omissum est: *vicesimo*). 9 ½ plagg. litt. A—G (quarum B et D 2 plagg., 8 foll., G 1 ½ plagg., 6 foll. complectuntur) sign., 38 foll. non num., quorum ultimum album est. (fol. A 1ᵇ Mel. epist. nuncup. ad Io. Suertfegerum Vuitenbergae, mense Martio 1520. data, c. nott. marg.; fol. A 2ᵃ — G 5ᵇ med. Compendiaria Dialectices ratio c. nott. marg., subiunctâ Clausulâ; fol. G 6 vacat.) ***)

Compendiaria Dialectices ratio. In Philippi M. Dialecticam, Brassicani.

Hic logicen ueram ex uero perdisce magistro:
Num tenebras liquido uis mage amare die?
Hactenus ingenia oppressit Taratantara, sentes
Obiiciens. Legito haec, nulla Chimaera nocet.

(In fine:) *Haganoae, In aedibus Thomae Anshelmi Badensis. Anno M.D.XXI. Mense Septembri*, subiuncto Insigni, quod duos angelos continet taenias tenentes, in quarum una יהשוה, in altera *ἸΗΣΟΥ͂Σ* legitur; angelis interpositae sunt siglae T A B in unam coniunctae. 8 plagg. litt. A—H sign., 32 foll. non num., 4. (fol. A 1ᵃ Mel. epist. nuncup. ad Io. Suertfegerum, c. nott. marg.; fol. A 2ᵃ—H 3ᵇ Compendiaria Dialectices ratio c. nott. marg.; fol. H 4ᵃ Clausula cum Insigni; fol. H 4ᵇ vacat).

Compendiaria Dialectices ratio. Autore Philippo Melanchtone. Diligenter recognita. — (In fine:) *Basileae per Adamum Petri, Ianuario Anni M.D. Vicesimi secundi.* 8. ****)

---

*) Hanc Editionem principem ex Biblioth. senat. Norimb. in manibus habeo.

**) Haec Ed. a Panzero l. l. Vol. VI. p. 229. nr. 415. recensetur.

***) Haec Ed. et subsequens in meis libris sunt. Utraque memoratur a Panzero l. l. Vol. VII. p. 219. nr. 807. et p. 91. nr. 191. b.

****) Haec Ed. recensetur a Panzero l. l. Vol. VI. p. 232 sq. nr. 438.

Philippi Melanchthonis Dialectica. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXII. 8.*)

Philippi Melanchthonis Compendiaria dialectices ratio. Argentorati apud Ioannem Hervagium MDXXIII. 8.**)

— — (Idem Index) *Augustae Vindelic. per Sig. Grim, mense Augusto.* 1523. 6 plagg. 8.***)

Compendiaria dialectices ratio, Authore Philippo Melanchthone. In inclyta Basilea. — (In fine:) *Excussum Basileae apud Thomam Volfium. Anno a Christo nato M. D. XXIII. Mense Augusto.* 8.****)

Nova huius libri Ed. adaucta et recognita prodiit a. **1527**. sic inscripta:

Dialectica Phil. Mel. ab autore adaucta et recognita, ita ut in multis veterem non queas agnoscere. Epitome Dialectices, Theobaldo Billicano autore. Scholia in Topica, autore Hegendorphino, omnia iam recens edita. — (In fine:) *Hagenoae apud Ioh. Secerium. Anno* 1527. *Mense Aprili.* 11 plagg. 8. †)

Ex his Prolegomenis intelligitur, hunc librum decies vel undecies prodiisse: 1) *Lipsiae* 1520., 2) *Wittebergae* (?) 1520., 3) *Basileae* 1521., 4) *Lipsiae* 1521., 5) *Hagenoae* 1521., 6) *Basileae* 1522., 7) *Parisiis* 1522., 8) *Argentorati* 1523., 9) *Augustae Vindel.* 1523., 10) *Basileae* 1523., 11) *Hagenoae* 1527., ex quibus hasce tres Editt. in manibus habeo: 1) *Ed. Lips.* 1520., 2) *Ed. Lips.* 1521. et 3) *Ed. Hagen.* 1521., quas numeris: *Ed.* 1., *Ed.* 2., *Ed.* 3. signabo.

Melanthonis epistola nuncupatoria ad Ioannem Schwertfegerum iam inter epistolas in huius Corporis Vol. I. p. 152—154. data est, quapropter h. l. omittitur. — Librum ipsum ex *Editione Lipsiensi a.* 1521. (*Ed.* 2.) hic recudendum curamus, adscripta varia lectione Editionum 1. et 3. Ex annotationibus marginalibus insigniores tantum addimus, iis omissis, quae nihil nisi voces textus repetitas exhibent.

*) Haec Ed. affertur a Panzero l. l. Vol. VIII. p. 79. nr. 1333.

**) Hanc Ed., quae in Biblioth. senat. Norimb. exstat, Panzerus l. l. Vol. VI. p. 104. nr. 668. recenset.

***) Hanc Ed., quae in eadem Biblioth. asservatur, Panzerus recenset l. l. Vol. IX. p. 382. nr. 212. c.

****) Haec Ed. recensetur a Panzero l. l. Vol. IX. p. 400. nr. 504. b.

†) Haec Ed. a Panzero praemissa asservatur in Biblioth. senat. Norimb.

COMPENDIARIA DIALECTICES RATIO
PHILIPPO MELANTHONE AUCTORE.

De ratione disserendi.

Dialectica est artificium apposite ac proprie de quocunque themate disserendi. Simpliciter enim cuiusque thematis naturam et partes ostendit, et quod proponitur, adeo certis verbis praescribit, ut non possit non deprehendi, quicquid inest, sive veri, sive falsi. A Rhetoricis discrepat, quod haec splendidam magis, et ad captum popularem orationem instruunt, dialectica certam et exactam adornant, et plane indicem orationis Rhetoricae, seu amussim. De qua re infra in usum dialectices pluribus agam. Neque quisquam Dialectica putet aliud esse, quam rationis humanae ceu filum quoddam, quo cuiusque rei cognoscendae naturam partesque ordine quodam vestigamus, quo in quavis re quid veri, quid falsi sit, perquirimus[1]). Quare neque labor ullus fuerit adsequi Dialectica, si ad animi iudicium revoces; quem enim natura nobis ordinem cognoscendarum rerum insevit, haec exprimunt. Vulgo idiotae et literarum expertes quandam rerum consequentiam communi naturae captu cernunt, videntque progressus et antecessiones, et ex aliis alia colligunt, hic ipse naturae sensus, haec rationis semita Dialectica est.

Fructus dialecticae[2]), est proprie et exacte, de quocunque themate, idque ordine ad docendum accommodato posse dicere. Inprimis dialecticum artificium ordo commendat, qui cum et in discendo, et in docendo plurimum habeat momenti, facilius certiusque cum discunt, tum docent, qui Dialecticae periti sunt. Quod in caussa est, cur huius artificii rationem ac usum Plato tantopere probet.

1) Annotatio marginalis: Dialectica non tam ars est, quam naturalis quidam omnium thematum tractandorum ductus.

2) Annot. marg.: Vide infra de usu dialecticae.

Vocum aliae simplices, aliae coniunctae.

Thematum alia simplicibus vocibus constant, ut si de Iustitia, et[3]) Amicitia, de Febri proponatur: alia oratione constant, ut iure ne an iniuria Clodium Milo occiderit; sitne uxor ducenda, an non; sitne Iustitiae pars amicitia, an non. Quod thematum discrimen nisi observes, periculum est, ne usu rerum dialecticarum frustreris. Nam alia dialectices pars simplicibus vocibus servit, alia coniunctis; iam coniunctarum natura exigit, ut solutae revocentur ad methodos, et amussim simplicium, nec in orationibus, quid veri, quid falsi insit, deprehendes, nisi simplicium vocum naturas proprie excusseris.

Capita Dialectices.

Summa dialecticae capita tria sunt, finitio, divisio et argumentatio. Finitio et divisio ad simplices voces pertinent, argumentatio ad orationem. Meminerisque tibi his dialectici artificii modis opus fore in omni genere tam artium, quam civilium caussarum, ubi quid finiendum, dividendum, confirmandum, confutandumve, ut multa solent, inciderit.

De vocibus simplicibus.

Principio studiosos admoneo, in tractandis dialecticis nihil me secuturum, nisi quo humana ratio ductu, quaque via, quascunque res apte ac proprie vestiget. Proinde, quocunque themate proposito, nonne mens hominis primum vocis significationem contemplatur? Ergo cum quaestio sit, quid nomen significet, primum constituenda est in omni disputatione certa nominis significatio, ne qua sit in voce ambiguitas, fit autem id finitione nominis, ut vocant.

De finitione nominis.

Finitio nominis est expositio grammatica, seu etymologia quaedam vocabuli, ut Civitas est civium consensio. Philosophia est studium sapientiae, Indoles est ingenita naturae proprietas. Utendum est hoc finiendi genere, maxime, si quae incidunt in disputationem voces, ut vocant, aequivocae, quae res diversas significant, ut si de Polypo disseras, constitue, morbum, an genus piscis significari velis. Nam Dialectica, ut est magistra certi et[4]) proprii sermonis, ita omnium minime voces ambiguas admittit.

Regula.

Voces ambiguas dialectica proprietas non recipit.

De finitione rei.

Postquam, quid nomen significet, comprehenderit animus, nonne, quae significatae rei natura, quae conditio sit, exquirit[5])? ut cum didicimus, quid voce animae significetur, nonne gestimus naturam ac conditionem absolutam animae cernere? perinde atque cum verbis describi peregrinas picturas aut formas audimus, nonne gestimus iam ob oculos positas coram contemplari? proxime contemplamur res, definitione, quam vocant, rei. Est ergo finitio rei, oratio explicans naturam seu conditiones naturales thematis, quod propositum est. Quid sit, huius generis finitionum[6]) quaestio est. Tota vocum simplicium ratio apud Dialecticum nihil aliud agit, quam ut finire doceat ac dividere. Proinde discrimina ordinesque vocum praescribemus, e quibus postea finitiones colligere docebimus.

De quinque vocum seu praedicabilium ratione.

In artificio definitionum primum observari debet (quandoquidem voces vocibus declarantur, et natura rerum vocabulis signatur) alias voces esse aliis communiores, aliis vocibus cum aliis natura convenire, cum aliis non convenire. Primum ergo apud dialecticum vocum discrimen, est in Individuum, Speciem, Genus, Differentiam et Accidens.

Individuum est nomen proprium, ut Virgilius, Plato, hic homo, hic bos. Sic enim propria circumloquimur.

Species est nomen commune, proximum individuo atque adeo, quod in definiendo individuo primum occurrit, ut Homo, Bos. Nam si quaeratur, quid Virgilius sit, respondetur, homo. Significat autem species unam quandam et communem imaginem naturae, quae est in multis individuis, adumbratam et conceptam a mente

3) et] sic Ed. 2.; Editt. 1. 3. de

4) et] sic Ed. 2.; Editt. 1. 3. ac

5) Annot. marg.: Omnis cognitio intuitiva, est definitiva contra vulgus.

6) finitionum,] Ed. 2. errore typ.: ifnitionum,

humana. Sic sentiendum est de aliis communibus vocibus. Quod dico, ne quis putet communia vocabula, aequivoca esse, quae multas res significant, ut Polypus, adeoque diversis imaginibus conceptas[7]). Nam homo unam quandam imaginem significat naturae, quae sparsim in multis individuis est. Sic genus, sic differentia.

Genus est nomen commune, proximum speciei, atque adeo in explicanda, declarandaque specie primum, ut animal. Nam si quaeratur, quid sit homo, respondebitur, animal; si quaeratur, quid sit Iustitia, respondebitur, virtus. Quid emptio, respondebitur, contractus.

Differentia est, qua genus in multas species dividitur: animal dividitur in hominem et brutum, per differentias, scilicet intellectuale, et sine intellectu; nam definiturus hominem, dices: homo est animal intellectuale, secerniturque homo intellectuali a reliquis animantibus. Iam in differentiis observa, quod humani captus imbecillitas nusquam evidentius se ostendit, quam in differentiis. Neque enim quod sciam, ullius rei differentia apposite concipi, aut nominari potest. Proinde circumloquemur infra in rerum ordinibus differentias nonnunquam propria diathesi, ut si dicam: Homo est animal syllogisticon, id est, quod ratiocinari potest, quae propria hominis diathesis est, seu, ut ita dicam, propensio. Nonnunquam accidentibus, ut ignis est elementum calidum et siccum. Calor et siccitas accidentia plane sunt, sed quandam circumscribunt differentiam, quam humanae mentis imbecillitas nondum attigit.

Proprium, est vocabulum significans propriam naturae indolem, seu diathesin, ut posse loqui, proprium hominis est, posse hinnire proprium equi. Acute quidem scribunt dialectici, significari proprio magis propensionem rerum ad opera propria, quam ipsa opera. Nam ut naturae hominis semper ac proprie convenit posse loqui, ita non est necesse semper loqui. Proprii cognatio tanta est cum differentia, ut pro ea fere semper usurpetur[8]). Non fuit omnino deserenda scholarum consuetudo, alioqui relicta proprii ratione, ipsum differentiis miscuissem. Caeterum, inter proprium ac differentiam hoc interesse dicunt, quod differentia significet rei partem, proprium vero propensionem ad opus, ut intellectuale significat partem hominis, scilicet intellectum, posse loqui, propensionem genuinam ad loquendum.

Accidens, est vocabulum significans rem adventiciam, ut albedo, res adventicia est corpori, quod iam albescit, iam nigrescit.

Fructus quinque vocum.

Hactenus de quinque vocibus, quas praedicabilia hodie vocant scholae, diximus, quibus discrimina vocum comprehenduntur. Neque enim in disserendo parum refert scire, quae vox altera latius evagetur, ut animal homine. Deinde refert scire, quae vox cum qua cognata sit, ut in definiendo, quae cui connecti possit, intelligas. Propterea praedicabilia vocari crediderim, quod doceant, quae voces cum quibus cognatae sint, hoc est, quae de aliis commode vereque dici possint.

Regula.

Individuum, Species, Differentia, Proprium, Genus voces cognatae sunt, necessarioque cohaerent, ut infra docebo[9]), ut Virgilius est homo, Homo est intellectuale animal. Homo potest loqui. Accidens non est cum his cognatum, nec cohaeret cum eis necessario, ut Virgilius est poeta. Iam cohaerere impossibile est diversas differentias, item diversas species, ut hominem et asinum, intellectuale et brutum. Retulerit iuventutem variis exemplis iam hoc loco [10]) exercere, ut statim in quavis caussa intelligant, quae res cum quibus convenire possint.

	Substantia	
Corporea		Incorporea
	Corpus	
Animatum		Inanime
	Corpus animatum	
Sentiens		Non sentiens
	Animal	
Intellectuale		Brutum
	Homo	
	Virgilius	

7) Annot. marg.: Nihil reale est in universalibus.

8) Annot. marg.: Nullae prorsus differentiae sunt, quas non aptius proprii ratione comprehenderis.

9) Annot. marg.: Quae voces cum quibus conveniant, vide infra de axiomate.

10) iam hoc loco] sic Ed. 2.; Ed. 1. in hoc loco; Ed. 3. hoc in loco

Adfectus
Bonus — Malus
Virtus
Erga alios — Erga se
Iustitia
Haec iustitia.

Genera, Species, et Individua, in medio collocantur, latera differentiae occupant. Vides autem circumscribi differentias utcunque, quandoquidem veras et perspicuas hominis captus non adsequitur.

De praedicamentis.

Eadem ex caussa videntur ordines rerum praedicamenta vocari, quo significetur in eis spectari, quae voces cum quibus apte coniungi possint, quae inepte coniungantur, atque adeo, quae de quibus praedicari possint, aut non possint. Nam supra quinque vocibus ostensum est, speciem cum genere cohaerere, hic in praedicamentis, generum ac specierum, et differentiarum exempla producuntur. Et, ut paulo altius repetamus rationem praedicamentorum, quidam censent praedicamenta esse nomina statuum, hoc est, signa quaedam, ideoque filum quoddam, quo digeratur omnis artificiosa oratio, ut si de iustitia dicendum sit, primum de eius substantia, quaeri, quae res sit, postea, quanta, et in quam multos modos spargatur, deinde qualis sit, utilis an inutilis, etc., et in hac sententia Quintilianus fuit, quam etsi non improbo, tamen hic sequi non libet [11]), maxime, cum neque Graecorum ullus, quos viderim, adstipuletur, proinde rationem et usum praedicamentorum, quam possum, absolutissime subiiciam.

Praedicamenta [12]) sunt ordines rerum. Conducunt autem in primis ad colligendas finitiones, et ad discrimina finitionum; nec enim unus est finiendi modus, ut paulo post exponemus. Nam, qui res in hunc praedicamentorum ordinem digessere, prudentes sane homines, voluerunt in locos quosdam communes omnes res totius universitatis colligere, ut si quid occurreret explicandum, declarandum, ac definiendum, statim ex praedicamentis peteretur eius thematis ratio, ceu e communibus locis, seu communibus formulis. Atque ut rhetores locos quosdam communes caussarum et thematum civilium adornant [13]), unde depromant argumenta figurasque, tum sententiarum tum verborum, ita dialecticus instruxit locos suos [14]), qui suppeditent rerum finitiones, in caussa exacte et proprie tractanda, et in iudicanda ipsa thematum natura. Rhetorici loci, cum ad civilia negotia pertineant, non tam exactam ac subtilem rerum rationem praescribunt, quam dialectici, qui quatenus fieri potest, omnia propriissime ac certissime expediunt. Proinde studiosos moneo, ut ordines rerum sibi accurate digerant, e quibus, si quando usus poscat, rerum finitiones petant.

Praedicamenta quatuor sunt. Substantia, quantitas, qualitas, relatio. Substantia est res per sese existens: planeque id, quo ceu fundamento accidentia nituntur.

Ordo substantiarum.

Substantia
Corporea — Incorporea (deus, angelus, anima)
Corporea: Simplex — Composita.
Simplex: Coelum, Elementum (ignis, aer, aqua, terra.)
Composita: Inanimis (lapis, gemma) — Animata
Animata: Sentiens (Animal) — Non sentiens (planta)
Animal: Intellectuale — Brutum
Homo — Bos, asinus
Virgilius — Hic bos.

In hunc ordinem digere et substantiarum partes, ut manus, pedes, ventrem.

Reliqua praedicamenta tria, sunt accidentium ordines. Accidens est, quod ita substantiis additur, ut earum naturas non variet. Ordines tres sunt: Quantitas, Qualitas, et eorum quae referuntur ad aliud.

Quantitas est rerum tum longitudo, tum latitudo, tum profunditas.

Ordo quantitatum.

Quantitas.
Continua — Discreta
Linea — Numerus
Superficies
Corpus

11) Annot. marg.: Sequimur in ratione praedicamentorum Graecos.
12) Annot. marg.: Usus praedicamentorum.
13) Annot. marg.: Loci rhetorici.
14) Annot. marg.: Loci dialectici.

Cave, ne alias species adnumeres; relationes enim sunt Motus, Tempus, Locus, Oratio.

Qualitatum ordo.

Reliquae rerum formae, quae a quantitate non comprehenduntur, qualitates sunt. Magna quidem pars qualitatum instrumenta sunt, quibus utuntur in agendo operandove substantiae, neque ullum rerum ordinem tam refert expedite tenere, quam hunc, nempe, qui latissime pateat. Nulla est enim substantia, quam non multae qualitates exornent. Iam ex hoc loco et Rhetores formulas laudum ac vituperationum, consiliorumque materiam petunt; hinc enim finitiones virtutum ac vitiorum colliguntur multo certiores aptioresque iis, quas praescribunt Rhetores.

Differentiae qualitatum, quando propriis designari nominibus non possunt, commodissime per subiecta aut officia signabuntur.

Qualitates.

Animi	Voluntatis	
Intellectus	|	
Prudentia, Scientia	Affectus	
	Bonus	Malus
	Virtus	Vitium
	Iustitia	Iniustitia.

His adnumera et alias virtutes, aliaque vitia.

Qualitates corporum.

Quae visu percipiuntur.	Colores, Albedo, Nigredo, Rubedo.
Quae auditu,	Soni.
Quae olfactu,	Odores.
Quae gustu,	Sapores.
Quae tactu,	Calor[14a]), Frigus, Siccum, Humidum, et quae ex his nascuntur.

Relativa.

Graeci nomina quaedam vocant ad aliquid, quae nostri ferme relativa appellant. Sunt autem vocabula, quae non tam res, quam mutuum inter se ordinem rerum significant. Atque adeo, quibus inter se res aliorum praedicamentorum comparantur variis modis, agendi, patiendi, similitudinis, dissimilitudinis, aequalitatis, aut inaequalitatis.

14a) Calor,] sic recte Ed. 3.; Editt. 1. 2. Color,

Primus ordo.

Agere	Pati
Movere	Moveri
Gignere	Gigni
Pater	Filius
Calefacere	Calefieri
Afficere	Affici.

His adnumera, quaecunque actionem passionemve signant, quibus cum substantiarum, tum qualitatum comparatio constat.

Secundus ordo.

Similitudo	Dissimilitudo.

Atque in his proprie est qualitatum comparatio.

Tertius ordo.

Aequalitas	Inaequalitas.

His comparantur quantitates.

Comparantur item continens et contentum, quam comparationem locum dicimus. Comparantur et prius ac posterius, quod tempus vocant, mane, vesper, dies, mensis, annus. Huc et magistratuum nomina pertinent, ut Dictator, Consul, Senatus, Civitas.

In hos quatuor ordines, omnia omnium rerum vocabula colliges[15]), ex quibus, si quid finiendum inciderit, petes. Proinde rationem modosque finitionum latius persequemur.

Discrimina finitionum.

De finitione nominis supra actum est, quae cum potius etymologia quaepiam[16]) grammatica sit certam vocis significationem constituens, hic repeti non debet. Sunt autem praeter hanc, genera finitionum quatuor, in quibus omnibus praestandum est, ut finitio vim eius, quod definitur, proprie ac adposite explicet, ita, ut ne quid alienum ab eo, quod finitur, describi aut finiri videatur; amussis enim proprietatis est finitio. Proinde si quid ea admiserit improprium, tota ratio dialectici artificii ruet, ut, inepta definitio est: Homo est animal bipes. Nam et gallus animal bipes est.

Primum finiendi genus, definitio essentialis (utendum enim est vulgari vocabulo), quae absolutam rei naturam explicat, fit ex genere et differentiis

15) Annot. marg.: Usus praedicamentorum.

16) quaepiam] sic Ed. 2.; Editt. 1. 3. quaedam

rentia, ut homo est animal intellectuale. Sic virtus est adfectus bonus. Vitium est adfectus malus. Partes enim essentiae iuxta proprietatem sermonis, sunt genus et differentia. Boetius referre censet (id quod et ego admodum probo), ut a summo genere per differentias ad ultimam ac propriam usque progrediamur, sic definiendo: Homo est substantia, corporea, animata, sentiens, intellectualis. Sic enim rei natura integrius et absolutius videtur exprimi, atque hic vides, qui sit usus praedicamentorum, quae praescripsimus, nempe, ut suppeditent finitionum materiam. Et hoc quidem finiendi genere, non licet evagari extra praedicamentum id, quo comprehenditur finitum, sed eiusdem generibus et differentiis utimur. Nec essentiae finitio est, ubi ex diversis ordinibus quiddam contexitur. Hanc finiendi rationem crassius exprimunt, qui non tam sermonis, quam naturae rationem habentes, finiunt, proprie notatis partibus rei, ut, homo est quod constat ex corpore et anima intellectuali. Quae finitio ad caussas pertinere videtur.

Secundum finiendi genus, definitio caussis constans, caussalem vulgo vocant, atque haec ut proxime accedit ad essentialem, ita non paulo vulgarior est essentiali, hac in primis Rhetores crebro utuntur. Ut caussae quatuor sunt, ita quadruplex forma finiendi est[17]). Efficiens, Persona, seu res faciens, ut pater gignens filium. Materia est, ex qua fit quippiam, ut ex ligno mensa, ex panno vestis. Forma est, qua politur, adornaturque materia, ut vestis forma, quam pannus consutus refert. Finis est, gratia cuius aliquid fit, ut corpora exercentur valetudinis gratia. Iam licebit, definitiones concipias ex una, pluribusve caussis, ut ex efficiente: Virtus est affectus divinitus inspiratus. Caussae efficientis haec finitio est, nam per autorem suum describo virtutem. Ex materia et forma, ut panis est coctum quiddam ex farina, farina materies, coctum forma est. Ex fine, ut domus est, quae nos ab iniuria tempestatum vindicat. Materiae formaeque finitio essentialis est. Sed maluerunt Dialectici vocare essentialem, quae genere et differentiis partes naturae notaret; caussalem, quae suis nominibus crasse partes exprimeret. Caeterum, inter essentialem et eam, quae ex materia et forma conflata est, nihil interest, praeter figuram sermonis. Quid enim aliud est substantia corporea, animata sentiens, intellectualis, quam, quod compositum est ex corpore, et anima intellectuali? Abdidit enim sese natura in communia quaedam vocabula, ut corpus signemus per substantiam corpoream, animam intellectualem designent reliquae partes.

Pertinet huc finitio, quae propriis operibus, seu effectis constat, qua ratione finiendi haud alia vulgarior est, ut, Sol est autor diei, dies enim est opus solis. Iustitia est, quae suum cuique tribuit. Suum cuique tribuere, est proprium iustitiae officium.

Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Nam imperare libidini, officium est temperantiae. Retulerit ergo in quocunque themate spectare eius genuinum et proprium officium. Neque enim solum finitiones hinc petuntur, sed comparationes rhetoricae, amplificationesque, ut apud Paulum ad Rom. cap. VIII. amplificatione pulcherrima, vereque Paulina, conferuntur spiritus et caro. Petuntur item hinc formulae argumentorum in suasoriis, honesti, ac utilitatis. Ferme effectuum finitiones a proprio petuntur, ut homo animal est, quod sermone utitur, de quibus paulo post suo loco pluribus agemus.

Tertium finiendi genus, definitio quae membra rei explicat[18]), ut corpus hominis est, quod constat capite, humeris, manibus, ventre, pedibus. In hunc modum, cum res in membra sua discerpitur, finimus per partitionem, ut si quis Ius civile id esse dicat, quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum autoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistit.

Quartum finiendi genus, definitio constans accidentibus[19]), ubi multae adsciticiae formae rem quanpiam desrribunt, ut Mors ultima linea rerum, in his crebro utimur genere cum accidente, ut Halcyon avis est paulo amplior passere, colore caeruleo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admixtis pennis, collo gracili ac procero, etc. Larix lignum est mellei coloris,

17) Annot. marg.: Ex quatuor caussis quadruplex finiendi ratio.

18) Annot. marg.: Definitio ex membris (In Ed. 2. haec annot. deest.).

19) Annot. marg.: Definitio ex accidentibus.

immortale, nullisque fissile rimis. Animantium, arborum, gemmarum, herbarum, et similium rerum finitiones ex hoc genere petuntur, atque hoc finiendi genere crebrius utimur, quod modus humanae cognitionis ferme ex multis accidentibus unam quandam substantiae imaginem colligit. Caeterum substantiae ipsae ignorantur. Neque enim inter Catonem et Iulium internosces, nisi ex figura, habitu corporis, oris, voce, statu, gressu, aetate, discrimina colligas[20].

Habes definitionum formulas, quas ut diligenter et accurate exerceas, adhortor, quod ratio finitionum apprime necessaria sit, cum ad iudicanda axiomata, tum ad argumentorum inventionem, id quod usu ipsi didicimus, lapsos esse in iudicando graves, ut videntur, auctores, quia inepte finissent. Plane exactae ac methodicae disputationis ceu fundamentum quoddam finitio est. Quare, si male finieris, nihil foeliciter substruxeris.

De divisione.

Quidam voces dividunt in significata, ut polypum in piscem et morbum. Verum, quia voces ambiguae prorsus e dialectica exterminandae sunt, et a grammaticis certa vox certae significationis petenda, de hoc genere divisionum nihil praescripturus sum. Imo admoneo disputaturos, aut quicunque privatim versabuntur in gravibus ac asperis caussis, ut primum propositi negotii certae significationis vocabula constituant, alioqui fieri non potest, quin in media dissertatione, rerum scopo excidant. Sic enim fefellit Pelagius haereticus catholicos, ut est apud Augustinum, quod alias aliter gratiae nomine utebatur, eo uno, usus desperata saepe caussa, perfugio, hoc genus exempla in dialogis Platonicis crebra sunt. Sunt autem genera divisionum duo. Dividimus enim genus in species per differentias, ut, animantium, quod sermone utitur, homo est, Muta, bos, leo, capra, et reliqua. Aut findimus rem in partes, ut corpus in pedes, manus, ventrem, caput. Hoc dividendi genus Cicero partitionem vocat, atque hic cave, quod et Marcus Cicero admonet, ne partes cum speciebus confundas. Species sunt, quae genere continentur eodem, at ex ipsis genus non conficitur. Partes, id quo continentur[21], conficiunt, sicut Animam, vis intelligendi, et fons affectuum; Corpus, venter, caput, pedes, etc.

Apprime necessaria est ratio exacte dividendi[22], ad rhetoricas distributiones, et amplificationes, ut totus monstrum est, id hoc pacto dilatabitur, si hominem in corpus atque animum partiaris, deinde singulas corporis partes, singulas item animi partes attingas, et animo et corpore monstrum est. Oculos, os, vultum, totam denique corporis figuram inspice, quid aliud quam monstrum prae se ferunt? Atque haec orationis ornamenta seu schemata ex divisione dialectica, ceu ex fonte derivantur, ut e singulis dialecticis locis, singulae ferme rhetorum figurae, id quod in ratione argumentandi ostendemus, nascantur.

Addunt his dividendi formis et divisionem rei in accidentia, quod probo, cum accidentia differentiae vice usurpantur, ut pharmacorum aliud salutare, aliud pestiferum: non probo, cum accidentia quasi partes rei explicamus, ut paries partim albus, partim niger. Nondum enim satis intelligo, huius formae usus esse quis possit, aut, si quis est, divisionem certe inepte vocaverimus, ubi rerum accidentia numerantur.

Usus eorum, quae de vocibus simplicibus prodita sunt.

Hactenus de natura rationeque vocum simplicium diximus[23], ut in simplici themate tractando habeas, quam sequaris regulam, ceu Thesei filum. Plurimum enim refert scire, quo ordine, qua via pervestiganda sit cuiusvis thematis natura. Nam et axiomatum, et argumentorum iudicium pendet e simplicium thematum ratione. Iam te, lector, admoneo rem ipsam ad animi iudicium revoces, ut intelligas, dialecticam esse non tam artem, quam quendam naturae captum seu sensum, quo ducimur in pervestigandis, iudicandisve thematibus, quod ut intelligas, simplicium thematum quaestiones praescribam.

Quid nomen significet,
Quid res sit,
Quae caussae,
Quae partes,
Quod officium.

20) Annot. marg.: Substantia cognoscitur ex accidentibus.
21) continentur] sic recte Ed. 3.; Editt. 1. 2. continenter

22) Annot. marg.: Commoditas divisionum.
23) Annot. marg.: Usus eorum, quae simplicibus vocibus praedita sunt.

Nam omnium primum, quocunque themate proposito, nominis vim ipse naturae sensus contuetur[24]), proinde, et primum in cuiusque rei pervestigatione, certam nominis appellationem constitue. Eam ob caussam, primum de finitione[25]) nominis egimus, quae a grammaticis petita, ceu initium et caput dialectices est. Deinde, cum de nominis significatione convenit, omnium primum, quid ea ipsa res sit, de qua proponitur, exquiri[26]), mens humana iubet, ut si scias, Cameli voce animal significari, statim quaeres, quid animalis sit Camelus. Eam quaestionem finitio explicat, eaque ipsa iam ab ordinibus rerum, seu praedicamentis petenda est, quae fuerit operae pretium instructissima habere. Nam in haec universitatem naturae totam digerere licet. Profuerit in rerum ordinibus exercere iuventutem variis exemplis[27]), animantium, herbarum, gemmarum, Locorum item communium, Iustitiae, Temperantiae, Vitae, mortis, fortunae, et similium. Iam in finitionibus in primis caussas rerum spectari velim. Neque enim ullae finitiones rem propius declarant, quam, quae caussis contexuntur. Proxima ergo finitioni quaestio caussarum est, unde nata res sit[28]), aut a quibus autoribus profecta. Posthaec inquiritur, ad multa ne pertineat thema, quam quaestionem divisio, cum in species, tum in partes, declarat, ut, Iustitiae in eam, quae in contractibus versatur, et eam, quae bonos praemiis auget, de malis supplicium sumit. Ibi sua sunt officia cuique, atque haec pluribus exemplis ita exercenda sunt, ut adsuescat iuventus, quocunque themate proposito, statim eius naturam et conditionem ad has quaestiones exigere. Nam ita fiet, ut quae discenda sunt, certis comprehensa finibus in promptu habeamus. Est enim ex hac dialectices parte, par commoditas discentibus, ac docentibus. Suae fabris regulae sunt, fila et amusses, ita discentibus necesse est suos quosdam indices esse, quos in pervestigatione rerum sequantur.

Exemplum.

Quid nomen virtutis signat? affectum.
Quid virtus? Affectus bonus.
Quae caussae? Divina vis.
Quae partes? Tot quot affectuum sunt modi.
Quod officium? Beare hominem.

De pronuntiato, Liber secundus.

In negotio dialectico in primis iucundum est, quod, quo longius progressus fueris, eo magis sese aperit fructus atque commoditas artis. Nam, quod supra dixi, inter rhetorica et dialectica hoc interesse, quod splendida rhetores, dialectici certa doceant[29]), et propterea nervos omnes, et robur orationis rhetoricae, a dialecticis petendum esse, id hoc loco vel potissimum ex ratione pronuntiati deprehenderis, quod a dialecticis in hoc tractatur, ut sit omnis orationis, omniumque argumentorum ceu amussis quaedam et regula, id quod intelliges, cum exposuero, quid sit pronuntiatum.

Quod nonnulli axioma, Cicero pronuntiatum, alii proloquium, alii enuntiationem, nostri propositionem vocant, est indicativa adeoque simplicissima oratio, qua certi quiddam significatur, ut Cicero est orator, Caesar vicit Pompeium, invidia comes est virtutis. Partes axiomatis, subiectum et praedicatum, vocant. Prior pars, cui quid attribuitur, subiectum est. Posterior pars, quae subiecto tribuitur, praedicatum est. Atque haec nomina Graecis debemus. Integram orationem esse necesse est, ideo ex nominibus et verbis constat, quibus nihil retulerit, sicubi addas adverbia aut quae vocant, adiectiva nomina, ut fortiter pugnavit Marius, aut, urbs antiqua ruit. Breviter a grammaticis, imo a communi sensu pete, quae sit integra, certa, indicativaque oratio, eam pronuntiatum vocabis.

Usus pronuntiati.

Quandoquidem institui rationem dialecticam revocare ad animi iudicium (neque enim aliter usum rei ostendero) pronuntiati quoque vim ex ipsa natura, ceu fontibus derivabimus. Nam, eiusmodi quandam plane simplicissimam orationem praescribunt Dialectici[30]), quae citra calumniam, citraque tergiversationem, simpliciter aut probetur, aut improbetur, vera aut falsa censeatur, quaeque ipsum animi sensum quam pro-

24) Annot. marg.: Nominis vis omnium primum contuenda.
25) finitione] sic Editt. 1. 3.; Ed. 2. diffinitione
26) Annot. marg.: Deinde quid sit res, quae finitione explicatur.
27) Annot. marg.: Consilium.
28) sit,] Ed. 2. errore typ.: est sita,
29) Annot. marg.: Certitudo dialectica (Ed. 2. dialectice pro: dialectica vel dialecticae).
30) Annot. marg.: Quae simplicissima, eadem et certissima est oratio.

priissime ac simplicissime referat, prolixas disputationes et controversias, argumenta item rhetorum figuris illustrata ornataque, complecti animus hominis nequit, nisi certa quadam periodo comprehenderit, in qua ordinem, progressionesque singularum sententiarum, ceu in tabula, contueatur. Proinde longa oratio in syllogismos cogitur, syllogismi in simplicia axiomata, ut apud Marcum Ciceronem in Miloniana, summa caussae totius hoc syllogismo constat: Vim vi arcere ius naturae permittit. Milo vim vi arcens, Clodium occidit. Iure igitur occidit. Quem syllogismum cum tenueris, caussam exacte tenebis. Postea licet orationis ornamenta et figuras contemplari, quamque splendide singulas syllogismi partes persequatur. At periculum est, ne sententia frustreris, nisi axiomatis complexus fueris. Neque enim quam aptae sint probationes, ut constent sibi, temere cernas, nisi simplices sententias inter se contuleris. Ideoque operae pretium est, in controversiis, disceptationibusque iudicandis argumenta statim in breves ac simplices sententias solvere. In primis autem, in unaquaque caussa tractanda, ipsum caussae scopum, quem rhetores statum vocant, axiomate complectere[31]), cui in universa disputatione quam appositissime omnia argumenta compares. Nam, ut in ludis suae sunt lineae, suaque signa certantibus, ita in disserendo theses et axiomata, quibus disceptationum status comprehenduntur, ut totius disceptationis Milonianae status est, Clodium iure caesum esse. Nolui pluribus exemplis onerare rudem iuventutem. Quare satis sit admonuisse, quod in omnibus quarumcunque contentionum, sive sacrarum, sive prophanarum, argumentis, requirendae sunt simplicissimae, et certissimae sententiae, in quibus citra ullam ambiguitatem, quid verum, quid falsum sit, spectari queat, et ad quas omnia orationis ornamenta referantur. Et in enarrandis autoribus, censeo indicandum hoc disserendi artificium adulescentibus[32]), nempe, quo scriptorum sententias rectius adsequantur, et discendi labor ordine, quem ratio dialectica praescribit, minuatur. Atque haec de usu axiomatum. Porro nuntiata distinguunt Aristotelici in simplicia, ut Cicero est orator, et modalia, sic enim vocant, ut necesse est civem tueri patriam, rursus modalia in composita ac divisa. Ego modalia simplicibus axiomatis comprehendo, voco enim axioma orationem unam, integram, et indicativam, ut excludere modalia pronuntiata non liceat, et quae de modalibus ab istis prodita sunt, argutiora quam veriora magna ex parte videntur.

31) Annot. marg.: Nota de statibus: Omnem statum simplici axiomate comprehendendum esse.

32) Annot. marg.: Utile consilium.

Formae pronuntiatorum.

Pronuntiata quaedam sunt universalia, ut omnes cives decet patriam tueri, neminem decet patriam deserere, quibus modis sententia universalis efferatur, vide Erasmi copiam. Quaedam particularia sunt, ut quaedam animantia ratione carent. Quaedam indefinita, quibus magna cognatio est cum universalibus, cum scilicet solum speciei, aut generis vocabulum usurpatur pro omnibus individuis, ut cum dicitur: Hominem decet pium esse, significo omnes homines pietatem decere. Atque haud scio, an unquam sermonis proprietas particularem orationem efferat indefinite, id quod vulgo dialectici docent[33]). Quaedam singularia sunt, ut Virgilius scribit. Sunt autem omnia, quae propriis nominibus aut vicem illorum fungentibus, efferuntur, ut, Plato docet: hic vir bonus est.

Alia pronuntiatorum forma.

Pronuntiata quaedam affirmativa sunt, quae citra negationem efferuntur, ut, Aeneas est pius. Quaedam negativa, quae cum negatione efferuntur, ut, Aeneas non est pius. In omni controversia vide, ut quam simplicissimis pronuntiatis declares, quid affirmes, quid neges. Audivi enim disceptantes de arduis, ut videbatur, rebus, inter quos de re ipsa plane conveniebat, sed quia scopos disceptationis non designarant certis pronuntiatis, iam huc, iam illuc contentione rapiebantur, nec quicquam certi colligebatur.

Alia forma pronuntiatorum.

Pronuntiatorum alia vera sunt, quae cum rebus consentiunt, alia falsa, quae cum rebus non consentiunt. Item, pronuntiata quaedam sunt necessaria, quae semper vera sunt. Sunt

33) Annot. marg.: Contra vulgus, Indefinitam habere vim universalis.

autem, in quibus finitio cum finito iungitur, aut finitionis pars, aut proprium de subiecto dicitur, ut homo est animal intellectuale, homo potest loqui. Quaedam sunt contingentia, quae aliquando esse falsa possunt. Sunt autem, in quibus de substantiis accidentia dicuntur, aut de accidentibus, accidentia, ut Cicero est philosophus, album est dulce. Atque haec formula pronuntiatorum spectanda diligenter est, in iudicandis, cum statibus disceptationum, tum argumentis, quae necessaria, quae contingentia sint. Atque hic vides, quid conferat ratio generis, speciei, individui, et aliorum, quae supra tractavi.

Iam in hac pronuntiatorum forma observa, quod accidentia bifariam efferuntur, aut simpliciter, cum formas tantum significant, ut color, albedo, nigredo, aut cum formas ita significant, ut in aliis rebus esse tamen designent, ut album, nigrum. Posteriore figura, de substantiis accidentia commode dicuntur, priore nunquam. Falsissima enim oratio est, Petrum colorem esse.

De oppositione.

In controversiis diligenter spectandum est, quam sententiam cui opponas, nec enim una est opponendi formula, et saepe, quae pugnare inter se videntur, re ipsa conveniunt. Primum in oppositionibus observa, ne qua incidat ambiguitas in vocum significationibus. Nam ut non pugnant diversae orationes, Aeneas pius est, Caesar impius, ita nec ea, quae variant ambiguitate vocis, ut, Polypus est piscis, Polypus non est piscis: si in hac morbum, quem Polypon vocant, intelligi velis.

Formae pugnantium pronuntiatorum tres sunt.

Contraria, duo universalia, ut omnis voluptas est bona, nulla voluptas est bona, quae nunquam simul vera sunt, in contingentibus alicubi simul falsa sunt, ut omnis homo est pius, nullus homo est pius.

Subcontraria, particularia sunt, ut quidam homo pius est, quidam homo pius non est, quae nunquam simul falsa sunt, at vera in contingentibus simul esse possunt.

Contradictoria constant ex universali et particulari, aut singularibus, quae nunquam simul, neque vera, neque falsa esse possunt, ut Plato sedet, Plato non sedet.

Omnis voluptas est bona. — Contrariae — Nulla voluptas est bona.

Contradi- ctoriae

Contradi- ctoriae

Quaedam voluptas est bona, — Subcontrariae — Quaedam voluptas non est bona.

De conversione.

Usus convertendorum pronuntiatorum, nisi apud sophistas, non satis video, esse quis possit. Verum, quando ad naturam signorum universalium, affirmativorum et negativorum, non parum conducit, subiiciam quoque convertendi modos.

Vertendorum pronuntiatorum duae sunt formae, Simplex, qua iisdem signis transferuntur subiecta et praedicata, quo modo vertuntur, universalis negativa, et particularis affirmativa, ut nullus homo est brutum, apte verteris, nullum brutum est homo: sic quaedam voluptas est bona, apte verteris, bonum quoddam voluptas est. Formam alteram per accidens, vocant, qua mutantur signa, atque hac utuntur pronuntiata universalia affirmativa, ut omnis voluptas bona est, apte verteris, bonum quoddam est voluptas, atque hic vides, ut vis negationis universalis diffundatur in omnes pronuntiati partes, affirmandi signum non item. Quare universalis negativa simpliciter vertitur, affirmativa per accidens. In caussa est ipsa sermonis nostri proprietas. Vulgo dialectici et aequipollentias, ut vocant, praescribunt, et in pronuntiatorum ratione vix in ullo loco plus negotii est Aristotelicis. Verum has, cum plane ad grammaticos pertinere intelligamus, quid attinet hic repetere? An quisquam puerorum est, qui ignoret idem esse, nemo hominum non est pius, quod, omnis homo est pius? Quare te lector admoneo[34]), magis ex ipsa vulgaris sermonis ratione velis aequipollentium vim colligere, quam ex istorum regulis. Iam, quae

34) Annot. marg.: Consilium (in Ed. 2. haec annot. deest).

nugantur Aristotelici de infinitis, ut non homo, tam insulsa sunt, ut et hic meminisse pigeat[35]). Quis est enim infinitorum, in communi sermone, in disputationibus argumentorum civilium usus? Dialectica enim quatenus serviunt inventioni, iudicio et dispositioni, praescribimus. Nugas, quae a civili sensu remotae sunt, relinquemus iis, qui non aliud a dialecticis petunt, quam rixandi, cavillandi, nugandique materiem.

De pronuntiato hypothetico.

Hactenus de pronuntiato dixi, eoque simplici, quod definii orationem unam, integram, absolutam, et indicativam. Addunt pronuntiatis et hypotheticas orationes dialectici. Verum mihi visum est, earum rationem argumentationibus subiicere, quibus cum hypotheticis[36]) non inepte convenit. Neque vero cognosci exacte possunt, nisi syllogismi natura cognita. Iam cum hypotheticae sint ex simplicibus multis contextae, iudicium quoque earum est e superioribus petendum.

De argumentatione, Liber tertius.

Ex nulla parte dialectices plus fructus est, quam ex ea, quam hoc libro absolvemus, in quo formulas argumentorum tractabimus. Quis enim simplicium vocum, quis axiomatum usus fuerit, nisi ex eis contexantur argumenta? Primum ergo, quae debeat esse argumenti cuiusque forma, describemus. Non hoc agimus, unde petas argumentandi materiem, sed qualis argumenti forma esse debeat, docemus[37]), atque adeo, ut de quovis argumento iudicare possis, apte ne cohaereat an non. Neque enim temere quaecunque pronuntiatorum congeries syllogismum aut enthymema conficit, sed finibus quibusdam comprehenduntur axiomata, e quibus syllogismus conflatur. Atque hi in hoc circumscripti sunt, ut sit certa, evidensque sententia, quam probas aut refellis[38]). Nullae Rhetorum probationes certae solidaeque sunt, nisi iis formulis, quas subiiciemus, circumscribi queant. Quod qui non videt, totius dialectices fructu sese frustrari sciat. In caussis rhetorum, tam sacris, quam prophanis, retulerit sic exerceri iuventutem[39]), ut interim breves sententias, figurasve integris syllogismis exponant, interim prolixas contentiones arctis certisque syllogismorum iuncturis vinciant et adstringant. Quo genere exercitationis facile et totius orationis nervos, et argumenti ordinem atque dispositionem fuerit assequi.

Sequi nobis libet scholarum consuetudinem in numerandis argumentorum paradigmatis seu formis, ne prodigiosa novitate rem per sese non admodum difficilem obscuremus. Sunt autem formae argumentorum quatuor: Syllogismus, Enthymema, Inductio, Exemplum. His addentur alia quaedam, ut infra cernes.

De syllogismo categorico simplicique.

Perfectissima argumentorum forma syllogismus est, quem Cicero ratiocinationem vocat, frequentatumque scribit a Peripateticis maxime, deinde a rhetoribus iis, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt. Est autem oratio, in qua ex duobus pronuntiatis, necessario complexio aliqua seu conclusio consequitur. Partes sic exequuntur Aristotelici, ut dicant, syllogismum contexi ex tribus terminis seu vocabulis simplicibus, quae duo pronuntiata conficiunt: esse igitur syllogismi partes tres terminos, duasque propositiones, ut, Quod appetitur, bonum est, Voluptas appetitur, Bona igitur est. Haec oratio syllogismus est, habetque vocabula simplicia tria: Quod appetitur, bonum, et voluptatem, et axiomata duo: Quod appetitur, bonum est, et voluptatem appeti, ex quibus necessario consequitur conclusio, bonum esse voluptatem. Iam terminos sic vocant: eum, qui bis usurpatur, hoc est, in priore et posteriore axiomate, medium nuncupant; eum, qui in priore propositione tantum usurpatur, maiorem nuncupant; minorem, eum, qui in posteriore usurpatur. Quare in syllogismo, quem praescripsimus, appeti[40]) Medium est; Maior, bonum; Minor, voluptas[41]). Et vide accurate, ne plures tribus terminos in syllogismum admittas. Magna enim pars fallaciarum, et sophisticarum argumentationum hoc

35) Annot. marg.: De nomine infinito, in quo et Graeci hallucinantur.

36) Annot. marg.: De hypotheticis infra.

37) Annot. marg.: Hic de forma, non de materia argumentorum agitur. (in Ed. 2. „non" in hac annot. deest.).

38) Annot. marg.: Fructus totius dialecticae.

39) Annot. marg.: Consilium.

40) appeti] Ed. 2. errore typ.: appetiti

41) voluptas] Ed. 2. errore typ.: volūntas (voluntas).

peccat, quod quatuor terminis conficit syllogismos. Nec variet vis vocabulorum, id quod nusquam non caveri vult dialecticus. Male enim argumentaberis, si sic colliges[42]): Omnis polypus est piscis, morbus quidam polypus est, ergo morbus quidam piscis est. Breviter, infoelicissime colliges, nisi duo simplicissima axiomata consuas, in quibus vocabulum unum bis usurpetur. At revocemus syllogismi naturam ad animi iudicium, ut intelligatur esse naturalis quaedam thematis probandi methodus, et sic compingi, ut aliter non possit aut debeat. Atque hic dialecticae certitudinem est spectare, quod nullae sunt Rhetorum probationes, quae non possint, quocunque modo dictae, aliter dici, verum dialecticae probationes ab ipsa natura sic nobis praescriptae sunt, ut, quod ad argumentorum formam pertinet, mutari nullo pacto queant. Quem syllogismorum usum utinam deprehendissent scholae, et ostenderent, quicunque oratores, tum sacros, tum prophanos enarrant, ut spectari possent necessariae et inviolabiles thematum probationes. Neque modo sic eruditi colligunt, aut ratiocinantur. Sed et pueros et idiotas ipsa docet natura ratiocinari. E quorum ore iudicium syllogismi pete, non e rancidis dialecticorum commentariis. Et primum quidem syllogismus probatio alicuius thematis est, proinde thema primum animo concipe, quod argumento probaturus es, eritque syllogismi, quem confecturus es, conclusio. Vulgo qui syllogismos conficere docent, non admonent e thematibus ducendos, id quod maxime referebat, sint ergo themata: Voluptas bona est, Clodius iure caesus est, Mundus providentia regitur. Singula singulis syllogismis probaturus[43]), caussam quaeres, aut iudicium quodcunque, quare voluptas bona sit, quare Clodius iure caesus sit, eamque caussam cum thematis posteriore parte seu praedicato, primum producas, eritque axioma ceu communis quaedam sententia aut gnome, aut locus communis, ut, Quidquid appetitur, bonum est; Cuius vis repelli debuit, is iure caesus est, deinde caussam hoc axiomate expressam, compone cum subiecto seu priore parte thematis, ita apte sequetur conclusionis seu (ut Cicero vocat) complexionis vice, thema. Haec quidem syllogismi natura est, et sola animi cogitatione deprehendi potest. Principalis cuiusque argumenti pars, subiectum, hoc est primum vocabulum thematis, est, deque illo aliquid dicitur, ut Voluptas est bonum, vox principalis, basisque totius disputationis voluptas est, deque ea bonum dicitur. Propterea cum vestigatur, quare de voluptate dicatur bonum, prima syllogismi pars, seu primum axioma conficitur, deinde ea ipsa caussa ad voluptatem, adeoque ad cuiusvis thematis subiectum applicata, posteriorem syllogismi partem conficit. Posterior thematis pars in primum collocari axioma debet, cum caussa probante; prior thematis pars occupat secundum axioma, cum caussa probante, quam Aristotelici medium vocant. Hic vero ordo, ut a natura praescriptus est, ita necessarius est, et immutari nequit, estque omnis syllogismus consequentia, ut vocant, necessaria.

Quid M. Cicero syllogismum vocet, et quomodo conficiat.

Velim artificium dialecticum cum rhetoricis ita semper comparari, ut spectaretur idem esse finis, idemque usus rhetoricae ac dialecticae. Quare et hoc loco visum est mihi conferre, quae de syllogismis ab Aristotelicis prodita sunt, cum iis, quae sunt apud Marcum Ciceronem in libris de inventione, item apud Fabium[44]) de Epicheremate libro quinto. Et plane re ipsa, cum M. Ciceroni, tum Fabio nobiscum convenit, etsi verbis nonnihil a nostro usu remotis, discrepare videatur. Verba eius, si quis requiret, subiiciam. Ratiocinatio, est oratio, ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, et per se cognitum, sua se vi et ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt, cum idem in usu dicendi sequerentur, paulum in praecipiendi ratione dissenserunt. Nam partim quinque eius partes esse dixerunt, partim non plus, quam tres partes posse distribui putaverunt. Eorum controversiam non incommodum videtur, cum utrorumque ratione exponere. Nam et brevis est, et non eiusmodi, ut alteri prorsus nihil dicere putentur, et locus hic nobis in dicendo minime negligendus videtur. Qui putant in quinque distribui partes oportere, aiunt primum convenire, exponere summam argumentationis, ad hunc modum: Me-

42) Annot. marg.: Ambigua.

43) Annot. marg.: Ratio componendi syllogismi.

44) Scil. Fabium Quintilianum.

lius administrantur, quae consilio geruntur, quam quae sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant, eam deinceps rationibus variis, et quam copiosissimis verbis approbari putant oportere, hoc modo: Domus ea, quae ratione regitur, omnibus instructior est rebus, et apparatior, quam ea, quae temere et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui praepositus est sapiens et callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quam is, qui stultitia et temeritate alicuius administratur. Eadem navigii ratio est. Nam navis optime cursum conficit ea, quae scientissimo gubernatore utitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata [45]), et duae partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiunt, quod ostendere velis, id ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto: Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco, aliam porro inducunt approbationem [46]), hoc modo: Nam et signorum ortus et obitus definitum quendam ordinem servant, et annuae commutationes non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatae, et diurnae nocturnaeque vicissitudines nulla in re unquam mutatae, quicquam nocuerunt, quae signo sunt omnia, non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt loco complexionem [47]) eam, quae aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur, aut unum in locum cum conduxerit breviter propositionem et assumptionem, id adiungit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum: Quod si melius geruntur ea, quae consilio, quam quae sine consilio administrantur, nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur, consilio igitur mundus administratur. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Qui autem tripartitam esse dicunt, ii non aliter putant tractari oportere argumentationem, sed partitionem horum reprehendunt. Negant enim, neque a propositione, neque ab assumptione, approbationes earum separari oportere, neque propositionem absolutam, neque assumptionem sibi perfectam videri, quae approbatione confirmata non sit. Quare, quas illi duas partes numerant, propositionem et approbationem, sibi unam partem videri propositionem, quae si approbata non sit, propositio non sit argumentationis. Item, quae ab illis assumptio, et assumptionis approbatio dicitur, eandem sibi assumptionem solam videri. Ita fit, ut eadem ratione argumentatio tractata, aliis tripartita, aliis quinquepartita videatur: atque haec Cicero ferme iisdem verbis; eadem sunt prodita a Quintiliano de Epicheremate, vocat enim Quintilianus Epicherema, quod Cicero ratiocinationem. Neque aliud est re ipsa, sive epicherema, sive ratiocinatio, quam syllogismus. Finiit Cicero paulo obscurius syllogismum. Deinde in quinque partes dissecuit: propositionem, approbationem propositionis, assumptionem, assumptionis approbationem, et complexionem. Quas partes nostro more licebit voces maiorem, maioris confirmationem, minorem, minorisque probationem, et conclusionem. Nam, quod pronuntiatorum probationes in syllogismi parte numerat, magis materiae argumentorum, quam formae rationem habuit. Verum hic non agitur, vera sint axiomata, nec ne, sed quomodo inter se cohaereant, quoque ordine coniuncta sint, et quot voces, quotque pronuntiata compingi possint in syllogismum, alioqui, si addas axiomatis probationes, iam novus syllogismus contexitur; deinde plerique syllogismi eiusmodi sunt, ut vel citra confirmationes satis declarent conclusionem, quales ex Mathematicis peti possunt, qui rem oculis subiiciunt. Sed de rhetorica, hoc est, probabili argumentatione loquebatur Cicero, quae figuris et schematibus oratoriis illustratur. Nos simplicissimam et certissimam argumentandi rationem praescribimus. Nec aliud est vel Ciceroni ratiocinatio, vel Quintiliano Epicherema, quam quod dialecticis syllogismus. Sic Marci Ciceronis ratiocinationem omissis probationibus in syllogismum dialecticum rediges: Quod optime administratur, consilio administratur. Maior, Propositio. Mundus optime administratur. Minor, Adsumptio. Ergo mundus consilio administratur. Conclusio, Complexio. Atque hunc syllogismum vides, quam copiose, quam eleganter dixerit Cicero. Nec inutile fuerit, Ciceronis exemplum sequi in expoliendis ornandisque syllogismis, iuxta rhetorum praecepta. Nam, ut

45) Annot. marg.: Propositio maior comprobatur.

46) Annot. marg.: Adsumptio minor adprobatur.

47) Annot. marg.: Complexio, Conclusio.

volo dialecticam certamque argumentandi formam exacte cognosci, ita vehementer optarim, oratorio cultu tenuitatem dialecticam locupletari, ne ieiuno dicendi genere sterilescant ingenia.

De figuris syllogismorum.

Tres figuras syllogismorum Aristotelici prodidere, duas priores volo studiosis quam commendatissimas esse. Tertiam neque reiicere, neque probare animus est. Nam cum in syllogismis ipsa natura poscat caussam seu medium, in quo vis est argumenti, de subiecto conclusionis per affirmationem aut negationem praedicari. In tertia figura subiectum conclusionis de medio praedicatur, ordine naturae perverso [48]). Quo fit, ut ratio argumentandi iuxta tertiam figuram, cum sit obscura, a communi oratorum usu abhorreat. Et haud scio, an unquam legerim argumentum aptum tertiae figurae. Iam et syllogismi natura maiorem universalem, si recte contempleris, poscit, quod satis constat non observari omnibus tertiae figurae modis. Rursus, quom dialecticus praecipiat alicubi, non tam quod fieri solet, quam quod potest, visum est, et hanc qualemcunque argumentandi formam, a veteribus traditam, praescribere. Nec desunt argumenta syllogismi naturam excutienti, cur syllogismum expositorium quem vocant, omittam. Neque enim evidens probatio est haec syllogismi forma, qua sic ratiocinamur, probaturi pietatem esse iustitiam: Hoc est pietas, et hoc est iustitia, ergo pietas est iustitia. Deinde, ut omnino ad expositionem argumenti, quod ad materiem pertinet, aliquid conducat, certe formae argumentorum et consequentiae, de qua hic sola agitur, nihil confert. Iam et syllogismus expositorius potius est singularum propositionum explicatio, quam totius syllogismi, quo magis miror, quid in mentem venerit scholis, cur syllogismos tertiae figurae hoc modo probarent.

Regulae.

In syllogismis necesse est unam aliquam universalem esse, praestiteritque maiorem universalem esse, si naturam syllogismi recte introspicias. Et tertiam figuram minus probo, quod maiorem admittit particularem [49]). Proinde, inepte colligas et inefficaciter ex solis particularibus, item ineptius ex solis negativis. Iam in syllogismo si qua fuerit particularis aut negativa, sequetur complexio seu conclusio particularis, aut negativa.

De prima figura.

Prima figura syllogismorum et creberrime usurpatur, et naturae proxima est, et forma ratiocinandi longe evidentissima [50]). Est autem, in qua medium sive caussa conclusionis, in maiori subiecti vice, in minori praedicati vice fungitur. Sic enim convenit in absoluta ratiocinatione, id quod intelliges, si ad animi iudicium revocaris. Nam ideo praedicatum conclusionis de subiecto conclusionis dicitur, quia de eo praedicatur, quod idem est cum subiecto, nempe de medio.

Modi quatuor sunt, Universalis affirmativus, Universalis negativus, et qui ex his nascuntur, Particularis affirmativus, et Particularis negativus [51]), vulgo appellantur Barbara, celarent, darii, ferio, quibus nominibus docendi gratia nos quoque utemur. His quatuor modis necesse est contineri omnes syllogismos primae figurae. Nec ulli apte extra hos modos in prima figura texuntur.

Bar Omnis iustitia est virtus.
ba Omnis pietas est iustitia, ergo
ra Omnis pietas est virtus.
Ce Nulla iustitia est vitium,
la Omnis pietas est iustitia, ergo
rent Nulla pietas est vitium.
Da Omnis hominum societas legibus muniri debet,
ri Civitas est hominum societas, ergo
i Civitas legibus muniri debet.
Fe Nulla hominum societas legibus muniri debet,
ri Civitas est hominum societas, ergo
o Civitas legibus muniri non debet.

His adduntur modi Baralipton, celantes, dabitis. O insulsos homines, qui putarunt uspiam usum esse conclusionis indirectae, quam vocant [52])! Satis scio converti posse pronuntiatum:

---

48) Annot. marg.: Tertia figura reiicitur.

49) Annot. marg.: In omni syllogismo necesse est maiorem esse universalem. Nam syllogismus est argumentatio ab universalibus ad singularia.

50) Annot. marg.: In formis syllogismorum prima perfectissima.

51) Annot. marg.: Notae literarum A. universalis affirmativa. E. universalis negativa. I. particularis affirmativa. O. particularis negativa.

52) Annot. marg.: Reiiciuntur modi quidam primae figurae.

Omnis pietas est virtus, in hoc: Quaedam virtus est pietas. At supra admonui, conversionis usum me non videre apud oratores, aut in tota ratione loquendi, ad sophistas haec nugalia pertinent, qui sic dialectica tractant, ut eorum usum penitus ignorent. Nam quis vel insanus sic colligat:

Omnis iustitia est virtus,
Omnis pietas est iustitia, ergo
Quaedam virtus est pietas.

Neque enim conclusio talis ex his pronuntiatis proprie consequitur, quare syllogismus dici non debet, in quo non apte cum maiore ac minore cohaeret conclusio.

De secunda figura.

Secunda figura est, in qua medium, tam in maiore, quam in minore praedicati vicem defungitur, estque eius admirabilis usus in coniecturalibus argumentis, planeque in omnibus quaestionibus, ubi e posteriore prius quiddam, ceu per coniecturas vestigamus[53]). Incredibile est, quantam commoditatem ex hac argumentandi forma percepturus sis, si diligenter eam in coniecturis exercueris, ut, Episcopus non belligeratur, Iulius belligeratur, non est igitur Episcopus. Hac argumentandi forma et Cicero cum alibi crebro, tum pro Mar. Coelio utitur, sic colligens: Nemo voluptarius literarum studiosus est, at Coelius literarum studiosus est, voluptarius igitur non est, quem syllogismum oratorio more copiosissime exponit Cicero, primum complexionem ipsam proponens, deinde minorem, post maiorem. Nam hoc ordine fere et Demosthenes utitur. Verba Ciceronis, quo asuescat iuventus ad iudicium per exempla, subiiciam: At vero in M. Coelio (dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quae audeo vestra quadam fretus sapientia, libere confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido, quod quidem vitium ventris et gutturis, non modo non[54]) minuit aetas hominibus, sed et auget. Amores autem, et hae delitiae, quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse, mature enim et celeriter deflorescunt, nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt. Hactenus Cicero thema seu complexionem syllogismi proponit, Coelium non esse voluptarium; dehinc minorem producit, instructissimam illam quidem ut omnia, his verbis: Audistis, cum pro se diceret, audistis antea, cum accusaret, (defendendi caussa haec, non gloriandi eloquor) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quae vestra prudentia est, perspexistis, atque in eo non solum ingenium elucere eius videbatis, quod saepe etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus. Sed inerat (nisi me propter benevolentiam forte fallebat) oratio et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata. Hactenus Cicero argumenti minorem duxit, quam exornat, munitque adiecta maiore, omnis enim maior in duabus prioribus figuris conformatio[55]) quaedam gnomica est[56]). Sic vero ille: Atque scitote iudices, eas cupiditates, quae obiiciuntur Coelio, atque haec studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, spe nimia, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quidquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum et cogitando possit sustinere, atque haec forma maior est argumenti. Possem hoc genus innumera cum ex prophanis, tum ex sacris oratoribus producere, nisi nollem iuventutem obscuris alicubi exemplis onerare. Observet quisque argumentorum ordinem, rationemque diligenter in optimis quibusque scriptoribus, quo et illorum sententias certius assequatur, et imitari, si quando usus postulabit, facilius queat.

Modi secundae figurae quatuor negativi omnes.

Ces Nemo bonus est amans gloriae,
a Omnes philosophi sunt amantes gloriae, ergo
re Nemo philosophorum est bonus.

Cam Omnes boni sunt contemptores gloriae,
es Nemo philosophorum contemnit gloriam, ergo
tres Nemo philosophorum bonus est.

Fes Nemo voluptariorum est studiosus literarum,
ti Coelius est studiosus literarum, ergo
no. Coelius non est voluptarius.

53) Annot. marg.: Secundae figurae usus est in coniecturis.
54) non] hoc alterum in Ed. 2. omissum est.
55) conformatio] Ed. 2. errore typ.: conormatio
56) Annot. marg.: Gnomica conformatio moralis sententia est.

Ba Omnes pii grati benefactoribus sunt,
ro Nero non fuit gratus benefactori, ergo
co Nero non fuit pius.

Postulat hic locus, ut et de reductionibus, quas vocant, nonnihil dicam, quibus secundae figurae syllogismi in primam figuram convertuntur [57]). His equidem non tam ostendi, probarive syllogismos censeo quam mutari, ut iam non eadem sit ratiocinatio, idemque argumentum, quod prius erat. Nempe medii, in quo tota vis argumenti consistit, ratione mutata, ut in animantium corporibus citra prodigii speciem, ita in syllogismis nihil transferre licet. Deinde, cum fateantur scholae, non posse omnes modos converti in primam figuram, quorsum attinet, iuvenum ingenia ineptis reductionum formulis onerare? Porro miror, quid in mentem venerit scholis, cur ad formam syllogismorum declarandam, et reductionem per impossibile [58]), quam vocant, advocarint, cum ea ad materiam tantum syllogismorum, hoc est, veritatem et falsitatem pronuntiatorum excutiendam, pertineat. Quid enim ordini iuncturisque syllogismi lucis accesserit, per pronunti torum comprobationes, quae materiam, non formam syllogismi adiuvant? Ut in aedificio, item in statua, alias materia, alias structura formaque spectatur: ita syllogismorum formam, collocationem, et compagem, seu mavis harmoniam vocare, non materiem, hoc loco spectamus. Quo ordine, quam apte cohaereat conclusio cum maiore ac minore, quae tribus terminis coniunctae sunt, hic potissimum observabis. Est autem reductio per impossibile, plane rhetoricum schema, quo a contrario argumentamur. Nam sermonis natura fit, ut comparatione contrariorum, omnia argumenta clariora, magisque perspicua fiant, ut si declaraturus sis, quam foeda res bellum sit, non queas aptius, quam si cum pacis commodis bellorum mala conferas. Quantum laudis sobrietas mereatur, clarissime ostenderis, si, quid sit in ebrietate turpitudinis et incommodi, declaraveris. Hoc genus innumera sunt exempla, cum in prophanis, tum in sacris scriptoribus. Nec ullo, quod sciam, schemate libentius [59]) uti Rhetores videntur, quam comparatione contrariorum, de quo infra in locis argumentorum plura dicemus. Atque huc quidem reductió per impossibile pertinet, hactenus obscure sordideque a scholis dialecticorum vulgaribus tractata.

De tertia figura syllogismorum.

Tertia figura est, in qua medium subiecti vice, in maiore ac minore fungitur, quae ratio argumentandi est et a communi sensu aliena [60]). Nam cum in omni argumentatione praestandum sit, ut medium sit [61]) apta caussa, cur praedicatum conclusionis de suo subiecto dicatur, et tertia figura medium ad conclusionem non satis accommodet, non est, ut ea utamur. Et inepte [62]) accommodari medium ad conclusionem intelliges, cum tertiae figurae syllogismum in Enthymema solveris. Nam cum omnes syllogismi commode in enthymemata solvi possint, tertiae figurae ratiocinationes non possunt, quia medium male cum conclusione quadrat, ut si sic argumenteris:
Homo est animal,
Homo est substantia, ergo
Substantia est animal. Iam qualis erit ratiocinatio, si Enthymemate utaris, ut homo est substantia, ergo substantia est animal, quo modo si quis argumentetur, quid quaeso effecerit? Adiicerem equidem plura argumenta, quibus apud me fit, ne tertiam figuram plane probem, nisi nollem iuvenum animos argutiis impedire. Hoc enim ago, ut explicem dialectica, non ut obscurem.

Finguntur modi figurae tertiae sex.

Da Omnis homo est substantia,
rap Omnis homo est animal, ergo
ti Quoddam animal est substantia.

Fe Nullus homo est lapis,
lap Omnis homo est animal, ergo
ton Quoddam animal non est lapis.

Dis Quidam homo est substantia,
a Omnis homo est animal, ergo
mis Quoddam animal est substantia.

Da Omnis homo est substantia,
tis Quidam homo est animal, ergo
i Quoddam animal est substantia.

57) Annot. marg.: De reductione ostensiva.

58) Annot. marg.: Reductio per impossibile est argumentum a contrario.

59) libentius] Ed. 2. licentius

60) Annot. marg: Tertia figura reiicienda.

61) sit] Ed. 2. sit, sit

62) inepte] Ed. 2. errore typ.: incepta

Bo Quidam homo non est lapis,
car Omnis homo est animal, ergo
do Quoddam animal non est lapis.

Fe Nullus homo est lapis,
ris Quidam homo est animal, ergo
on Quoddam animal non est lapis.

Atque hae sunt syllogismorum figurae, quarum duabus recte uti queas; tertiam repudiari velim[63]). Quidquid argumentorum in rhetorica themata inciderit, colliges concludesque in syllogismi formam, ut vim argumenti, probis circumscripti formulis, certo comprehendas. Nunc de reliquis argumentandi formis, quas ferme licebit in syllogismos convertere, et ad syllogismi structuram ceu regulam exigere.

De enthymemate.

Eo die cum nati essemus in reatu irae Dei, et aeterni exitii, parentum pia sedulitas detulit nos primum precibus ardentibus ad ipsum Deum, deinde etiam ad ministerium ipsius, ubi ceremonia Baptismi[12]) a Christo instituta inserti Ecclesiae, et regenerati sumus, et consecuti remissionem peccatorum, facti sumus filii Dei, socii et haeredes aeterni regni, aeternae iustitiae et vitae. Ita eodem die simul in hanc vitam temporalem ingressi sumus, et alteram duraturam in aeternitatem inchoavimus.

Quare aequissimum est, nos horum beneficiorum memoriam cum alias saepe, tum praecipue die natali nostro renovare, et Deo ardenti pectore gratias agere, non modo pro illius diei beneficiis, verum etiam pro reliqua infinita eius bonitate, qua nos ab illo die egressus nostri ex utero materno, ad praesentem usque horam benigne defendit, aluit, docuit[13]), et conservavit. Decet etiam nos eodem die Deum orare, ut reliquum vitae nostrae curriculum clementer regat, nosque adiuvet, ut possimus esse σκεύη ἐλέους salutaria nobis ipsis et Ecclesiae, ac in tanta nostra imbecillitate tueatur et sustentet nos ad alterum usque transitum, quo rursus ex hac vita, tanquam ex alvo materna et tristissimo carcere, in sinum et complexum Dei, et aeternam lucem ac vitam educamur, et petere, ut, sicut nobis in primo exitu nostro ex matris utero, ceu sedula et salutaris obstetrix adfuit, ita alterius quoque egressus nostri ex hac vita difficultatem et pericula, sua praesentia et auxilio clementer mitiget et gubernet.

Sed nimis diu fortassis detineo hac longa commemoratione utilitatum eos, qui ipsam Ca-

10) aucti] sic Ed. 2.; Ed. 1. affecti

11) solius] sic Ed. 2.; Ed. 1. ipsius

12) Baptismi] sic Ed. 2.; ab Ed. 1. abest.

13) docuit,] sic Ed. 2.; Ed. 1. instituit,

lendarii formam sibi proponi expetunt, quas tamen ideo recensere volui, ut imperitioribus hanc diligentiam observandi et annotandi insignes eventus ex historiis omnium gentium, aliquantulum commendarem, quam si usurpabunt, plures etiam iam dictis utilitatibus inde consequentur.

Sed ut hae ipsae, quae hactenus prolixius sunt enumeratae, in conspectu sint pueris, breviter eas tanquam in tabella hic subiiciam, ut sciant, quae inter legendum observare debeant.

In Calendario, quod proponitur, inscribuntur ante omnia:

I. Dies ex sacris historiis observati, quibus aliquid insigne gestum in Ecclesia legitur.

II. Deinde proderit eodem referre ex aliarum quoque gentium historiis, antiquis et recentioribus, dies insignium mutationum publicarum.

III. Proderit etiam notare dies, quibus praestantes viri nati et extincti sunt.

IIII. Festa item gentium, ubicunque leguntur, utiliter adscribentur diebus, quibus olim celebrata sunt.

V. Sic et ortuum ac occasuum certorum dies notandi sunt, qui vel olim partem anni certam indicabant[14]), vel hac aetate insignes aeris mutationes efficiunt[15]).

VI. Postremo unusquisque suum et suorum domesticorum diem natalem, et alios dies, insignitos aliquibus in vita casibus, Calendario cum fructu inscribet.

Haec ut commodius fieri possint, formam ipsam Calendarii nunc tandem proponam, in qua nihil est aut artis, aut difficultatis, nisi quod menses diversarum gentium apte coniungendi sunt, siquidem eiusmodi Calendarium habere volumus, quod non solum biblicarum, sed etiam aliarum historiarum lectioni servire debeat, qua una in re mediocri iudicio et diligentia est opus.

Ut autem iuventus causas intelligat, cur certarum gentium menses hic usurpem, neglectis reliquis, et quid secutus sim in connectendis illis mensibus, paucis rationem facti mei reddendam duxi prius, quam anni et mensium distributionem exponam, ut tutius et securius adolescentes hac Calendarii forma uti queant, quam non propono tanquam perfectissimam, sed communico cum aliis, tanquam eiusmodi, quae mihi quidem visa est minus incommoda, qui libenter etiam et cum studio gratitudinis amplectar meliorem formam, quandocunque eam nobis alii impertient.

De dissimili ratione annorum apud diversas gentes.

Primum igitur, quia nos utimur descriptione anni et mensium, longe omnium, quae fuerunt, commodissima et facillima, (quod quidem ad civiles et vulgares usus attinet) quae ad Solis cursum accommodata, et a Caio Iulio Caesare instituta, ad nos usque perpetuo usu transmissa est: ad hunc Iulianum annum accommodandi erunt menses aliarum gentium, ut hac nostra aetate aliquo modo intelligi queat, qua parte anni res gesta sit, quae ab antiquis rerum scriptoribus commemoratur.

Non autem hic talis aliqua certitudo requiri aut expectari debet, quasi ita possint menses diversarum gentium concinnari, ut dies diebus certo congruant. Nam id fieri nullo modo posse, omnes intelligunt, qui mediocriter sciunt discrimina annorum, quibus differentibus populi in diversis locis sunt usi. Nam alii in constitutione annui spatii tantum motus Lunaris rationem habuerunt, ut Arabes, componentes annum suum ex duodecim mensibus lunaribus illis, quos synodicos nominamus, quorum sex continebant triginta dies, reliqui sex undetriginta, et hos menses cavos, illos autem plenos appellarunt; habuitque annus dies trecentos quinquaginta quatuor perpetuo, nisi quod triginta annis accedebant undecim dies, collecti ex minutis quadraginta quatuor, quae restant de mensibus synodicis supra 29 dies, et 12 horas. Quae minuta in annis tricenis duodecies collecta, efficiunt praecise undecim dies, addendos ideo, ut novilunia exacte ad mensium initia congruant.

Caeterum hoc est huius anni incommodum, quod singuli menses transcurrunt per omnes anni partes spatio triginta trium ferme annorum, ita ut non sint aliqui certi menses aestivi aut hyberni.

Aliae gentes neglecto Lunae menstruo motu, annuum spatium, cum contineat[16]) trecentos se-

14) qui vel olim — indicabant] sic Ed. 2.; Ed. 1. qui partem anni certam indicant,

15) efficiunt.] sic Ed. 2.; Ed. 1. afferunt.

16) annuum spatium, cum contineat] sic Ed. 2.; Ed. 1. annuum spatium definierunt Solis per totum Zodiacum circuitum, quod spatium, cum contineat

xaginta quinque dies, et quadrantem fere, diviserunt in duodecim partes, quas similiter menses vocarunt, non habita tamen ratione novae Lunae. Hoc anno Solari usi sunt Aegyptii, et Persae; et postea C. Iulius Caesar imitatione Aegyptiorum, suum quoque annum ad motum Solis instituit.

Sed hic prodest observare discrimen: Aegyptii duodecim menses efficiebant ex diebus semper triginta, qui duodecies collecti, constituunt summam dierum trecentorum sexaginta. Reliquos quinque dies quotannis fini ultimi mensis, quem χοιάκ nominant, annectebant, ut annus quilibet expleret trecentos sexaginta quinque dies. Sed quadrantem diei, qui abundat supra dies illos, prorsus negligebant, neque ullam intercalationem aliam admittebant. Quo fiebat, ut primi dies mensium retro ascenderent, hac lege, ut quinto quoque anno primus dies primi mensis, quem Aegyptii θώθ appellabant, in praecedentem diem transmigraret, quod fieri necesse erat propter omissum diem intercalarem, ex quatuor quadrantibus collectum. Scribit autem Censorinus: Anno urbis octingentesimo nonagesimo primo, qui fuerit annus secundus Olympiadis vicesimae nonae supra ducentesimam, primum diem mensis θώθ respondisse vicesimo diei nostri Iulii. Rursus post annos centum, hoc est, anno urbis nongentesimo nonagesimo primo, qui fuerit annus secundus Olympiadis ducentesimae quinquagesimae quartae, eundem primum diem mensis θώθ congruisse cum vicesimo quinto die Iunii nostri. Reciprocavit igitur illis centum annis primus dies mensis θώθ per viginti quinque dies, a vicesimo Iulii in vicesimum quintum Iunii. Continent autem centum anni totidem Olympiades seu lustra, quot sunt dies illius anticipationis. Ergo singulis Olympiadibus, initia mensium Aegyptiorum transeunt in proximum diem praecedentem mensis Iuliani. Ex quibus manifestum est, primum diem mensis θώθ, et caeteros omnes apud Aegyptios, similiter ut apud Arabes, sed multo longiore intervallo, per omnes dies et menses totius anni Iuliani vagari solere, annis videlicet quater trecentis sexaginta quinque, hoc est, 1460, quo tempore Aegyptiis accedit unus annus collectus ex omissis 365 Olympiadum diebus intercalaribus. Et hoc tempus complectens annos Aegyptios 1461 vocabatur annus magnus κυνικός[17]), hoc est, Canicularis, propterea quod initium illius sumebatur tunc, cum ortus Sirii, et primus dies mensis θώθ congruebant. Scribit autem Censorinus, Canem ortum esse Aegyptiis vicesimo die Quintilis, etsi Plinius dicat aliquoties, 24 diebus post solstitium, Canis exortum fieri.

Sed Iulius, ut hanc vagationem mensium, errantium per omnes anni partes, evitaret, et fixos menses suis civibus propter festorum celebrationem proponeret, quorum quaedam necesse erat celebrare, aut florentibus segetibus et vineis, aut proxime ante messem, aut post messem, aut ante et post vindemiam, dies trecentos sexaginta quinque in duodecim menses inaequaliter distribuit, ut tum sacrorum ratio permisit aut postulavit, et constituit, ut pro quadrante diei, quinto quoque anno dies unus Februario insereretur, quae ratio id praestitit, ut ad hunc usque diem eosdem, qui tunc fuerunt, habeamus menses vernos, aestivos, autumnales, et hybernos, ac, quod plus est, etiam aequinoctiales et solstitiales, quae sane magna est commoditas.

Aliae gentes simul et Lunae motus, et Solis in Zodiaco rationem habuerunt[18]), et usae sunt mensibus lunaribus duodecim, cavis et plenis, ut de Arabibus dictum est, inaequali dierum numero, ex quibus cum tantum trecenti quinquaginta quatuor dies colligerentur, ut tamen curriculum Solis annuum expleretur, undecim dies necessario addiderunt, quos Epactas vocarunt, et reservarunt tam diu, donec ex iis unus mensis constitueretur, quem postea fini illius anni inserebant, qui propter additum decimum tertium mensem, continebat dies trecentos octoginta quatuor, et vocabatur ἐμβολιμαῖος, sicut ipse mensis ἐμβόλιμος appellabatur. Hic mensis insertus efficiebat, ut initium primi mensis denuo congrueret cum suo termino, hoc est, cum aequinoctio vel solstitio, a quo propter omissos ter undecim dies, transierat principium mensis vel anni in alia tempora.

Sed quia etiam quadrantes diei, hoc est, sex horae, quas sol trecentis sexaginta quinque die-

---

17) Melanthon in Strobelii exemplo Editionis 1. h. l. manu propria in margine adscripsit: κυνικὸν ἔτος.

18) H. l. in margine addita est annotatio: Annus mixtus ex solis et lunae motibus, quo usi sunt Ebraei, Graeci et Romani ante Iulium.

bus quotannis addit, omittebantur, propter quem defectum accidebat, ut novilunia cum primis diebus mensium non congruerent, fuit opus altera intercalatione, qua quinto quoque anno unus dies reliquis trecentis quinquaginta quatuor inserebatur, ut nunc solet fieri ad explendum annum solarem, ut maneant aequinoctia et solstitia in iisdem quasi vestigiis. Ita illi hunc diem collectum ex quatuor quadrantibus diei, quinto quoque anno ultimo mensi inserebant, ut novilunia in primos dies mensis semper incurrerent.

Hoc genere annorum antiquissimi patres etiam ante diluvium (quod ex historia Nohae colligi potest), deinde[19]) ipsorum posteri, Iudaei, semper usi sunt, unde eadem anni ratio propagata est per vicinas gentes ad Graecos quoque, a quibus eam Romani mutuati diu usurparunt, donec ut nimis operosam, et malitia pontificum corruptam et conturbatam, neglecta diutius, aut intempestive usurpata intercalatione, Iulius Caesar correxit, et mutavit in hanc anni formam, quae in hodiernum usque diem durat.

Inchoarunt autem Ebraei annum suum ab aequinoctio verno, sicut Athenienses a solstitio aestivo, Romani a bruma, ea ratione, ut novilunium, quod proximum esset his terminis, initium primi mensis anni afferret. Sed illa tot dierum omissio, duobus plerumque annis facta, initia mensium procul ultra suos consuetos terminos abstrahebat, ita ut fixi et certi esse menses non possent in tali anno, coagmentato ex Lunae et Solis periodis. Ut exempli causa, si initium primi mensis, seu primum novilunium Ebraeorum aliquo anno fuisset in die aequinoctiali, qui fuit olim vicesimus quintus Martii: anno proximo, propter omissos undecim dies, cedebat in decimum quartum, et sequenti anno, propter omissos alteros undecim dies, in tertium diem Martii ascendebat. Tertio anno, etsi ex ter collectis undecim diebus mensis unus, constans ex triginta diebus, intercalabatur, tamen reservati tres dies efficiebant, ut adhuc triduo ante aequinoctium primus mensis anni inchoaretur, nec rediret ad suum terminum, ante octavum annum.

Propter hanc instabilitatem fieri non potest, ut menses Ebraeorum et Graecorum ita aptentur ad menses Iuliani anni, qui fixi sunt, ut dies diebus praecise respondeant. Contentos igitur nos esse decet, si utcunque menses mensibus ita congruant, ut aliquo modo aestimare liceat, quod tempus anni illud fuerit, quo res gesta esse scribitur.

De mensibus Ebraicis.

Et ut primum de Ebraicis mensibus dicam, nomina eorum et ordinem scire oportet, ut uno accommodato ad Iulianum aliquem mensem, reliqui postea, suo quisque loco, reliquis Iulianis aptari possint.

Constat autem ex Biblicis scriptis, menses seu lunationes Ebraeorum non habuisse haec nomina, quae nunc recensentur, ante exilium Babylonicum, praeter admodum paucos[20]), sed numeris fere tantum fuisse indicatos. Sed post captivitatem reversi Iudaei, haec nomina mensium a Chaldaeis retulerunt, ut primus diceretur:

	נִיסָן	Nisan.
Secundus	אִיָּר	Iiar.
Tertius	סִיוָן	Sivan.
Quartus	תַּמּוּז	Thamus.
Quintus	אָב	Ab.
Sextus	אֱלוּל	Elul.
Septimus	תִּשְׁרִי	Thisri.
Octavus	מַרְחֶשְׁוָן	Marhesvan.
Nonus	כִּסְלֵיו	Cisleu.
Decimus	טֵבֵת	Tebet.
Undecimus	שְׁבָט	Sebat.
Duodecimus	אֲדָר	Adar.

Dicamus igitur de primo mense Nisan, quem et Iudaei recentes, et quidam illos secuti, referunt ad nostrum Martium. Sed constat primum mensem dictum esse mensem novarum frugum, seu spicae, quod tum segetes proferebant spicas plenas, unde in lege Moisi constitutum fuit, ut postridie eius sabbati, quod in septimanam dierum azymorum cadebat, (quorum initium erat decimus quintus dies primi mensis) offerretur sacerdotibus ad templum manipulus spicarum, post quem diem licebat falcem in messem immittere, quod ante illum diem facere erat prohibitum, unde et in libro Iosuae capite 4. et 5. primus mensis vocatur tempus messis, quod in illo coeperit fieri frugum importatio.

Quare verisimile est, mensem primum aliquanto seriorem fuisse nostro Martio, siquidem

19) colligi potest) deinde] sic Ed. 2.; Ed. 1. certo colligitur) postea

20) praeter admodum paucos,] sic Ed. 2.; ab Ed. 1. absunt.

attulit frugibus eam maturitatem, ut demeti iam potuerint. Etsi enim coelum in Palaestina clementius est, quam in his locis, et regio multo calidior, propter poli Arctici depressionem, et Aequatoris elevationem, qui ab Hierosolymorum vertice abest paulo longius gradibus triginta uno: tamen tempus praecedens aequinoctium etiam in illis locis adhuc asperius est, quam ut maturandis et percoquendis frugibus sit idoneum, quod quidem ita esse Evangelica historia testatur, in qua legimus, die, quo captus est Salvator noster, mediocre frigus fuisse, adeo, ut opus fuerit militibus excubantibus in vestibulo domus pontificiae, extructo foco in atrio membra ad ignem calefacere.

Existimant autem plerique scriptores Ecclesiastici, Christum esse passum die aequinoctii verni. Quare non prorsus quadrabit primus mensis Ebraeorum ad nostrum Martium, qui illo tempore maxima sua parte aequinoctium praecessit, et hyemi vicinior fuit, nec maturandis frugibus semper idoneus.

Sed hoc multo clarius docet aequinoctii tempus, quod iuxta Iulianam correctionem anni, tenebat tunc vicesimum quintum diem Martii, non, ut nunc, decimum eiusdem mensis. Causa autem huius mutationis, qua aequinoctia a suis locis dimota, ad initia mensium recurrerunt, alibi copiose declaratur.

Constat autem, Iudaeis vernum aequinoctium fuisse terminum, qui anno initium praebuerit, hac lege, ut illud novilunium perpetuo principium anni haberetur, quod vel praecedebat proxime diem aequinoctii, vel sequebatur, a quo novilunio[21]) numeratus decimus quartus dies erat destinatus mactationi agni paschalis, quod sacrum nunquam licebat celebrare ante aequinoctium vernum, sed vel ipso aequinoctii die, vel aliquanto post, ut testatur Iosephus lib. 3. cap. 12.

Quapropter cum aequinoctium vernum olim tantum sex diebus a fine Martii abfuerit, et novilunium illi diei aequinoctiali proximum, primi mensis initium fuerit: sequitur, primum mensem Ebraeorum aut totum, aut (quod frequentissimum erat) maiore ex parte in Aprili fuisse, ita ut aliquando nullos, aliquando paucos et postremos dies Martii attingeret, et raro accidisse, ut duas ferme tertias partes mensis Martii occuparet, quod tum demum fiebat, quando celebritas Paschatis cadebat in ipsum diem aequinoctii. Tunc enim novilunium, quod primum mensem inchoabat, quatuordecim diebus praecedens, attigit duodecimum diem Martii. Idque accidisse existimatur eo anno, quo Christus est passus. Nam scribunt aliqui Ecclesiastici doctores, Christum eodem die vicesimo quinto Martii et humanam naturam in utero virginis Mariae assumpsisse, et postea tricesimo quarto[22]) anno crucifixum et sepultum esse, quo die adhuc quotannis Ecclesia celebrat memoriam conceptionis Christi.

Sed quia hoc raro fiebat, tutius est et convenientius, nos iuxta id, quod frequenter et plurimum solebat evenire, primum mensem Nisan referre ad Aprilem nostrum, potius quam ad Martium, quod etiam a plurimis scriptoribus Ecclesiasticis esse factum, multis ipsorum testimoniis posset ostendi.

Sit igitur ex his rationibus, et multorum scriptorum testimoniis (quae hoc loco brevitatis causa omittimus) nobis hoc persuasum, primum mensem Ebraeorum Nisan, olim respondisse ut plurimum Aprili, secundum mensem Iiar nostro Maio, et sic reliquos suo ordine deinceps.

Sed quia libenter credimus illis, qui scribunt eodem die aequinoctiali Christum et conceptum et passum esse, praemonere lectores[23]) volumus, nos ad signandos postremos actus Christi ex historia passionis ipsius, die vicesimo quinto Martii, tanquam certo termino usos esse, et inscripsisse[24]) in Calendarium nostrum dies illos, non ut in mense primo numerantur, sed ex intervallo, quo aut praecesserunt, aut secuti sunt hunc vicesimum quintum diem Martii; in reliquis autem Biblicis historiis, dies omnes primi mensis, soli Aprili assignasse[25])

De mensibus Macedonicis seu Graecis.

Haec de mensibus Ebraicis dicta sufficiant, quibus necessario adiungimus Macedonicos men-

21) His Melanthon in Strobelii exemplo Editionis 1. manu propria in margine adscripsit: proximum novilunium seu praecedens seu sequens aequinoctialem diem.

22) tr. quarto] sic Ed. 2.; Ed. 1. tr. tertio

23) lectores] sic Ed. 2.; Ed. 1. auditores

24) usos esse et inscripsisse] sic Ed. 2.; Ed. 1. usuros esse et inscripturos

25) assignasse.] sic Ed. 2.; Ed. 1. adscribemus.

ses, quos Ptolemaeus Chaldaicos, Iudaei Graecos vocant: cum propter alios scriptores, tum praecipue propter Iosephum, qui bonam partem Iudaicae historiae describit, quae in Bibliis non habetur, et tamen ad intelligenda Prophetica et Apostolica scripta necessaria est. Utitur autem is ad indicanda tempora rerum gestarum fere semper mensibus, ut ipse vocat, Graecis, seu Macedonicis. Quare et hi cum Iulianis mensibus coniungi debent.

Est autem hic illorum mensium ordo et nomenclatura:

Αὐδυναῖος. Περίτιος. Δύστρος. Ξανθικός. Ἀρτεμίσιος. Δεύτιος et *δαίσιος. Πάνεμος. Λῷος. Γορπιαῖος. Ὑπερβερεταῖος. Δῖος. Ἀπελλαῖος.*

Applicatio autem horum mensium cum Iulianis facilis est ex Iosepho, postquam hoc semel constitutum est, Nisan, primum mensem Ebraeorum, pertinere ad Aprilem, non ad Martium. Nam Iosephus crebro coniungit *ξανθικὸν* cum Ebraeorum Nisan, et alios similiter. Quare ex hac copulatione mensium, qua Iosephus utitur, constat, *αὐδυναῖον* esse Ianuarium, *περίτιον* Februarium, *δύστρον* Martium, et sic deinceps. Et hanc mensium Macedonicorum cum Iulianis connexionem confirmat perpetuum testimonium Suidae, qui omnes fere hos menses illis Iulianis copulat, quibus nos ratione Ebraeorum mensium ex Iosepho eos aptavimus.

Quare etiam de Macedonicis mensibus nulla est dubitatio, quin hoc modo cum Iulianis congruant, ut dictum est, quamvis interpres Iosephi menses Macedonicos semper cum praecedentibus Romanorum mensibus coniungat, ut Xanthicum cum Martio, Artemisium cum Aprili, et caeteros eodem modo, secutus illorum rationem, qui Nisan, primum Iudaeorum mensem, cum Martio nostro copulant, quod incommode fieri supra ostendimus.

De mensibus Atticis.[26])

Ita habemus iam menses illos cum Iulianis coniunctos, qui ad intelligendas Biblicas historias necessarii sunt.

Sed quia diximus, ex aliarum quoque gentium historiis, et maxime Graecis, quaedam notatu digna in Calendario signari debere, oportet etiam Atheniensium menses Calendario inscribi, quorum mentio fit plurima a scriptoribus graecis.

Etsi autem scimus de eorum ordine et coniunctione cum Romanorum mensibus a multis varie disputari: tamen nos utemur illo ordine et ratione, quam vir natione Graecus, et antiquitatis studiosissimus inquisitor, Theodorus Gaza, in libello de mensibus tradidit, praesertim cum ex iis, qui adhuc quidem Gazae inventa convellere conati sunt, nullus extiterit, qui firmis testimoniis ostenderit, quo alio ordine menses Atheniensium collocari, et quomodo cum Latinis mensibus coniungi debeant, ut rectius cum graecorum scriptorum sententiis congruant, quae sane, ut in re dubia propter antiquitatem, aliquando sunt diversissimae.

Sed nos sequamur doctissimi Gazae admodum verisimilibus rationibus confirmatam sententiam de mensibus Atticis, quam ad hunc usque diem magno consensu eruditissimi viri in Europa approbarunt, cum melior haberi non possit, et credamus, hunc fuisse ordinem mensium apud Athenienses, qui annum inchoabant a solstitio aestivo, ut primus ipsorum mensis fuerit *Ἑκατομβαιών.*

Secundus	*Μεταγειτνιών.*
Tertius	*Βοηδρομιών.*
Quartus	*Μαιμακτηριών.*
Quintus	*Πυανεψιών.*
Sextus	*Ἀνθεστηριών.*
Septimus	*Ποσειδεών.*
Octavus	*Γαμηλιών.*
Nonus	*Ἐλαφηβολιών.*
Decimus	*Μουνυχιών.*
Undecimus	*Θαργηλιών.*
Duodecimus	*Σκιροφοριών.*

Ostendit autem Gaza satis evidentibus testimoniis, *ἑκατομβαιῶνα* fuisse solstitalem mensem, respondentem nostro Iunio fere, et *ποσειδεῶνα* brumalem, respondentem nostro Decembri ut plurimum. Quare Ianuario congruet *γαμηλιών*, Februario *ἐλαφηβολιών*, et reliqui convenienter ratione ordinis.

De mensibus Aegyptiis.

Fit alicubi in scriptoribus graecis, maxime Ecclesiasticis etiam mentio Aegyptiorum mensium, quos tamen ut statos et fixos ab illis usurpatos fuisse, non, ut supra dictum est, mobiles et vagantes per omnes anni partes (qualibus Mathema-

26) Atticis] sic Ed. 2.; Ed. 1. Atheniensibus.

tici sunt usi) multis testimoniis ipsorum ostendi potest. Nam Epiphanius coniungit Aegyptiorum mensem τυβί cum Ianuario, mensem ἀθύρ cum Novembri, mensem φαμενώθ cum Martio. Et Beda exactius non modo menses Aegyptios mensibus Romanis, sed etiam dies diebus copulat, scribens Aegyptios annum inchoasse a quarto Calendas Septembris, ut duodecim mensibus tricenos dies attribuisse, et ultimo mensi quinque dies quotannis addidisse. Sed ut manerent menses fixi, quinto quoque anno unum adhuc diem prioribus quinque adiecisse. Est autem haec nomenclatura et series mensium Aegyptiorum, de qua nullum est dubium:

Θώθ. Φαωφί. Ἀθύρ. Χοιάκ. Τυβί. Μεχείρ. Φαμενώθ. Φαρμουθί. Παχών. Παϋνί. Ἐπιφί. Μεσορή.

Hos menses etiam medicus excellens Aëtius in fine duodecimi libri coniungit cum Romanis mensibus sic, ut mensem θώθ copulet cum Septembri, φαωφί cum Octobri, et sic deinceps.

Ex his animadverti potest, Aegyptios tandem etiam usos fuisse ea ratione anni, quam Iulius instituit, nisi quod is mensibus suis inaequales numeros dierum attribuit, ne duplici intercalatione opus esset. Aegyptii vero singulis mensibus tricenos dies assignarunt, et quotannis quinque dies intercalarunt, et praeterea quatuor annis completis, alium etiam diem addiderunt, collectum ex quatuor diei quadrantibus, ut in iisdem vestigiis menses consisterent.

Sed ut supra dictum est, Mathematici in schola Alexandrina retinuerunt annum antiquitus usurpatum, continentem trecentos sexaginta quinque dies sine ulla intercalatione quadrantis, qui superest ad complendum annuum Solis circuitum per Zodiacum. Quod discrimen observandum est, ne existimantes a Ptolemaeo et aliis Astronomis menses Aegyptios fixos usurpari, procul a vero aberremus.

Nunc exponemus menses hactenus commemoratos diversarum gentium in tabula, ut eorum connexio cum Iulianis mensibus in conspectu esse queat.

Menses

Romani	Ebraei	Macedonici seu Graeci	Attici	Aegyptii
Ianuarius.	Tebet.	*Αὐδυναῖος.*	*Γαμηλιών.*	*Τυβί.*[27])
Februarius.	Sebat.	*Περίτιος.*	*Ἐλαφηβολιών.*	*Μεχείρ.*
Martius.	Adar.	*Δύστρος.*	*Μουνυχιών.*	*Φαμενώθ.*
Aprilis.	Nisan.	*Ξανθικός.*	*Θαργηλιών.*	*Φαρμουθί.*
Maius.	Iiar.	*Ἀρτεμίσιος.*	*Σκιροφοριών.*	*Παχών.*
Iunius.	Sivan.	*Δαίσιος.*	*Ἑκατομβαιών.*	*Παϋνί.*
Iulius.	Thamus.	*Πάνεμος.*	*Μεταγειτνιών.*	*Ἐπιφί.*
Augustus.	Ab.	*Λῷος.*	*Βοηδρομιών.*	*Μεσορή.*
September.	Elul.	*Γορπιαῖος.*	*Μαιμακτηριών.*	*Θώθ.*
October.	Thisri.	*Ὑπερβερεταῖος.*	*Πυανεψιών.*	*Φαωφί.*
November.	Marhesvan.	*Δῖος.*	*Ἀνθεστηριών.*	*Ἀθύρ.*
December.	Chisleu.	*Ἀπελλαῖος.*	*Ποσειδεών.*	*Χοιάκ.*

Hos menses ita in Calendario inscribemus, ut singulis diebus mensium Romanorum unam pagellam vacuae chartae tribuamus, ut si quid postea legentibus notatu dignum occurrerit, ibi signari possit.

Proderit autem res gestas annotari brevissimis quidem verbis, sed alludentibus tamen ad aliquem locum communem moralem, ut animi legentium certo die annotatum factum, traducantur ad considerationem alicuius virtutis aut praecepti moralis. Cuius rei ut aliqua exempla pueris monstrem, nunc tandem Calendarium ipsum propono, et eos hortor, ut simili vel etiam accuratiore studio insignia facta antiquitatis observent et notent, propter utilitates supra commemoratas.[28])

27) Huic nomini Melanthon in Strobelii exemplo Editionis 1. manu propria in margine haec adscripsit: Plinius τυβί incipiens nostro Decembri lib. 6. cap. 23.

28) Iam supra p. 607 sq. memoravimus, hoc Calendarium maxima ex parte Melanthoni a Strobelio adscribi; Mylio teste certe huius operis Praefatio, nomine Eberi edita,

No. 3. Anno 1559.

Hermanno Witikindo.

Praefatio huic libro praefixa: *Chronicon Regni Iudaici ab initio mundi usque ad ultimam Hierosolymorum urbis destructionem sub qua finem habet Politia Iudaica, breuiter collectum et editum in gratiam sacrae Theologiae studiosorum. A M. Iohanne Ranftio Northusano. Addita est Epistola Philippi Melanthonis de oppressione Liuoniae a Moscouijs ad Dominum Hermannum Witikindum. Viteberyae Excudebat Iohannes Crato. Anno M.D.LIX.* 10 plagg. litt. A—K sign., 80 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. min. (fol. A 1^{b} M. Edonis Hilbrandi Ieverensis carmen; fol. A 2^{a}—2^{b} Melanthonis epist. ad Herm. Witikindum a. 1559. scripta; fol. A 3^{a}—7^{b} Ioh. Ranftii epist. nuncup. ad Consules et Senatores Reipublicae in urbe Hagenoia; fol. A 8 album est; fol. B 1^{a}—K 6^{b} Ranftii Chronicon, quod incipit ab inscriptione: „Traditio domus Eliae de duratione mundi, et tempore aduentus Messiae, Saluatoris generis humani." [Plura huius libri capitula inscripta sunt: D. Martinus Lutherus, unum, quod legitur fol. E 4^{b} med.—5^{a} init., Philippus Melanthon, quapropter infra hoc annectam]; fol. K 7^{a} Phil. Melanthonis Epigramma de Monarchiis; fol. K7^{b} Iesu Christi crucifixi cum quatuor angelis imago; fol. K 8 vacat). — Hic liber recusus est a. 1560. sic inscriptus: *Chronologia seu Computatio Regni Iudaici ab initio mundi usque ad ultimam Hierosolymorum urbis destructionem sub qua finem habet Politia Iudaica breuiter collecta et edita in gratiam sacrae Theologiae studiosorum. A M. Iohan: Ranftio Northusano. Cum Praefatione Philippi Melanthonis de bello Liuonico. Psalmus* 90. *Doce nos ut sciamus numerum dierum nostrorum, ut ambulemus corde sapienti. Witebergae. Anno M.D.LX.* (fol. A 1^{b} Insigne viri nobilis cuiusdam; fol. A 2^{a}—2^{b} Phil. Melanthonis praefatio ad lectorem [cum epistola ad H. Witikindum data praecedentis Ed. omnino consentiens]; fol. A 3^{a}—8^{a} Ioh. Ranftii epist. nuncup. ad Sidonium, quaestorem principis Mariae, Dominae Ieverae etc.; fol. A 8^{b} M. Edonis Hilderici carmen; reliqua huius Ed. in hoc exemplo desunt). Utramque huius libri Editionem ex Biblioth. Guelferbyt. in manibus habeo. — Haec epistola h. l. ex Ed. a. 1559. datur.

ab illo conscripta est. — Huius libri Editionibus supra recensitis addendae sunt hae duae: *Calendarium historicum conscriptum a Paulo Ebero Kitthingensi. Et recens ab eodem auctum. Vitebergae excusum in officina Haeredum Georgij Rhauu. M.D.LIX.* — (In fine:) *Witebergae. Ex Officina Typographica Haeredum Georgij Rhauu. Anno salutis M.D.LIX.* $32^{1}/_{2}$ plagg. litt. A—Z, Aa—Kk (Kk $^{1}/_{2}$ pl.) sign., prima 16 foll. non num., 432 pagg. num., seqq. 28 foll. non num., quorum ult. album est, 8. — *Calendarium historicum conscriptum a Paulo Ebero Kitthingensi. Et recens ab eodem auctum. Witebergae excusum typis Haeredum Georgii Rhaw. Anno M.D.LXIIII.* $32^{1}/_{2}$ plagg. litt. A—Z, Aa—Kk (Kk $^{1}/_{2}$ pl.) sign., prima 16 foll. non num., 432 pagg. num., seqq. 28 foll. non num., ult. pag. vacat, 8. — Denique addo integrum titulum Editionis supra p. 609 sq. tertio loco brevissime allatae: *Calendarium historicum conscriptum a Paulo Ebero Kitthingensi. Et recens ante obitum ab eodem recognitum plurimisque locis auctum.* (Insigne typogr.) *Vitebergae excudebat Iohannes Crato, Anno M.D.LXXI.* 60 plagg. litt. A—Z, Aa—Zz, Aaa—Ooo sign., prima $10^{1}/_{2}$ foll. non num., 414 pagg. num., seqq. 24 foll. non num., ult. pag. alba, 4. Hae tres Editt. in Biblioth. acad. Halensi asservantur.

Doctissimo et integerrimo viro Hermanno Witikindo fratri suo carissimo Philippus Melanthon S. D.[1])

Cum in hoc tristi bello Livonico multa de illius doloribus et periculis cogitarem, saepe recitavi querelam Psalm. 120., in quo Ecclesia deplorans suas calamitates inquit, se exulare inter Mesech. Consentaneum est autem a nomine Mesech dictos esse Mosynoecos, quorum fit mentio in Argonautico carmine, et hos esse Moscovios iudico, progressos magis ad septentrionem. Meminimus autem descriptionem feritatis eius gentis apud Apollonium. Ideo cum significare Psalmus vellet, Ecclesiam circumsessam esse ab immanissimis hostibus, nominavit eam gentem, cuius insignis et celebrata tunc barbaries et crudelitas fuit. Nosse enim Mosynoecos vicini Davidis Phoenices poterant, quia tunc Colchicorum vicini erant, ut adhuc sunt Moscovii, qui cum vastarint magnam Livoniae partem, abduxerint in barbaricam servitutem multa hominum millia, distraxerint coniuges, pueros aut in complexu parentum trucidaverint, aut avulsos a parentibus abducant, et honestas matronas et virgines omnibus contumeliis adficiant. Plane congruunt verba Psalmi ad hos ipsos hostes, qui Livoniam invaserunt. Iustum autem erat Germanos ipsi coniunctos et coloniarum et Ecclesiae foederibus suscipere defensionem et cognatorum et Ecclesiarum. Sed ut Homerus de Graeco exercitu dicit, Sumus Ἀχαΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί.[2])

Nos interea, qui et in alia parte exulamus inter Cedar, rabiosos Sophistas, et crudeles tyrannos, qui verae doctrinae hostes sunt, tantarum calamitatum mitigationem a filio Dei, Domino nostro Iesu Christo, crucifixo pro nobis et resuscitato, petamus ac precemur, ne verae Ecclesiae reliquias prorsus dissipari et deleri sinat.

Interea in huius Scripti editione, quod propter utilitatem existimabam in multorum manus venturum esse, meam de ea sollicitudinem, et meum dolorem ostendere volui. Bene vale.

Huic Praefationi adiungimus huius libri capitulum Melanthonis nomine inscriptum, quod fol. E 4^{b} med.—5^{a} init. legitur:

Philippus Melanthon.

Regnante Iosia pax fuit in Iuda; sed ipse non necessarium bellum movit adversus Necao

1) In Ed. 1560 haec praefatio inscripta est: *Philippus Melanthon Lectori S. D.*

2) Hom. Il. II, 235.

regem Aegypti, qui Assyriis bellum intulerat. Cum igitur in campo Mageddo vulnus accepisset, aliquanto post mortuus est. Estque exemplum Iosias pii Principis, restituentis veram doctrinam. Talium protectorem se esse Deus in ipsorum historiis ostendit, sicut inquit: Glorificantes me glorificabo etc. Sed tamen hi quoque, ut est humana infirmitas, sua errata habuerunt, propter quae et ipsi puniuntur, sed Deus eis mitigat poenas, ut ostendunt historiae Assae, Iosaphat, Amaziae, Osiae, Ezechiae et Iosiae.

Melanthonis *Epigramma de Monarchiis*, quod in huius libri fine legitur, iam in huius Corporis Vol. X. p. 635 sq. No. 301. datum est. Sufficiat igitur, h. l. lectionis varietatem huius libri afferre: Vs. 2 in hoc libro sic legitur: *Qui Chaldaea olim visus in arce fuit.* — Vs. 3. Stat tantum etc. — Vs. 13. O *λόγε* Gnate etc.

No. 4. 4. April. 1560.

Regi Friderico II.

Praefatio in librum sic inscriptum: *C. Erasmi Michaelii Laeti Bucolica, Cum dedicatoria Philippi Melanthonis Praefatione. Witebergae Anno* 1560. — (In fine:) *Witebergae excudebant haeredes Georgii Rhaw 4. die Aprilis*, 1560. 9½ plagg. † et litt. A—I († et I ¾ pl., 6 foll.) sign., 76 foll. non num., 8. min. (fol. † 2ª—6ᵇ Melanthonis epist. dedicatoria ad Principem Fridericum II. Danorum Regem d. 4. April. 1560. data; fol. A 1ª—I 5ᵇ C. Erasmi Michaelii Laeti Eclogae VII.; fol. I 6ª vacat; fol. I 6ᵇ Clausula.). — Hic liber in mea Bibliotheca est.

Serenissimo Principi ac Potentissimo Domino, D. Friderico II., Danorum Nortvagicorum, Gottorum Vandalorumque Regi, Duci Slesvicensi, Holsatiae, Stormariae ac Ditmarsiae, Comiti in Oldenborg a Deelmenhorst, Domino suo Clementissimo S. D.

Dulcissima et necessaria consolatio quotidie in Symbolo repetitur: Credo esse sanctam Ecclesiam Catholicam, quae saepe multumque cogitanda est, et opponenda confusionibus generis humani, propter quas anxiae mentes quaerunt, quae pars generis humani Deo placeat. Sed certo statuamus, nequaquam dubias esse patefactiones divinas, quae testantur genus humanum non casu ex Democriti atomis confluxisse, nec tantum ad miserias nasci, sed esse coetum distinctum a reliqua multitudine hominum, in quo fulgebit Deus manifesta luce in tota aeternitate, et cui communicabit suam sapientiam sine erroribus, suam iustitiam sine labe, et suam laetitiam sine consternatione et sine tristi fremitu.

Qui sit autem hic coetus vere placens Deo, et ubi sit, sapienter in testimoniis divinis quaerendum est. Non enim Deus perire universum genus humanum voluit, nec frustra Filium misit proferentem decretum de salute nostra, nec frustra constituit eum victimam pro nobis. Etsi haec sapientia longe extra et supra iudicia creaturarum posita est, tamen divinis testimoniis adsentiamur, et in hanc arcem, id est, in veram Ecclesiam nos includamus, et ad protegendam, fovendam et ornandam eam consilia, labores et studia referamus. Hanc obedientiam Deo gratam esse non dubium est, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua, Domine.

Etsi autem multi gloriosi Reges et Duces athei hanc sapientiam contempserunt, ut Alexander, Iulius, Pompeius et alii innumerabiles, tamen et aliquos insignes Deus ad Ecclesiae societatem vocavit: Davidem, Iosaphat, Ezechiam, Iosiam, Cyrum, Constantinum, Theodosium.

His et Patrem tuum Regem Christianum iustissime annumeramus. Etenim et ipse recte invocavit Deum, et in plurimis gentibus Regni sui incorruptam Evangelii vocem restituit, et Idola delevit. In omnibus piis historiis vult Deus haec sua beneficia aspici et celebrari: et ut gloria eius illustretur, et ut multorum sapientum et piorum principum exemplis confirmemur. Fuerunt illustres et gloriosae ipsius victoriae in armis; sed multo gloriosius est, quod harum victoriarum finem esse voluit, non otium populi, non fisci incrementa, propter quae saepe bella geruntur, sed piam et salutarem Ecclesiarum constitutione legum, iudiciorum et disciplinae emendationem.

Haec cum splendido carmine vir excellens eruditione, consilio et venae flumine C. Erasmus Laetus, in maxima huius operis parte complexus sit, et tibi, Rex Inclyte, et universae Daniae hoc ornamentum gratulor. Nec tantum venae ubertatem, sed honestissimam voluntatem eius boni et eruditi laudabunt, quod cum sciat venam vere opus et donum Dei esse, potissimum eam in divinis laudibus consumit. Reverenter igitur oro Regiam Celsitudinem tuam, ut hoc et ingenii Erasmi et voluntatis specimen clementer accipiat.

Ego vero tametsi totum opus et libenter lego, et iudicium autoris magnifacio, quod cum ea scribendi vena praestet, quam et eruditos nunc amare, et gratam scio futuram esse posteris, ad

res utiles potius et honestas animum ac dicendi vires conferat, quibus et gloria patriae ingens conciliari, et bonorum voluntates retineri queant, quam ad tragica quaedam et malevola scripta, quibus aut distractiones animorum in honestis Regnis, aut Nationum odia vel exuscitari vel confirmari possent: imprimis tamen ea parte delector, quae Patris tui, Tuaeque etiam Maiestatis mentionem facit, quod in illa quidem comprehensa esse iudico, quae omnino necesse est in Ecclesia ac Scholasticorum coetibus ob memoriam a posteritate retineri. Itaque non tantum moderationem ipsius ac consilium probavi, verum etiam hortatus sum, ut hoc scriptum in publicum emitteret, et quae prudenter elaborarat, aliis ante reditum in patriam communicaret.

Gaudeo vero doctrinis et Musis, quae alibi horribili saevitia dilacerantur, tamen in Dania et hospitia et Halcyonia mediocria restare. Nec facile regnum ullum hoc tempore maiore frequentia eruditorum antecellit. Cum mihi interdum in memoriam venit Clarissimus vir Iohannes Synningius, quem et nos olim in hac Schola unice diliximus, et ante aliquot annos in patria ob eximiam eruditionem ac pietatem, testimonio Doctorum in Theologia ornatum audivimus, non possum equidem non dolere, tam utilem Regno atque Ecclesiae Christi virum tanto aetatis flore tantaque omnium nostrorum expectatione e medio abreptum esse: cum non doctrina tantum, ingenio, studiis ac diligentia conterraneos suos propemodum superaret, verum etiam modestia atque integritate ita probaretur universis, ut nihil paene me ex illa terra, quod quidem ad ingenii praestantiam morumque suavitatem attinet, elegantius vidisse recordari possum, quanquam et Palladii labores ac diligentiam novimus, et in docendo rectitudinem merito praedicamus: tamen cum et multos adhuc in Regno Maiestatis tuae praeclare eruditos esse sciam, et plures propediem futuros sperem, qui doctrina commendari mereantur, cum primis certe laetor. Hanc ad rem dulcissima pax, et tua munificentia dignissima bono Rege plurimum conducit. Saepe enim narrat nobis Erasmus noster tuam erga se, erga Iacobum Bordingum et multos alios eruditissimos et integerrimos viros regiam beneficentiam: eamque ob causam decrevit omne studium et omnes ingenii vires ad ornandas Ecclesias, et retinendum pium consensum conferre, memor severissimi mandati: Diligite veritatem et pacem. Datae die 4. Aprilis. Anno 1560. T. Maiestati deditissimus Philippus Melanthon.

His Praefationibus in Voll. I—X. omissis adiungimus additamenta ad tres alias iam illic datas.

No. 5. m. Iunio 1536.

Ionae, filio.

Haec Praefatio in Vol. III. p. 93 sq. No. 1442. ex select. Declamatt. data cum hac annotatione: „Quomodo hic libellus [scil. cui haec Praef. a Melanthone est praefixa] fuerit inscriptus, equidem nescio, neque commemoratur a Strobelio in bibl. Melanth., neque ab aliis, qui de libris Mel. scripserunt." Contigit mihi, ut hunc librum in Bibliotheca acad. Halensi invenerim, qui sic inscriptus est: *Elementa Arithmetices. Algorithmus de numeris integris, fractis, Regulis communibus, et de Proporcionibus. Autore Georgio Peurbachio. Omnia recens in lucem edita fide et diligentia singulari. An. M.D.XXXVI. Cum praefacione Philip. Melanth.* (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) *Impressum Vitebergae per Iosephum Klug. An. M.D.XXXVI.* 7 plagg. litt. A—G sign. 56 foll. non num., quorum ultimum album est, 8. (fol. A 1 b Alberti Epigramma; fol. A 2 a — 3 a med. Melanthonis Praefatio: „*Modestissimo adolescenti Iusto Ionae filio D. Doctoris Ionae Philippus Melanchthon S. D.* Cum videam — — — — Bene Vale mense Iunio."; fol. A 3 b — G 2 a Opusculum Magistri Georgii Peurbachii [inscript.: Algorithmus]; fol. G 2 b Exempla proportionum; fol. G 3 a — 7 a med. De proportionibus ex Elementis Euclidis per Ioannem Vogelin, subiunctâ Clausulâ; fol. G 7 b — 8 b vacant).

No. 6. m. Augusto 1536.

Ioanni Reifenstein.

Haec Praefatio item in Vol. III. p. 107—114. No. 1453. ex select. Declamatt. exhibita est cum hac perbrevi inscriptione: „Praefatio in Geometriam (i. e. in Iohannis Vogelini libellum de Geometricis elementis)." Hanc annotationem Editor non ex libro ipso, cui haec Praef. a Melanthone praemissa est, sed ex parte extrema Praefationis adscripsit. Iuvat igitur, hunc librum, quem ex eadem Biblioth. acad. in manibus habeo, h. l. accuratius describere. Sic inscriptus est: *Elementa Geometriae ex Euclide singulari prudentia collecta à Ioanne Vogelin professore Mathematico in schola Viennensi. Arithmeticae practicae per Georgium Peurbachium Mathematicum. Cum praefacione Philippi Melanthonis.* (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) *Impressum Vitebergae per Iosephum Klug. M.D.XXXVI.* 6 plagg. litt. A—F sign., 48 foll. non num., quorum ult. $1^1/_2$ alba sunt, 8. (fol. A 2 a — 8 a Melanthonis Praefatio: „*Philippus Melanthon Ioanni Reifenstein. S. D.* Nullum aptius ornamentum — — — — Mense Augusto Anno M.D.XXXVI."; fol. A 8 b Georgii Aemylii carmen; fol. B 1 a — F 7 a med. Elementale geometricum [in quinque capita distributum], subiunctâ Clausulâ; fol. F 7 b — 8 b vacant).

No. 7. anno 1551.

Pio Lectori.

Haec Praefatio in Vol. VII. p. 877—881. No. 5008. ex Declamatt. data est. Librum Maioris ipsum, cui a

Melanthone praefixa est, videre Editori illius Vol. non contigit. Hic liber certe priori ex parte in mea Bibliotheca est sic inscriptus: *Refutatio horrendae prophanationis coenae Domini, collecta ex Evangelio et sinceris antiquae Ecclesiae testimoniis a Georgio Maiore. Cum praefacione Philip. Metanth. Witebergae. Ex officina Typographica Viti Creutzer. Anno, M. D. LI.* 8. (fol. A 1 b Obtestatio ad Lectorem; fol. A 2 a—7 a Melanthonis Praefatio: „*Pio Lectori Philippus Melanthon S. D.* Duae omnium hominum praecipuae curae — — — —Bene vale pie Lector."; fol. A 7 b—8 b Capita huius Tractatus; reliqua in meo exemplo desunt. Alia huius libri Ed., quae Vitebergae 1555. 8. prodiit 18 plagg. continens, in Biblioth. senat. Norimb. asservatur.

Denique h. l. mentionem facio quarundam Praefationum Melanthonis, de quibus nescio, utrum tantum in earum Indice, Vol. X. p. 425—434. proposito, an in ipsis etiam Voll. I—X. praetermissae sint, quia libros illico recensendos, quibus a Melanthone praefixae sunt, hucusque non vidi:

1. Reformatio ecclesiae Coronensis ac totius Barcensis prouinciae, cum praefatione Melanthonis. Vitebergae 1543. 8.
2. Georgi Vits, Barth. (Bericht?) von der Türken gebreuchen, gewonheyten vnd Ceremonien, mit Fürderung Luthers vnd Mel. Nürnberg 1545. 8. 4½ plagg.
3. Iac. Cornicii dialogus aduersus pestiferis contagia, cum praef. Mel. Vitebergae 1551. 8. 2½ plagg.
4. Joh. Hyalinus von den Versuchungen des herrn Christi mit einer Vorrede Mel. Wittenberg 1551. 4. 16 plagg.
5. Nic. Manlii zwo Predigten von Christi Leiden, Priesterthum vnd Aufferstehung, mit einer Vorrede Mel. Wittenberg 1551. 4. 10 plagg.
6. Bilib. Ramsbeck vom reichen Mann vnd armen Lazaro, mit einer Vorrede Mel. Wittenberg 1554. 8.
7. Helmoldi Historia de conuersione Slauorum, edita a Sig. Schorkelio, cum praef. Mel. Francofurti 1556. 4. 35 plagg.
8. Val. Trocedorfii Catechesis Scholae Goltpergensis, cum praef. Mel. Vitebergae 1558. 8. 16 plagg.

Has praefationes in alio huius Corporis Volumine una cum epistolis Melanthonis in Voll. I—X. omissis, quas ex Autographis, Apographis atque libris impressis collegi, exhibebo.

HALIS, TYPIS GEBAUERIO-SCHWETSCHKIANIS.

DATE	